



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

Tractatus III. De Sacramento Pœnitentiæ; atque de Casibus excusantibus
à confessione ante Eucharistiam, ad ornatum Concilij Tridentini sess. 17.
cap. 7. & Can. 11.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)



TRACTATUS TERTIUS DE SACRAMENTO POENITENTIAE

ATQUE

DE CASIBUS EXCUSANTIBUS à Confessione ante Eucharistiam.

Ad ornatum Concilij Tridentini, *sess. 13. cap. 7. & Can. 11.*

RESOL. I.

*An aqua benedicta deleat peccata venialia ex opere operato?
Et an idem dicendum sit de aliis Sacramentalibus?
Ex part. 3. tract. 4. Ref. 61.*

§. 1. **N**EGATIVAM sententiam docent Suarez in 3. part. tom. 4. disput. 12. sect. 5. numer. 5. Villalobos in summ. tom. 1. tract. 4. diff. 11. num. 4. Coninch. de Sacram. q. 71. art. 3. dub. unico, num. 24. & alij penes ipsos.

2. Sed affirmativam sententiam tenendam esse puto, quam probabilem putat Filiucius tom. 1. tract. 6. cap. 5. num. 129. & fortè probabiliorem Fagund. part. 2. lib. 2. cap. 1. num. 11. & illam absolute docent Henriquez lib. 1. de Poenit. cap. 15. num. 8. Bellarm. tom. 3. de Sacram. lib. 2. cap. 31. §. 3. tercia propositio. Toletus lib. 3. cap. 3. in fine, & ex schola D. Thom. Sotus in 4. dist. 15. q. 2. art. 3. Canus de locis Theolog. lib. 2. cap. 13. ad arg. 9. Victoria num. 99. & 110. novissimè Didacus Nugnus in 3. part. tom. 2. quest. 87. art. 3. diff. 2. ubi sic asserit: Sicut Sacramenta novae legis elevantur à Deo ad causandam gratiam physicè, & realiter per verum contactum physicum realem ad modum rerum naturalium, quia scilicet materia sensibilis verè tangit animam tactu reali, non quidem contactu quantitativo, propter quod appellatur contactus virtualis, est nihilominus contactus realis, & entitativus, sicut Angelus verè, & realiter tangit caelum, quando illud movet. Ita similiter aqua benedicta elevatur à Deo, ut & realiter tangat animam tactu illo, qui appellatur virtualis, propterea quòd non est quantitativus, & nihilominus ille contactus est realis & entitativus, quo medio aqua movet ipsam animam, remittendo & realiter corrumpendo veniale peccatum. Et sicut in adultis semper requiritur aliquis actus, ut Sacramenta causerit gratiam; qui tamen actus, vel non est secundum se sufficiens ad gratiam, vel saltem non est sufficiens ad tantam gratiam, quanta est illa, quae causatur de facto in Sacramento. Et sic verum est, quòd Sacramenta causant gratiam ex opere operato. Ita similiter licet ad hoc, quòd aqua benedicta remittat peccata venialia,

semper requiritur aliquis actus, tamen vel actus non est sufficiens ad peccata venialia remittenda, vel saltem non est sufficiens ad omnia illa, quae de facto remittuntur per aquam benedictam. Et sic verificatur propriè & rigorosè, ipsa aqua benedicta ex opere operato remittit peccata venialia; ad quod tamen non est necessarium, quòd maneat in illa aliqua qualitas permanens, sed sufficit ipsa elevatio divina, quae est motus transiens. Ita Nugnus ubi supra, quae omnia debent in nobis excitare magnum desiderium attingendi die ac nocte aquam benedictam. Sed an idem dicendum sit de aliis sacramentalibus, vide Nugnum loco citato diff. 3. & Doctores citatos.

Sup. hoc in tom. 1. Ref. 133. cursum cui in fine.

RESOL. II.

An Sacerdos ordinatus ab Episcopo sine forma contenta in illis verbis: Accipe Spiritum Sanctum, &c. si exponeretur ad audiendas confessiones, conficeret Sacramentum Poenitentiae? Ex part. 9. tract. 6. & Misc. 1. Ref. 9.

§. 1. **A**ffirmativam sententiam tenendam esse, sequitur ex doctrina Soti in 4. dist. 24. quest. 1. artic. 4. conclus. 5. Nugni in 3. part. tom. 2. quest. 37. artic. 5. Valentia tom. 4. disp. 9. quest. 1. punct. 5. & aliorum. Unde Reverendissimus Magister Candidus tom. 4. disquis. 4. artic. 2. dub. 5. sic ait: Ordinatio Sacerdotis essentialiter perficitur in prolatione primae formae in illis verbis prolatis ab Episcopo: *Accipe potestatem offerendi Sacrificium in Ecclesia pro vivis, & mortuis.* Verba autem illa, quae secundo loco proferuntur ab Episcopo: *Accipe Spiritum Sanctum: quorum remisisses peccata, remittuntur eis,* &c. non sunt de essentia Ordinationis Sacerdotis, sed quasi integritas Ordinationem Sacerdotis, seu, ut meliùs dicam, sunt quasi declaratoria ejus potestatis, quae antea per prima illa verba: *Accipe potestatem offerendi Sacrificium in Ecclesia pro vivis, & mortuis:* data fuit.

2. Unde, si casu aliquo Episcopus impediretur, puta, morbo, vel morte repentina, quominus imponeret manus super ordinato, & diceret: *Accipe potestatem remittendi,* &c. Minister ille Sacerdos, cui jam potestas offerendi data esset, & traditus calix cum vino, & patena cum pane, verus esset

Sup. hoc in tom. 4. lege doctrinam Ref. & signatur in tom. 3. tr. 1. ex Ref. 133. Non obstat. sed vide eam à princip. & ex Ref. 67. §. Ex licet in tom. 4. in 8. ex Ref. 133. ult. cursum ad medium.

esset Sacerdos habens potestatem, quantum est ex parte Ordinis, remittendi peccata, si iurisdictione accederet: quia potestas illa principalis consecrandi, & offerendi ipsum Corpus Christi verum, necessario habet conjunctam potestatem in Corpus Christi mysticum: ergo in illa traditione Calicis cum vino, & patenæ cum pane, sub illa forma verborum: *Accipe potestatem offerendi Sacrificium in Ecclesia pro vivis, & mortuis* intelligendum est consequenter etiam tribui potestatem remittendi peccata, quantum est ex parte Ordinis: ergo, si in calu aliquo Episcopus ordinans, illa verba omitteret: *Accipe Spiritum sanctum, quorum retinueris peccata, &c.* talis homo per illa verba: *Accipe potestatem offerendi, &c.* remaneret vere ordinatus: unde, si postea obtineret beneficium curatum, vel expositionem ad audiendas Confessiones, tales Confessiones essent valida.] Ita ille.

3. Sed ego negativæ sententiæ adhaereo: nam Sacerdotes in sua Ordinatione, sicut recipiunt duplicem potestatem consecrandi, & absolvendi: ita duos illis dicendum est imprimi Characteres realiter distinctos, quorum unus sine alio consistere potest. Probat: quia Character est potestas exercendi Ordines: sed hic potestates sunt distinctæ, distinctilque temporibus collatæ: ergo etiam Characteres distincti erunt. Quare, si quis Sacerdos priorem, sed non posteriorem potestatem reciperet, nullo modo (quidquid dicat Sotus) absolvere potest: quamvis in Parochum, vel in Episcopum eligeretur; vel hanc potestatem remittendi peccata à Summo Pontifice haberet. cum sit substantialis Sacramento, & de jure divino, quidquid Paludanus in 4. dist. 25. q. 2. art. 2. num. 7. in oppositum minus considerate docuerit. Multo minus probatur à nobis opinio Valquez dist. 39. c. 6. vers. *Verum quia*, assentis, potestatem remittendi peccata superaddere potestati sciendi Corpus Christi solam extrinsecam denominationem à divina destinatione ad aliud officium exercendum: nam potestas remittendi peccata, est potestas realis ad reales effectus ordinata, non secus ac potestas consecrandi est realis: ergo non erit sola denominatio extrinseca. Secundo, idem manens idem semper est natum facere idem: ergo, si Sacerdos nihil reale acquirit per potestatem remittendi peccata, sequitur ipsum non posse absolvere à peccatis. Tertio, omnis forma Sacramenti efficit, quod significat: sed forma hujus potestatis sunt illa verba: *Accipe potestatem remittendi peccata*: ergo hæc verba talem effectum in anima habebunt: secus dicendum esset, Characterem non esse quid reale anime impressum, sed extrinsecam denominationem à divina destinatione ad hoc, & ad illud munus exercendum.

4. Hinc deducitur, potestatem consecrandi esse independentem à potestate remittendi peccata: tum, quia omne prius est independentens à suo posteriori: tum, quia novus Sacerdos utitur potestate consecrandi simul cum Episcopo, antequam potestatem remittendi peccata recipiat. At è contra potestas absolvendi adeo pendet à potestate consecrandi, ut invalida profus foret, si ipsa conferretur non habenti potestatem consecrandi. Ratio est: quia illam, tanquam suum fundamentum, præsupponit, & ablato fundamento tota fabrica corrui: non secus ac Character Episcopalis necessario præsupponit sacerdotem, sine quo consistere nequit.

5. Itaque ex omnibus supradictis apparet, completam Sacerdotis Ordinationem consistere duabus partialibus Ordinationibus; una per quam datur illi potestas offerendi, & sciendi verum Christi

Corpus, & Sanguinem, per quam ordinatur respectu veri Corporis Christi; altera, per quam datur eidem potestas supra Corpus Christi mysticum, seu qua datur potestas fideles sanctificandi, & ad legitimam Eucharistiæ susceptionem disponendi. Has Ordinationes esse distinctas, constat primò ex diversa materia, & forma. Secundò ex diverso fine. Tertio, ex tempore, quo conferuntur: nam, ut patet ex Romano Pontificali, secunda Ordinatio fit aliquanto tempore post primam. Quarto, ex diverso tempore, quo sunt à Christo institutæ. Prior est instituta ante Passionem in ultima Cœna, posterior Joann. 20. post Resurrectionem. Quinto, ex eo, quòd prior consecratio possit subsistere sine posteriore: nam, si Episcopus præacta priore Ordinatione, vel ex malitia, vel ex impotentia, non procederet ad posteriorem; ita ordinatus validè consecraret, & offerret Sacrificium; & satis patet in Apostolis priorem consecrationem, & potestatem fuisse aliquanto tempore sine posteriore.

6. Ex quibus patet, has Ordinationes posse dici duo partialia Sacramenta, per quorum singula peculiaris potestas conferatur, ita ut solum ordinatus priori Ordinatione non possit etiam validè exercere actus posterioris, ut colligi potest ex Trident. sess. 14. loc. cit. v.g. non possit validè absolvere, & conferre Sacramentum Extreme unctionis: quia tamen hujusmodi potestates sunt subordinatæ, ex illis Ordinationibus constat unum sacramentum, per quod Sacerdos perfectus statuitur.

7. Nec ex eo, quòd sint duæ illæ Ordinationes Sacerdotis, augetur numerus Ordinum: quia secunda ita intrinsecè supponit priorem, ut si quis tenter secundam conferre non ordinato priori Ordinatione, nihil sit facturus: neque is, circa quem hujusmodi Ordinatio est attentata, sit recepturus ullam potestatem Ordinis ad fideles sanctificandos; & proinde non possit validè consecrere ullum Sacramentum requirens Ordinem: eo quòd potestas Ordinis in Corpus Christi mysticum ex divina institutione supponat potestatem in Corpus Christi verum. Et hæc omnia docet Joan. Præposit. in 3. p. D. Thom. de Sacram. Ordin. quæst. 2. dub. 5. n. 25. Lessius in 3. de Sacram. Ord. c. 1. dub. 6. n. 13. & seq. Hurtadus de Sacram. Ordin. difficult. 21. & alij. Itaque in casu nostro, talis Sacerdos esset, ut ita dicam dimidiatus Sacerdos: nam haberet potestatem sciendi Corpus Christi, non autem absolvendi peccata.

8. Non obstat dicere, quòd Characteri sacerdotali annexa est potestas remittendi peccata: sed hic Character imprimitur porrectione Calicis, ex eo etiam tunc datur potestas remittendi peccata. Respondeo: integro Characteri sacerdotali annexa est potestas remittendi peccata: qui autem porrectione Calicis imprimitur, non est integer: nam integer ex duobus constat Characteribus, sicut integra Sacerdotis potestas duabus potestatibus constat, quæ diversis symbolis externis conferuntur. Neque hoc est absurdum, aut contra communem sententiam, ut Sotus existimat. Quando enim datur potestas consecrandi, datur solum Character huic potestati respondens, in quo hæc potestas fundatur: & quando datur potestas remittendi peccata, datur alius Character, cum sit alia potestas, quæ proinde in alio Charactere fundari debet. Neque est ulla ratio, cur non sint duò Characteres, sicut sunt duæ potestates.

9. Puto tamen sententiam Magistri candidi, & aliorum, esse satis probabilem; sed nostram existimo probabiliorem.

RESOL. III.

An notorie sufficiens possit ab Episcopo sine examine ad audiendas confessiones admitti?
Et an admissio ad audiendas confessiones sine examine possit licentia sine causa revocari, quia illud fuit privilegium penitus gratiosum? Ex part. 7. tr. 11. & Misc. 2. Ref. 33.

§. 1. **N**egativè respondet Joannes Antonius Novarius in *summa Bullarum tom. 2. tit. de Regularibus audientibus Confessiones secularium*, num. 9. ubi sic ait: Ampliatur septimò, ut Episcopus non possit impertiri licentiam regularibus audiendi Confessiones absque quo illi examini exponantur, & hoc sumitur ex Concilio Tridentino *sess. 23. Can. 15.* in quo disponitur nullum etiam regularem posse Confessiones secularium audire, aut ad id idoneum reputari, nisi Parochiale beneficium habuerit, aut ab Episcopo post examen si illi videbitur necessarium, sit approbatus: ex quibus verbis patet evidenter non posse Episcopum examen remittere, & fortificatur ex eo quod in approbandis Confessoribus manifestè debet constare de eorum scientia, ut notat Gloss. communiter recepta in *Clem. dudum*, §. *statuimus de sepul.* ubi ponit eas qualitates necessarias, vide notata in *c. disciplina 45. disp. Arch. in cap. penitentia de penitentis*, *dist. 1.* Panormit. in *cap. omnis utriusque sexus*, num. 7. & *seqq. cod. tit.* unde Gloss. in *cap. consider. de penit. disp. 1.* dicit, confessorio debere inesse sapientiam, & consequenter examen quæ est forma si sapientia habetur pro materia in Confessario, & forma omitti non potest. Paris. in *tr. de recip. benef. lib. 7. q. 9.* Gonzal. *gloss. 5. §. 3. num. 8. & seq.* & sic quando examen requiritur pro forma non sufficit presentatio virtualis, sed personalis. Baldus in *cap. constitutus*, *il secundo*, num. 4. de *appellat.* & ibi Decius, Felin. Anan. &c. Ita Novarius.

2. Sed ejus sententiam minimè admittendam esse puto ut patet ex praxi multorum Episcoporum admittentium ad sacras Confessiones aliquos sine prævio examine; ut fui ego admissus Panormi, Romæ, & etiam Neapoli, ubi Novarius degit à Felici Tamburello nunc Soræ Episcopo meritissimo. Dicendum est igitur contra Novarium posse Episcopum Sacerdotibus concedere licentiam audiendi confessiones, quamvis examini non exponantur. Et patet ex verbis Concilij ibi. Si illi videbitur esse necessarium; & docet Reginaldus *lib. 1. num. 197.* Coninch. de *Sacrament. disp. 8. num. 49.* Fagundez in *præcept. Eccles. lib. 7. cap. 2. num. 70.* Barbosa in *Concil. Trid. sess. 23. cap. 15. num. 37.* & alij. Nota tamen hic obiter quod admissio ad confessiones sine examine, Episcopus potest sine causa revocare licentiam confitendi; quia illud fuit privilegium penitus gratiosum. Ergo & gratis revocari potest. Tum quia gratificatus nullum per hoc jus acquirit irrevocabile, ergo revocari potest. Ita tenet Bordonus in *consil. Regular. resolut. 36. quest. 2. num. 9.* ubi citat Bossium, Megalium, & Barbosam. Et ita declarasse sacrum Cardinalium Congregationem die 31. Julij 1615. testatur Gavantus in *Man. Episcop. verb. Confessorius num. 11.*

RESOL. IV.

An Confessarius valide absolvat, antequam licentia habita ab Episcopo, vel Vicario ducatur in scriptis?
Et an licentia confitendi obtenta mediante pecunia sit valida? Ex part. 5. tractat. 14. & Misc. 2. Refol. 41.

§. 1. **N**egativè respondendum videtur ex nota Synodo Panormitana Eminentissimi Cardinalis ab Auria *part. 2. cap. 4. num. 11.* ubi sic habetur: Ad audiendas confessiones nullus accedat, quin se prius Archiepiscopo sistat, ejusque examinatoribus; & ab eo facultatem solitis subscriptionibus, ac sigillo consignatam obtineat. Hæc tibi.

2. Verùm contrarium tenendum est; nam non est de essentia ut approbatio faciendâ per Episcopum, vel Vicarium, reducat in scriptis, sed sufficit quod voce habeatur: nam scriptura non est de necessitate gratiæ. Et ita docet Reginaldus in *praxi*, *lib. 1. cap. 16. quest. 6. num. 198.* Grafius *part. 1. lib. 1. cap. 13. num. 51.* Novarius in *no vo jure Pontificio*, *conclus. 68. num. 8.* & alij: neque ex Synodo Panormitana contrarium deducitur, nam ibi solam prohibetur, ne Confessorij audiant confessiones sine licentia in scriptis redacta: quæ quidem prohibitio neque imposta est cum verbis importantibus culpam mortalem, licet hoc Confessarius facere non debeat, & possit ab Episcopo puniri.

3. Sed non desinam hic obiter apponere dubium, an videlicet licentia confitendi obtenta mediante pecunia sit invalida? prima facie affirmativè respondendum, quia Concilium requirit ut talis licentia gratis detur, & collatio beneficij pecunia obtenta invalida est; ergo sed tu contrariam sententiam tene: nam, ut ex Suarez observat Reginaldus *ubi supra*, verba illa Concilij non imponunt conditionem, quæ si expleta non fuerit, approbatio non valeat, quia id non fuit necessarium, nec forte expediens, sed tantum continet præceptum datum Episcopis, ut gratis, talem approbationem concedant.

RESOL. V.

An ad suscipiendam confessionem sufficiat rati habitio de presenti?
Et an Sacerdos peccet, si ita confessionem audire incipiat.
Et an sit probabilis opinio, quæ docet ex præsumpta voluntate Superioris quod possit unus aliquem absolvere? Ex p. 3. tr. 4. Ref. 68.

§. 1. **N**egativam sententiam ita mordicus docet Didacus Nugnus in *addit. ad 3. p. tom. 2. q. 8. art. 5. dub. 2.* ut contrarium parum Probabilitatis habere existimet.

2. Sed fallitur quidem: nam ego probabilissimam puto, & illam præter Sylveitrum *verb. confessor. 1. q. 6.* & Sotum in *4. disp. 18. q. 4. art. 3.* sequitur etiam Becanus de *Sacram. c. 38. q. 8. n. 3.* Homobonus in *exam. Eccles. p. 1. tract. 4. cap. 11. q. 105.* Fagundez *pr. 2. lib. 7. cap. 2. num. 71.* Toletus *lib. 3. c. 13. n. 3.* Sanchez de *matrim. tom. 1. lib. 3. disp. 35.* num. 22.

Sup. hoc infra in tr. 4. ex Ref. 44. §. Vnde & in tom. 3. tit. 1. lege doctorem nam Ref. 44 & sig. ter §. 2. ad lin. 9. verè licet id tantum & in tom. 7. tr. 1. ex doctina Ref. 120. in fine §. 1. 3. verè allat. num. 22.

num. 22. Henriquez lib. 6. de pœnit. cap. 13. n. 13. Villalobos in Summa, tom. 1. tract. 9. diff. 51. n. 2. ubi sic asserit. [Si la rathabicion fuellè de presente, porque el Obispo lo ve y consiente, en el tal calo valdria, porque esta no es propriamente rathabicion sino consentimiento tacito, d' interpretativo, d' qual basta.] Ita ille: An verò Sacerdos graviter peccaret, si ita confessionem audire incipiat? affirmative respondet Coninch. de Sacram. disp. 8. dub. n. 36. quia à principio invalidè confessionem audit.

3. Sciendum tamen est, quod est valde notandum, Filiucium tom. 1. tract. 7. cap. 9. num. 242. docere esse probabilem illam opinionem, quæ tenet ex præsumpta voluntate Superioris, posse unum aliquem absolvere, etiam si talis præsumptio fundetur in aliquibus signis, quæ indicent præsentem voluntatem Superioris concedendi facultatem, quod coincidit cum rathabitione de futuro, quam non esse sufficientem probavimus. At his non obstantibus, ut dixi Filiucius docet hanc sententiam esse probabilem, & citat Medinam Richardum, Sylvestrum, D. Bonaventuram, & alios. Sed an ita sit, videant viri docti; mihi enim non placet, & alibi contra Peregrinum illam reprobo.

RESOL. VI.

An revocatio sine justa causa facta Sacerdotibus secularibus non audiendi amplius confessiones, sit nulla?

Idem est de Religiosis.

Et an seculares Sacerdotes approbati etiam sine causa ab eodem Episcopo possint iterum ad examen vocari, sed non reprobari?

Et quid circa hoc de Regularibus? Ex part. 5. tr. 14. & Misc. 2. Ref. 21.

§. 1. Aliqui negativè respondent. Verùm novissimè affirmativam sententiam docet Bossius de Iubil. l. 3. cap. 2. fol. 296. §. 4. n. 164. ubi sic ait: Mihi videtur probabilior sententia affirmans approbationem Sacerdoti seculari se mel absolute datam, & injustè, ac sine causa ab Episcopo revocari, per hujusmodi revocationem non irritari; sed revocationem esse nullam. Probatur, quia talis revocatio sine justa causa facta est quedam ablatio juris acquisiti, vel quasi revocatio justæ sententiæ sine causa revocandi facta; ergo est invalida. Nam sententia à legitimo iudice data sine nova causa non potest validè revocari. Confirmatur, quia Sacerdos ille sic approbatus & declaratus idoneus, si nulla superveniat causa, vel mutatio ex parte ipsius, quoad scientiam & mores, jam habet quicquid à Concilio requiritur, ut idoneus ad confessiones reputetur, si aliunde nanciscatur jurisdictionem. Confirmatur secundò, quia cum approbatio per se sumpta absque delegatione jurisdictionis, non sit gratia & favor, ut diximus §. 1. sed declaratio per modum justæ sententiæ debita ex justitia saltem, postquam est semel rationabiliter concessa pro illo tempore, quo fuit concessa, non pendet à libera voluntate concedentis, ut per solam retractionem illius cesset, si ex parte Sacerdotis approbati nulla datur mutatio quoad scientiam, & mores, quæ justam causam præbeat Episcopo revocandi talem approbationem; & in hoc nulla est differentia inter Sacerdotes seculares & regulares se-

Tom. I.

mel ritè approbatus; licet hi ultra rationem fundatam in ratione justitiæ habeant etiam privilegium, quod privilegium non solum operatur, ut approbatio semel simpliciter illi data non possit sine causa validè revocari; sed ut nec possint ab eodem Episcopo approbatore vocari ad novum examen, nisi causa supervenerit ad ipsius confessiones pertinens; seculares autem Sacerdotes approbati etiam absque causa ab eodem Episcopo possunt iterum ad examen vocari, sed non reprobari. Ita ille. Sed tu circa præsentem questionem vide me ipsum in 3. part. tract. 2. ref. 22. & 4. part. tract. 4. ref. 200.

RESOL. VII.

An in approbatione Confessariorum requiratur iudicium interius Episcopi de eorum sufficientia?

Et an hoc idem dicendum sit de examinatore?

Et notatur, quod melior est Rusticis pœnitentibus habere aliquos confessarios ab Episcopo approbatos etiam insufficientis doctrine, quam nullos.

Et sic Episcopus non peccat, quando carens Sacerdotibus sufficientis doctrine etiam pro Rusticis approbat aliquos Sacerdotes in Confessarios pro excipiendis eorum, aut alterius generis hominum confessionibus, ut illos sacramentaliter absolvant? Ex p. 1. tract. 4. & Misc. 4. Ref. 17.

§. 1. Causa possit accedere, quando Episcopus approbaret illicite aliquem confessarium, & affirmative respondet Bonacina de Sac. pœnit. disp. 5. q. 7. punct. 4. §. 1. n. 29. ubi sic ait: Quæres utrum ille censetur approbatus, & consequenter idoneus audiendis confessionibus, qui fuit approbatus, & admissus ab Episcopo sciente illum non idoneum?

2. Resp. negativè juxta probabiliorè sententiam, nam Concilium Tridentinum sess. 23. c. 15. exigit, ut Confessarius qui non habet parochiale beneficium, iudicetur idoneus; hic autem verè non iudicatur idoneus, sed fictè, cum Episcopus interius sentiat, & iudicet non idoneum, unde Concilium videtur requirere approbationem cum iudicio, & iudicium cum approbatione.

3. Et paulo infra n. 1. hæc subdit; Hinc colligi potest solutio illius difficultatis, qua quaritur, utrum præter iudicium, quo Sacerdos iudicatur idoneus, requiratur etiam approbatio distincta à iudicio? Ratio dubitandi est, quia in Concilio Tridentino loc. cit. habentur hæc verba: *Aut iudicetur idoneus, & approbationem obtineat.*

4. Resp. utrumque requiri; quatenus Episcopus debet Confessarium non solum interius iudicare idoneum, verum etiam exterius approbare, & jurisdictionem concedere, ut patet ex verbis Tridentini citatis.

5. Ita Bonacina, cui adde Barbosam de potestat. Episcop. part. 2. alleg. 25. n. 19. & Bossium de Iubileo sess. 3. casu 2. §. 1. n. 3.

6. Sed hæc opinio non est admittenda, & illam refellit Leander de Sac. tom. 1. tr. 5. disp. 11. q. 74. Cardinalis Lugo de Sac. pœnit. disp. 2. sect. 1. n. 25. & Nicolaus Hamb. tom. 3. in 3. p. D. Thom. disp. 21. de Sac. pœnit. art. 4. ubi sic ait: Difficultas est, an ad validitatem hujus approbationis sufficiat, quod Episcopus, seu Ordinarius det illam exterius; itaut si verè, & in conscientia iudicet hunc Sacerdotem non esse idoneum audiendis confessionibus; immò nolit interius eum approbare, nihilominus exterius

H 2 &c

Sup. hoc in Ref. not. ult. hujus Ref.

Sup. hoc late in tom. 7. tr. 1. Ref. 78. & in aliis eius primæ annot.

Que nunc invenietur in tom. 7. tr. 1. Ref. 76. & 77. & in aliis eorum notationū.

NTON
OPON
Tom. 1. 11
E III

& actu externo sive verbo, sive scripto illum probat, an tunc, inquam, Sacerdos ille instructus sufficienti jurisdictione, possit valide hoc sacramentum Pœnitentiæ ministrare?

7. Respondetur, concessionem hujus approbationis esse quendam actum jurisdictionis exterioris, & veluti cujusdam sententiæ in foro exteriori prolationem, at prolatio sententiæ facta juridicè in foro exteriori, non postulat sui confirmationem ad internum judicium, illam juridicè pronuntiantis, quia potest dari casus, in quo iudex aliquis agat contra suam conscientiam, tam ut est publica persona, quam ut est privata ut omnes satis norunt.

8. Deinde sufficit, quod iudicium hoc de idoneitate Sacerdotis sit tale, quale significatur per verba Concilij Tridentini illud constituentis: sed verba Concilij Tridentini superius relata, significant satis esse quod iudicium hoc Episcopi sit externum; nam eo ipso, quo relinquit liberum Episcopis ejusmodi Sacerdotes deputandos audiendis confessionibus subijcere examini, vel non subijcere, & verbis expressis ait, sufficere quod alias iudicentur ab Episcopo ad istud munus idonei, & approbationem obtineant, innuit quod quemadmodum hæc approbatio, ut tali modo obtenta respicit forum externum, in quo si revocetur in dubium, probari debet, ita etiam, & solum iudicium externum Episcopi de hac idoneitate Sacerdotis sufficere, (quantum requiritur ex parte hujus conditionis) quod sit externum. Unde ratio hujus iudicij, & veræ intentionis in Episcopo ad conferendum alicui hanc approbationem, est distincta à ratione intentionis essentialiter requisitæ in administratione hujus Sacramenti, vel alicujus alterius; Ita Ilambertus.

9. Itaque dicendum est, quod in Concilio Tridentino, *sess. 25. c. 13. de reform.* non agitur de iudicio interno, sed de externo, quod per approbationem profertur: nam iudex, licet fortasse aliquando contra conscientiam, verè tamen exercet iudicium, cum iudicet in favorem alterius ex litigantibus, & in omni rigore iudicat causam applicandam esse huic, alioquin nunquam posset injustè iudicare, vel contra conscientiam, quod est contra omnes Theologos, & Juristas. Iudicium ergo solum significat prolationem sententiæ, quæ certè sententia est, & actus juridicus, licet fiat contra conscientiam: quare Episcopus approbans confessarium; eo ipso profert sententiam, & iudicat illum habendum esse pro idoneo. Unde à fortiori fit, illum omninò validè absolvere, qui revera idoneus est, & approbatus ab Episcopo, licet Episcopus putaret eum non esse idoneum.

10. Et idè rectè Basilius Pontius de *matr. lib. 5. c. 19. n. 4.* docuit, valere confessionem factam Sacerdoti, cui Episcopus facultatem audiendi confessiones fictè concessit, nempè solis externis verbis absque vera intentione.

11. Vide etiam Suar. de *matr. lib. 3. disp. 22. n. 14.* Unde ex his patet responso ad rationem, quam pro sua firmanda sententia adducit Bonacina, & alij.

12. Nota verò cum Cardinali Lugo, *ubi supra*, quod etiam stando in opinione Bonacina, videlicet, quod requireretur iudicium internum Episcopi ultra approbationem externam, non esset idem dicendum de examinatore: nam licet hic interius non iudicaret idoneum, quem contra conscientiam approbat; adhuc accedente Episcopi approbatione, ille haberet totum quod à Concilio requiritur: nam Concilium non petit, quod iudicetur idoneus ab alijs, sed ab Episcopo, tunc autem Episcopus ita

iudicaret, etiam interius, licet deceptus ab examinatore; ergo haberet totum, quod Concilium requirit, ut validè absolvat.

13. Nota hic obiter, quoniam melius est rusticis pœnitentibus habere aliquos Sacerdotes Confessarios ab Episcopo approbatos, etiam insufficientis doctrinæ; quam nullos (nam si tales rustici habeant, quæ pro eorum conditione sufficiunt ex parte pœnitentis, validè & fructuosè absolventur) sic etiam Episcopus non peccat, quando carens Sacerdotibus sufficientis doctrinæ etiam pro rusticis; approbat aliquos Sacerdotes in Confessarios pro excipiendis eorum, aut alterius generis hominum confessionibus, & ut illos sacramentaliter absolvant, cum nemo teneatur ad impossibile. Sed ei sufficit, ut vel alios eruditiores, si possit, querat, vel curet illos, quos approbavit, instrui de iis, quæ tales Confessarii tenentur scire pro Sacramento Pœnitentiæ ejusmodi hominibus ministrando.

14. Et ita docet Ilambert. *ubi supra. disp. 22.* & Cardinalis Lugo de *pœn. disp. 21. sect. 4. n. 74.* quæ omnia multos scrupulos ab Episcopis eijcient.

RESOL. VIII.

Si detur licentia ad audiendas confessiones alicujus specialis, queritur, an expirat morte concedentis re integra?

Idem est de facultate dispensandi.

Et docetur hoc procedere à fortiori in facultate eligendi Confessarium data per Jubilæum, & Bullam Cruciatam, & in facultate excipiendi Ordines extra tempora, vel non servatis interstitiis, celebrandi in privato oratorio, & in alijs similibus?
Ex p. 11. tt. 7. & Misc. 7. Ref. 7.

§. 2. **A**ffirmativè respondet Sanchez de *matrimonio, lib. 8. disputat. 28. num. 73.* ubi sic ait; Quando tamen licentia esset concessa Sacerdoti audiendi confessiones pœnitentis determinati in illius pœnitentis favorem, expiraret facultas morte concedentis re integra, id est quoad confessionem nondum ante acceptam. Quia, cum illa gratia sit in illius pœnitentis favorem, & nondum sit perfecta, sed per confessarium exequentia, non habet gratiæ factæ rationem, sed faciendæ; quam morte concedentis re integra expirare diximus *num. 64.* Et ita tenet Gaëta *cap. ad limina 30. questione prima, §. 106. num. 312.* Et idem aperte colligitur ex Doctoribus, quos *numero 81.* referam, assententibus facultatem dispensandi cum determinata persona in illius favorem expirare morte concedentis re integra. Ita Sanchez.

2. Sed ego negativam sententiam satis probabilem, & utam existimo cum Basilio Pontio de *matrimonio, lib. 8. cap. 19. §. 1. num. 5. & 8.* qui nominatim Sanchez impugnatur, & idè sic asserit; Novissimè sufficienti fundamento dici posset etiam facultatem concessam alicui, ut dispenseret cum aliquo determinatè non expirare morte concedentis. Sequitur Emmanuel Sa *verbo dispensatio, num. 6.* estque in praxi secura sententia. Nam correctio Romana, quæ abstulit ab eo auctore etiam omnia, quæ in praxi non erant omnino tuta, hanc sententiam in eo auctore intacta reliquit. Favet Salas de *legib. disp. 20. sect. 17. conf. 6.* Probabilem putat Suar. *diut. c. 31. n. 14. & 15.* Solum oportet explicare

Sup. hoc in
to. si tract.
lege docti-
nam Ref. 2.
ut docti-
confirmitas
hujusmodi
significet in
c. 3. ut, si ex
Ref. 144. §.
Verum. c.
ca. ante res-
dium, à ver-
si facultat.
Sed lege-
cam per co-
tam, & non
pigabit.

care *textum in dicto cap. si cui nulla*, In cuius explicationem multa dici possent, valde enim in hac doctrina explicanda torquentur Doctores. Ego tamen dixerim universè loquendo omnem licentiam vel facultatem, vel rescriptum concessum uni in ordine ad effectum causandum ab alio, censeo gratiam statim factam ex vi privilegij ante quemcumque ejus usum, si materia gratiæ sit spiritualis: imò & in quacumque materia dummodo non sit jure prohibita, vel excepta. Itaque habet locum nostra doctrina in omnibus casibus, in quibus contrarium non statuatur ipso jure. Reperimus autem jure ipso aliter statutum in duplici casu. Primus est materia ambitiosa, qualis est beneficium, ut in dicto cap. si cui nulla, cap. si super gratia, de officio deleg. in 6. Alter est in materia fori contentioso, ut in cap. gravum, & cap. relatum de officio delegati. ad quam etiam reducuntur leges, quæ statuunt mandatum expirare morte mandantis re integra. Quare ea decisio non est ad omnes casus extendenda.

3. Solum ergo superest, an juxta hanc doctrinam dicendum etiam sit, potestatem datam alicui Confessori ad audiendam confessionem determinate personæ expirare re integra morte concedentis? Affirmat expirare Thomas Sanchez loco citato; Salas limitat communem doctrinam in hoc casu, & excipit à generali regula nescio quo fundamento; Suarez cap. 31. citato negat habere locum in hoc casu, quia istud judicium magis est gratiæ, quam justitiæ. At non sufficiens videtur assignari ratio, cum in aliis indultis, quæ dantur determinate personæ, & in ordine ad determinatam personam, etiam reperitur ratio gratiæ potius, quam justitiæ, & nihilominus expirare censeantur morte concedentis. Quare ego dixerim si nihil speciale in concessione exprimitur, non censetur expirare morte concedentis, idque spectato ipso jure Pontificis in dicto cap. si cui nulla, & attentè animadverso. Consulto enim dixit Pontifex, si non ob suam, sed ejus cui provideri mandatur gratiam, & favorem. Ut ergo expiret ea gratia concessa alicui in ordine ad determinatam personam, debet esse ob solam gratiam tertij, his enim, æquivaleret illa vox, non ob suam. Quare si simul sit in gratiam, & favorem utriusque, non expirabit. Quia, cum ex ea parte sit gratia facta, & gratia facta non expiret, neque possit claudicare ex aliqua parte, necessario per consequentiam sit, ut ex omni parte maneat. Versari autem in ea concessione gratiam, & favorem utriusque tam confessoris, quam pœnitentis communiter loquendo, planum videtur esse. Et hæc omnia docet Pontius ubi supra, cui adde post hæc scripta visum Patrem Antonium Escobar & Mendozam in Theol. mor. tom. 1. sect. 2. cap. 15. Prob. 27. num. 177. qui etiam optimè Prob. 28. observat contra Angelum Philiarum, & alios, quod quando conceditur tibi privilegium eligendi confessarium sive determinatum, sive indeterminatum, qui te à reservatis absolvat, vel tecum dispenset, hæc facultas, vel privilegium non perit concedentis morte re integra, quia est gratia jam facta tibi, & beneficium legitime à te possessum, ratione cujus potes confessarium eligere; Sic Henriquez l. 7. cap. 21. §. 6. Suarez tom. 4. de pœnit. disputat. 26. sect. 3. num. 7. & lib. 8. de legibus, cap. 31. num. 3. & 19. Sanchez de matrimonio, l. 8. disputat. 28. num. 72. & 75.

4. Et addit Escobar hanc sententiam sine ulla limitatione tenendam esse, & procedere à fortiori

in facultate eligendi confessarium data per Jubilæum, quia hujusmodi facultas est accessoria facultati lucrandi indulgentiam, quæ cum sit gratia jam facta, & concedentis morte non expirat; neque etiam privilegium eligendi confessarium, quod illi est accessorium. Deinde addiderim à fortiori procedere in facultate concessa eligendi confessarium per Bullam Cruciatæ; quia est gratia jam facta Regi, in cuius favorem pro expeditione belli contra infideles conceditur. Et in facultatem recipiendi ordines extra tempora, vel non servatis interstitiis, celebrandi in privato oratorio, comedendi carnes diebus prohibitis, & aliis similibus; quia hæc omnes sunt gratiæ factæ ipsi, cui hujusmodi privilegia conceduntur, ac proinde non possunt concedentis morte deperire.

RESOL. IX.

An Confessarius hic Panormi ab Episcopo approbatus possit Panormitanum absolvere Romæ, Neapoli, vel aliis locis extra Diocesim?
Et quid de proprio Parocho, & de Religiosis, qui per approbationem equiparantur Parocho? Ex p. 3. et. 4. Resol. 143. aliàs 144.

§. 1. DE proprio Parocho, & de Religiosis, qui per approbationem equiparantur Parocho, non dubitant Doctores; difficultas est de aliis Sacerdotibus approbatis, & negativè respondent Joannes Gutierrez 99. Canon. 1. cap. 17. cum Zerala, & Sorbo, quos citat, & sequitur Garzias de beneficiis, tom. 1. part. 1. cap. 8. n. 132. quia delegatus etiam Ecclesiæ Romanæ non potest extra provinciam sibi decretam absolvere subditum ex manuum injectione in Clericum, ut patet in cap. penult. de officio legati; jurisdictio enim delegatorum terminatur territorio.

2. Verùm affirmativa sententia mihi placet, quam communiter tuerentur DD. ut Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 3. disp. 34. num. 2. Megala in 1. part. lib. 1. c. 7. n. 25 & c. 9. n. 12. Henrici, lib. 6. c. 6. n. 7. & lib. 7. c. 1. n. 4. Peirinus de relig. subdito, tom. 1. q. 1. c. 21. §. 2. Vega in sum. tom. 1. c. 62. cas. 41. Gomez in explicat. bull. Cruciat. 10. n. 8. Suar. in 3. p. tom. 4. disp. 28. sect. 6. & 7. Nugnus in 3. p. tom. 2. q. 8. art. 5. dub. 8. Et ratio est, quia isti Confessores delegati habent jurisdictionem in personas pœnitentium. Ergo non attenditur territorium, vel præsentia localis, sed tantum persona. Adde, quod jurisdictione voluntaria potest exerceri extra territorium à quocumque illam habente, ut patet ex l. 2. ff. de officio Proconsul.

3. Nec obstant declarationes Cardinalium, & Doctores, quos affert Garzias etiam novissimè in Additionibus; nam respondeo, quod loquuntur in casu, quo, v. g. Confessarius approbatus hic Panormi, vellet absolvere extra hanc diocesim Messanenens, vel Neapolitanos. Nam quisque per approbationem habitam in una diocesi, non potest absolvere ubique. Non autem loquuntur, quando talis Confessarius extra territorium absolvit subditos Episcopi, qui illum approbavit. Vide Acoft. in Bull. Cruciat. q. 38. Ugolinum de potest. Episcop. c. 7. §. 2. n. 7. & alios. Unde est dispar ratio inter utrumque casum. Ad text. verò in cap. penult. de officio delegati, respondeo, quod loquitur, quando delegatus vult exercere jurisdictionem externam in foro contentioso, quæ exerceri minimè potest extra territorium, quod non accidit in casu nostro.

NTON
Opera
Tom. 1 & 2
E III

hoc in
5. 1. 1. 1.
re doctis
an Resol.
dicitur
jus illud
manet in
er. 1. et
si, 144 p.
rum de
ante me
om. à rell
facultas
ad lege
im per
m. de an
egit.

RESOL. X.

An Confessarius etiam Regularis approbatus, verbi gratia ab Episcopo Neapolitano possit excipere confessiones Neapolitanorum in aliena Diocesi?
Ex part. 10. tractat. 14. & Misc. 4. Resolut. 41. alias 39.

Sup. hoc pro Confessariis in Ref. prae- terita, & pro Regularibus in §. not. Confessariis Regularibus infra ex Ref. 24. lege §. sed qua- ro. & seqq.

§. 1. **N**egativè respondet Joan. Marias Novarius in *Lucerna Regularium Confessarius*, num. 14. ubi sic ait: Confessarij etiam Regulares ab Episcopo approbati ad Confessiones audiendas, nequeunt illas audire extra Diocesim Episcopi approbantis, quamvis illi, qui confiteri velint; sint eidem Episcopo subjecti, ita quidem determinavit Sacra Congregatio in *una Cremonen.* 22. *Mayj.* 1610. Ità Novarius; cui adde novissimè Joann. Baptistam Venturiam, in *Praxi Fori, Ecclesiastici*, Annot. 48. §. *Unico*, numero *quadragesimo sexto*, sic asserentem: Ultimò nota, quod Confessores Regulares, ac etiam Sæculares approbati ab Episcopo ad audiendas Confessiones, non possunt audire Confessiones extra Diocesim Episcopi approbantis, etiam si confiteri volentes sint subditi Episcopi approbantis. Ità ille.

Sup. hoc cursim, & recitanter in duabus lin. primis Ref. præterita, & si gnanter in tom. 7. tr. 1. ex Ref. 83. §. ult. & c. & lege etiam doctrinam §§. Refol. 2. not. præterita.

2. Sed ego puto Declarationem Cardinalium non esse authenticam, & falso illis tribui, cum sit contra communem sententiam Doctorum; & idèd me citato affirmativam sententiam tenet Bordonus in *Conf. Regular.* tom. 1. *resol.* 6. num. 4. ubi sic ait: An Confessarij Regulares ubique non solum in Diocesi, in qua admissi sunt, sed etiam extra illam audire possint subditos Episcopi approbantis. Respondetur: Possunt non solum ubique in Diocesi; sed etiam extra illam ubique locorum. Et hoc procedit non solum si Regularis sit in itinere, sed etiam quando mutavit domicilium, & translatus fuit ab uno ad aliud Monasterium, extra Diocesim ejus Episcopi, qui illum approbaverat, intellige modò duret ejus approbatio: Quod amplia, licet in secundo Monasterio nondum sit approbatus ab Episcopo ejus loci, ubi moram trahit de familia; in hoc enim stat punctus questionis. Pares ergo in hoc sunt Confessarij Regulares, & Parochi, qui ubique locorum suas oves audire possunt sacramentaliter. Nec obstat, quod in literis testimonialibus approbationis habeatur illa clausula: In Ecclesia sui Ordinis, quasi jurisdictione restringatur ad Ecclesiam, & locum expressum, ita quod non possit hoc ministerium exerceri in aliis Ecclesiis Diocesis, ne dum extra ipsam Diocesim: Quia ea non aufert potestatem, si extra sacramentum exercatur, sed designat locum, in quo ordinariè hoc Sacramentum exercendum est. Ità ille: & post illum Marcus Vival in *Arca Theol. Moral.* tit. de *jurisd. Inquis.* 6. num. 158. quibus adde Bejam part. 4. *cas.* 20. §. *Colliger.* Peregrinum, in *Compend. Privileg. verb. Absolutio.* Mirandam, tom. 1. *questione quadragesima quinta, artic.* 14. *conclus.* 3. Rodriguez in *Compend. Refol.* 32. num. 14. Portel in *Dubis Regul. verb. Confessor.* num. 5. & hoc non solum procedit quoad Confessarios Regulares, sed etiam quoad Sæculares, ut patet ex Sanchez de *Matrimonio*, tom. 1. lib. 3. *disputat.* 34. & aliis, quos citat & sequitur Barbosa in *Aphorismis lit. C. Verb. Confessarius*, fol. 63. asserens absolu-

tè Confessarium legitimè approbatum ab Ordinario, posse illius subditorum audire Confessiones etiam extra propriam Diocesim.

RESOL. XI.

Utrum Parochus, v. g. Messanensis possit ex licentia Parochi Panormitani confessiones Panormitanorum in ejus Parochia recipere absque approbatione Archiepiscopi Panormitani? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 159. alias 160.

§. 1. **N**egativam sententiam docet Beja part. 1. cap. 16. & novissimè Alphonsus Regius in *sis resolutionibus*, *cas.* 61. num. 9. qui citat Gutierrez, Toletum, & Rodriguez. Ratio est, quia Curatus extra suam Parochiam & Diocesim censetur persona privata, & nihil amplius habere videtur, quam simplex Sacerdos; ergo quamvis per beneficium parochiale judicetur idoneus in sua Diocesi, tamen extra illam tale beneficium nihil ei suffragatur quoad confessiones alienarum ovium audientias, sicuti neque alteri Sacerdoti approbato à suo Episcopo: Et idèd Concilium Tridentinum æquiparat beneficii parochiale approbationi Episcopi; asserit enim quemlibet illorum modorum esse posse sufficientem, & alterutrum esse necessarium, sed approbatus in uno Episcopatu non est ubique approbatus, seu idoneus, nec is qui beneficium habet parochiale. Ità Regius ubi supra.

2. Sed contrariam sententiam docet Suarez, tom. 4. *disp.* 28. *sect.* 4. num. 18. & seq. cum Vasquez in 3. part. tom. 4. *quest.* 93. *art.* 3. *dub.* 4. n. 2. ubi sic asserit. Existimo ex Concilio Tridentino apertè reputari idoneum ipso jure, quicumque parochiale habet beneficium, ut non tantum in sua Diocesi, in alia audire possit Confessiones, jurisdictione tamen sibi commissa, quam tamen jure ipso habet solum in sua Parochia, nec indiget extra suam Diocesim approbatione Episcopi illius Diocesis, ut censetur idoneus, sed commissa sibi jurisdictione ab eo, qui potest, ut à proprio Parocho existenti in alia Diocesi, potest ille quemcumque absolvere, quia jam jure ipso idoneus sine alia Episcopi cujuscumque approbatione reputatur; sic enim ex Concilio, ut duo diversa, unde aliquis censetur idoneus, ponuntur; alterum habere parochiale beneficium, alterum approbatum esse ab Episcopo. Ità Vasquez, satis quidem probabiliter, unde contra Regium ubi supra, n. 12. qui sequitur hanc opinionem, non se exponit periculo efficiendi irritum valorem Sacramenti; nam, ut alibi probatum est, qui cum opinione probabili administrat Sacramentum, quoad suam jurisdictionem semper illud conficit; nam Ecclesia in tali casu ratione opinionis probabilis confert illi jurisdictionem.

RESOL. XII.

An Parochus possit exponere ad confessiones audiendas approbatos à quocumque Episcopo?
Et quid, si Episcopus prohibet suis Parochis, aut Superioribus Regularium, ne Sacerdotes alibi approbatos ad audiendas confessiones in sua Diocesi exponant?

Et

Et an supradicti Confessarij ex consensu parochorum audientes confessiones, possint puniri ab Episcopo, eo quod in aliena Diœcesi confessiones auscultent? Et quid dicendum, si virtute Cruciatæ hoc faciunt absque nova approbatione? Et an parochus possit concedere facultatem simpliciter Sacerdoti ad excipiendas suorum parochianorum confessiones? Et notatur, quod superior non potest justè punire subditum non obedientem dicitur ad id probabili opinione. Ex part. 3. tract. 14. Ref. 109. aliàs 110.

tes confessiones in sua diœcesi virtute Bullæ Cruciatæ, absque nova approbatione. Nam secundum opinionem Doctorem probabilem, si non committunt culpam, digni nequaquam erunt pœnæ. Sed in casu de quo loquimur, Confessarij sequuntur opinionem probabilem. Ergo digni non erunt ut ab Episcopis puniantur. Et ideo idem Sancius disp. 33. num. 43. asserit, non posse justè Superiorem punire subditum non obedientem, ductum ad id probabili opinione, quia cum tunc non obediendo, minimè delinquat, & nullus dignus sit pœna, nisi ob culpam, fit tunc non habere jus Superiorem punitionis dandæ subdito. Sed totum hoc accidit in casu nostro. Ergo Sed his non obstantibus omnia supradicta, disputationis causa dicta esse volo, nam negativam sententiam in praxi observandam esse puto.

Sup. hoc est eodem Sanctio tantum hic citato in tom. 8. tr. 15. Ref. 15. in fine, sed lege eam per totam, & alias Ref. & veris ejus primæ annot.

§. 1. Possè parochum concedere facultatem simplici Sacerdoti ad excipiendas suorum parochianorum confessiones, putant Ledesma in sum. tom. 1. de Sacrament. Pœnit. 12. mediâtè ad 5. concl. & Ludovic. de San Juan in summa quest. 7. artic. 2. de pœnit. diff. 11. cum aliis. 2. Sed hanc opinionem rejiciunt Fagundez præcept. 2. lib. 7. cap. 2. num. 43. Zanardus in direct. p. 1. de Sacram. Pœnit. c. 26. Nugnus infra cum aliis communitè, & patet ex Concilio Trident. Difficultas est, an hoc possint efficere cum Sacerdotibus saltem approbatis ab aliquo Episcopo? Negativè respondet Nugnus in addit. ad 3. p. 9. 8. art. 5. dub. 7. ad 4. argum. Sed sententiam affirmativam sustinet Joannes de la Cruz, Dominicanus in direct. p. 2. de Sacram. Pœnit. q. 5. dub. 6. conclus. 3. ubi sic asserit: Ex dictis patet, potestatem concessam parochis in c. omnis utriusque sexus, delegandi suam jurisdictionem aliis Sacerdotibus aliis idoneis, non esse ablatam in Concilio Tridentino, sed solum, quod parochi non possint judicare de idoneitate requisita pro confessionibus audiendis. Unde patet posse Parochum delegare suam jurisdictionem Sacerdoti semel approbato à suo, aut extraneo Parocho pro suis ovibus, & pro se in eisdem casibus. Ita ille, & ante illum Henriquez lib. 7. capit. 12. num. 4. & novissimè Agidius Coninch Societatis Jesu de Sacrament. disputat. 8. dub. 7. numer. 57. docet etiam hanc sententiam, seculâ tamen prohibitione Episcopi, itaque sic ait: Quamdiu Episcopus non prohibet suis Parochis, aut Superioribus Religiosorum, ne Sacerdotes alibi approbatus ad audiendas confessiones in sua diœcesi exponant, hi validè assumentur, & exponuntur, quia habent conditionem à Concilio Tridentino requisitam, quod scilicet à suis Ordinariis sint approbati. Ita Coninch. 3. Ex quibus patet, maximè non extante prohibitione Episcopi, quod approbatus, v.g. in diœcesi Mellanensi, si transferat se in diœcesim Panormitanam, possit ibi à Parocho, vel Superiori Regularium assumi, ut eum adjuvet in audiendis confessionibus sine novâ approbatione Archiepiscopi Panormitani. Neque adversus hanc sententiam faciunt aliquæ declarationes Cardinalium, nam ad illas, & argumenta contraria optimè respondet Coninch ubi supra. 4. Notandum est etiam hinc obiter, supradictos Confessarios ex consensu Parochorum audientes confessiones, non esse puniendos ab Episcopis, eo quod in alia diœcesi confessiones auscultent, quidquid in contrarium asserant Ledesma in sum. tom. 1. de Sacram. Pœnit. c. 12. immediatè ad 5. conclus. & Ludovic. de San Juan. in sum. qu. 7. art. 2. de pœnit. disp. 12. & ita docet contra illos Joan. Sancius in select. disp. 48. num. 52. qui etiam notat disp. 44. num. 27. quod Episcopus justè non potest punire Confessarios alibi approbatus, audien-

RESOL. XIII.

An post Concilium Tridentinum Parochi possint exponere ad confessiones audiendas in sua Parochia? Et an saltem Parochus possit exponere alium Parochum ad confessiones audiendas in sua Parochia? Et an Parochi per Bullam Cruciatæ, Jubilæam, &c. sint eligibiles per totum mundum, ad confessiones audiendas sine approbatione Episcopi? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 145. aliàs 146.

§. 1. Rem difficillimam explicandam aggredior, de qua cursum * alibi nos aliqua diximus. Affirmativam sententiam docuit ex Dominicanorum familia Magister Joannes Gallo, qui Concilio Tridentino interfuit, & Magister Joannes Orellana, Professores publici sacre Theologiæ in Academia Salmanticensi, quos refert, & sequitur novissimè Petrus de Ledesma in sum. tom. 1. de Sacram. Pœnit. c. 12. conclus. 5. §. la secunda sententia; & Ludovicus de San Juan in sum. de pœnit. qu. 7. art. 2. diff. 12. & hanc sententiam probabilem esse docet etiam novissimè Ioan. de la Cruz in direct. conf. part. 2. de Sacram. Pœnit. q. 5. dub. 6. conclus. 2. Probatur, quia cum Parochus sit proprius Sacerdos, & Pastor suorum subditorum, habet jure divino potestatem delegandi Confessores pro suis subditis, imò & jure Ecclesiastico antiquo, ut patet in cap. omnis utriusque sexus, & quia hæc potestas non est ablata per decretum Concil. Trident. sess. 23. de reform. c. 15. quod solum intendit abrogare privilegia Bullæ, & consuetudines audiendi confessiones, sine approbatione Episcopi, etiam immemorabiles; quod autem Parochus possit delegare Confessores pro suis subditis, non habetur ex privilegio aliquo, sed ex jure divino, aut Ecclesiastico antiquo. Et sic quando dicitur in Concilio: Nullus audiat confessiones, &c. nisi sit Parochus, &c. statim revocantur privilegia, & consuetudines immemorabiles in contrarium. Vide etiam omnino Ledesmam, qui textum Concilij minutatim exponit, & probat non tollere jurisdictionem Parochis.

2. Verum ego hanc sententiam probabilem judicarem, nisi oblatet in contrarium declaratio DD. Cardin. Concilij interpretum, quam asserit, & sequitur Petrus Fay in addition. ad 3. part. question. 8. artic. 5. disputat. 1. quæ declaratio, ut ipse ait conformis est valde textui Concilij, quod præcisè, & privativè duos tantum ponit titulos excipiendi Confessio-

* Alibi in §. 1. Ref. præterit. Sed legatâ doctrinâ Ref. seq. & infra ex Refol. 23. §. Quarto quatrò. & in tom. 4. tr. 44. Ref. 3. in scæ primis ejus lin.



nes secularium, & Sacerdotum expositionem; scilicet approbationem Episcopi, & beneficium parochiale; ergo qui neutrum habuerit, confessionem audire non poterit. Voluit ergo Concilium auferre abusum plurimorum Parochorum, qui ut commodius se otio darent, exponebant quoscunque etiam idoneos, imò plerique illorum non ita vigeabant prudentia, quæ ad debitum tam grave debite peragendum requiritur; iudicavitque id reserandum Episcopis, in quibus regulariter major est prudentia, & circumspectio. Et ita hanc sententiam docent etiam novissime Villalobos in *summa tom. 1. tract. 9. diff. 49. num. 9.* Sancius in *select. disp. 48. num. 51.* Regius in *resolut. cas. 61. num. 2.* & Fagundez *præcept. 2. lib. 7. num. 42.* qui alias adducunt rationes, quas tu apud illos videbis.

3. Notandum est tamen hic, Parochum posse exponere alium Parochum ad confessiones audiendas in sua parochia. Et ita Parochi per Bullam, Jubilæum, &c. sunt eligibiles per totum mundum ad confessiones audiendas, sine approbatione Episcopi: vide Fagundez *præcept. 2. lib. 7. cap. 2. n. 35.* Filiucium *tom. 1. tract. 7. n. 257.* Suarez *tom. 4. disp. 28. sect. 4.* Toletum *lib. 3. c. 13. num. 6.* licet contrarium asserat P. Leone *tract. de offic. & potest. Confessor. tom. 2. recollect. 4. num. 79.* Sed tu tene nostram sententiam.

RESOL. XIV.

An sit opinio probabilis aliquorum Doctorem asserentium posse Parochum simplicem Sacerdotem ab Episcopo non approbatum exponere ad confessiones audiendas suorum subditorum?

Et notatur, quod Parochus non potest eligere sibi Confessorem, nisi ab Episcopo approbatum?

Et an saltem possit Parochus deputare simplicem Sacerdotem non approbatum ab Episcopo in aliquo casu, v.g. ut si nimium fatigatus sit in hebdomada sancta, vel tempore Iubilæi, in quo concurrunt plures confessiones, & approbare Sacerdotem doctum, si non sit facilis recursus ad Episcopum longè distantem?

Et an saltem possit Parochus exponere ad confessiones suorum subditorum Sacerdotem approbatum à quocumque Episcopo?

Et utrum Regulares quicunque etiam ex Societate Jesu non possint administrare Sacramentum Pœnitentiæ secularibus absque licentia Episcopi Diocœsanæ, etiam si in alia Diocœsi approbati sint? Ex part. 10. tract. 16. & Misc. 6. Ref. 75.

Alibi supra in Ref. 1. 7. 8. & magis late in Ref. 13. & infra in Ref. 23. §. Quæro quinto, & in tom. 4. tr. 4. Ref. 3. in sex primis, ejus lib.

§. 1. Non posse hoc facere ego alibi probavi contra Ledesma, & alios; nunc quæro, an saltem opinio affirmativa sit probabilis; & præter Joan. de la Cruz illam tanquam probabilem novissime admittit Leandrus de *Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 11. q. 56.* Et ratio, quia hoc jus Parochorum non videtur esse à Concilio sublatum, in quo solum dicitur, non obstantibus privilegiis, & quacumque consuetudine; hoc autem jus non compete- bat Parochis ex privilegio, aut mera consuetudine, sed ex officio, & potestate sua.

2. Verum ego puto dictam sententiam esse improbabilem, & ita illam vocant Suarez *disp. 28. sect. 4. n. 12. & 13.* Fagundez *part. 2. lib. 7. c. 2. n. 43.* Sancius in *selectis, disp. 48. n. 11.* & me citato Calpenis in *Cur. Theol. tom. 2. tr. 24. disp. 5. sect. 7. n. 64.* & Martinus de San Joseph in *Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 24. de Pœnit. n. 5.* ubi sic ait: *Después del decreto referido, num. 2. del Concilio Trident. no*

pueden los Parocos aprobar à los simples Sacerdotes para confesar sus subditos, porque forçosamente han da tener la una de las dos aprobaciones del Concilio d'el Obispo, ò la del Beneficio Paroquial. Es opinion comun, y la contraria tiene mas poco de probabilidad. Quod etiam observat Nungus *ex addit. ad 3. p. q. 8. art. 5. dub. 5.* & ideo nostram sententiam, me citato Cardinalis Lugo de *Pœnit. disp. 21. sect. 1. n. 6.* vocat omnino veram. Dicendum est itaque, quod post decretum Concilij Tridentini *sess. 23. cap. 25. de reform.* non licet Parochis delegare jurisdictionem suam Sacerdotibus non approbatis ab Episcopo, quia sine ulla exceptione requirit in omnibus Confessariis secularium approbationem Episcopi. Nec obstat Parochos ratione sui muneris habere potestatem ordinariam delegandi vices suas alteri Sacerdoti, & non constare hanc potestatem sublata illis esse à Concilio; tum quia satis intelligi potest sublata, cum in re tantum momenti in generali requirit approbationem; tum præcipue, quia Tridentinum non tollit à Parochio hanc potestatem, sed in Confessariis requirit approbationem, ut conditionem requisitam ad exercendum hoc munus: unde cum Parochus non possit delegare vices suas, nec unquam delegare poterit, nisi Sacerdoti idoneo ad confessiones, nec modo poterit delegare, nisi approbato ab Episcopo, cum sine hac approbatione non sit idoneus, sicut nec sunt Doctores, Magistri, aut Licentiatii idonei Ministri confessionis sine approbatione. Imò Parochus non potest sibi Confessarium eligere, nisi ab Episcopo deputatum, sicut & alij Fideles: quia facultas sibi eligendi Confessarium est propria Prælatorum, vel eorum qui de consuetudine eam habent. Confirmo magis clarè, & evidenter nostram sententiam; quia in Tridentino universaliter dicitur, nulum esse aptum, vel posse confessiones secularium audire de cætero, nisi vel Parochum; vel approbatum ab Episcopo. Et hoc potissimum fuit inductum ad tollendum Parochorum abusum, qui ineptis suas oves committebant. Ergo non debuit manere eadem facultas, sicut antea, in Parochia: ad quid enim Concilij decretum deserviret? Certum quippe est, neque etiam antea potuisse Sacerdotem simplicem audire confessiones secularium, nisi ex commissione Parochi, vel Episcopi, vel Pontificis; si ergo nunc etiam possunt ex commissione Parochi eas audire, poterunt à fortiori ex commissione Episcopi, ac Papæ, qui est magis unus Pastor eorum ovium; & per consequens nihil innovatum erit per Tridentinum. Unde ex his ego puto posse Episcopum punire Parochum, & Confessarium, si Ledesma, & aliorum opinionem ad praxim deducerent. Sed miraberis fortasse Lector, me hanc questionem pertractasse, qui tamen in aliis operibus difficilè Doctorem opinionem nota improbabilitatis inuro. At hoc feci coactus ex scriptura parum modesta cujusdam Parochi effrontis.

3. Verum ex his oritur dubium, an saltem Parochus possit deputare simplicem Sacerdotem non approbatum ab Episcopo in aliquo casu, ut si v.g. nimium fatigatus sit in hebdomada sancta, vel tempore Iubilæi, in quo concurrunt plures confessiones, approbare Sacerdotem doctum, si non sit facilis recursus ad Episcopum longè distantem. Et affirmative docent Henriquez *lib. 6. cap. 6. num. 2.* in *Glossa, litera F. & G.* cum Ludovico à Cruce in *Bulla Cruciaræ, disp. 1. cap. 2. dub. 3. num. 2.* quod probat, quia ut communitur omnes concedunt

Sup. hoc in tom. 4. tr. 4. Ref. 3. & sequenter à lin. 7. §. 1.

concedunt in materia de matrimonio, & de voto, quando difficultas est recursus ad summum Pontificem propter inopiam personarum, aut alio iusto titulo, Episcopus potest dispensare in votis & aliis reservatis Summo Pontifici; ergo similiter in proposito, quando non est facilis recursus ad Episcopum, & urget necessitas ob multitudinem confessionum, poterit Parochus idoneum Sacerdotem approbare. Deinde potest dici, quod in tali casu talis approbatio Parochi valet propter ratiabitionem, & episcopiam, quia rationabiliter credi potest, quod Episcopus, si adfuerit, approbaret illum, & quod ratam habiturus sit talem approbationem: unde rectè Henriquez loco supra citato ait, hanc sententiam esse probabilem, ex ratiabitione.

4. Verùm, his non obstantibus ego etiam in tali casu non concederem Parochis hanc auctoritatem; unde Trullench in *Bullam Cruciatae*, libr. 1. §. 7. capit. 1. dub. 2. num. 2. sic ait: Adverte tamen Henriquez tenere posse Parochum defatigatum tempore Paschæ, aut Iubilæi in quo concurrunt plures confessiones, approbare confessorem doctum, si non est facilis recursus ad Episcopum, quod in casu necessitatis, & non aliâ satis probabile existimat Ludovicus à Cruce, hoc autem ego in praxi admittere non audeam, videtur enim aperte repugnare dispositioni Tridentini. Ita ille, & ego.

5. Et tandem hic quero, an saltem possit Parochus exponere ad confessiones suorum subditorum Sacerdotem approbatum à quocumque Episcopo. Et affirmative nominatim contra me respondet Leandrus de *Sacram. ubi supra quest. 59.* qui citat Henricum Coninch, Ioan. de la Cruz, Candidum, & alios, quibus ego addo Amicum in *Cur. Theolog. tom. 8. disp. 1. §. sect. 3. n. 119.* ubi docet, approbatum ab uno Episcopo ceteri approbatum pro tota Ecclesia, licet fateatur posse Episcopum unius Diocesis, ut illi suas oves committat. Ergo dum Episcopus non prohibet Sacerdotes ab aliis Episcopis approbatos, non posse absque suo novo examine in sua Diocesi excipere confessiones, dum hoc inquam, non prohibetur, sequitur posse Parochum dictum Sacerdotem in sua Parochia ad confessiones exponere.

6. Verùm contra Leandrum, & alios non discedo à sententia negativa, quam olim docui, & hodiè puto ab illa sine temeritate non posse discedi, stante Bulla Sanctissimi Domini nostri Innocentij X. in causa Angelopolitana Iurisdictionis, sub die 9. Maij 1648. in qua responsione ad nonum dubium sic habetur, Nonò, utrum Regularis quicumque, etiam Societatis Iesu possit administrare Sacramentum Pœnitentiæ Secularibus absque licentia Episcopi Diocesani, etiam in aliena Diocesi approbatus sit? Respondetur, Regulares etiam Societatis Iesu in una Diocesi ab Episcopo approbatos ad confessiones personarum secularium audiendas nequaquam posse in alia Diocesi huiusmodi confessiones audire sine approbatione Episcopi Diocesani. Ita ibi. Unde cessat hodiè questio superius opposita, & de qua dissenso aliqua erat inter Doctores, utrum approbatus ab uno Episcopo, esset approbatus pro omnibus Diocesis; nam, ut aperte patet ex supra citatis verbis Pontificis, negativè omnino respondendum est, & opinio affirmativa hodiè nullam speciem probabilitatis habere potest. Imò ego puto etiam, ante Bullam Innocentij X. dictam sententiam non fuisse probabilem, stante alio decreto Urbani VIII. anno 1628. ut bene observat

Cardinalis Lugo ubi *supr.* num. 29. Sed de his ego etiam alibi. Unde caveant in posterum Confessarij, sententiam Henriquez, Coninch, Amici, & aliorum ad praxim deducere.

in Ref. 24. §. Probatur.

RESOL. XV.

An iam Parochos possint Episcopi aliquoties examinare? Ex part. 4. tractat. 4. & Miscell. Resol. 59.

§. 1. Hanc questionem non invenies ita facile apud Doctores, & affirmativam sententiam docet Agidius Trullench in *expof. Bullæ Cruciatae* lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 5. num. 3. & Joan. Sancius in *selectis disp. 50. per rotam* pro cuius explicatione suppono certum esse, posse Episcopum unum, vel alterum Parochum examinare quando defectus scientiæ adeò notus esset, quòd vel nullatenus posset celari, vel errores admissi à Parocho id ostenderent, tunc enim cum errores, vel fama publica se gerant tanquam accusatores, in Parochum jus habet Episcopus vocandi illum ad suum Tribunal, & confessionem juridicam ab eo excipiendo (hoc est, per examinationem) scientiæ quantitatem mensurandi, quam si minus sufficientem, quam oportet, habere Parochum invenerit, poterit absque dubio vel ab officio suspendere, aut illi coadjutorem designare, ut constat ex Trident. *sess. 21. cap. 6.* Verùm difficultas est, an valeat Episcopus vocare ad examen omnes Parochos generaliter, quamvis nulla præcedat infamia imperitiæ ipsorum? & ut dixi, affirmative respondet Sancius; nam potest Episcopus vocare ad examen, ut omnes concedunt, Confessarios tam seculares, quam Regulares, ut experiatur an sufficientes sint, vel non, quia fundamentum sufficientiæ mutabile & variabile est, qualis est sufficientia & boni mores, & quia leges, seu facta ab uno legislatore, seu Superiore potest successor derogare, nisi superius jus, aut legislator obstit. Propter eandem igitur rationem fas erit illi vocare ad examen Parochos universos, ut ei per experientiam innotescat, an illorum scientia sit extenuata, & boni mores mutati, cum Parochi nullo modo possint juvari jure, aut exemptione magis, quam ceteri Confessarij. Deinde non minoris esse momenti visitare Parochos in externis, quam internis, neminem credo in dubium revocare. Sed Episcopus habet jus visitandi annis singulis, ut ex Concil. Trident. *sess. 21. cap. 3.* constat, Parochorum vitam & mores; quare igitur impeditus erit illorum scientiam perquirere? Porro nisi examinentur Parochi, non posse verba Concilij plenè servari reor, ait enim Concilium debere Episcopum visitare beneficia curata, & prospicere an cura animarum rectè exercentur: at si prævio examine non posse prospicere num rectè ministrare exercetur animarum cura, arbitror. Nam animarum cura non præcipue sita est in eo quòd Parochus Sacramenta petentibus ministrat, sed etiam in eo quòd rectè ministrat; at nisi perquiratur Parochorum scientia, sciri nequaquam poterit, num rectè ministrantur Sacramenta, vel non, præcipue Pœnitentiæ: igitur ut mens & Concilij verba verificentur, contentis teneri Episcopos explorare an animarum cura rectè exercentur, vel non, opus esse videtur Parochorum scientiâ per examen mensurari, & ita hæc omnia docet Sancius *loc. cit. n. 11. & 12.* ubi etiam testatur hanc opinionem in praxi his temporibus deduxisse D. Andream Pacheco Episcopum Segoviensem virum doctiss.

NTON
Opera
Tom. 1 & 2
E III

doctissimum, D. Joannem Manuel Episcopum Sigtuntinum, & D. Castillo Episcopum Caleguritatum, & ante omnes Joannem à Ribera Archiepiscopum Valentinum, ut testatur Trullench, qui omnes examinaverunt Parochos.

2. Sed his non obstantibus non desunt Doctores contrariam sententiam docentes, & ideo contra Hispanum, alium Hispanum opponamus, & is est Ludovicus de San Juan in *Summa*, seu Luz de Sacerdotes *quest. de Sacrament. Pœnit. art. 2. dub. 3.* ubi sic asserit, (No puede el obispo compeler à los Curas à nuevo examen, porque ipso jure son los curas confesores idoneos.) Unde non bene dixit Sancius *num. 15.* Nullum usque modò inveni docentem, non posse Episcopum Parochos examinare, nam poterat legere supradictum auctorem hanc sententiam docentem, quam etiam novissimè tenet & docet Homobonus de Bonis in *Exam. Eccles. part. 3. tract. 15. cap. 9. quest. 31. resol. 1.* ubi sic ait: Successori in Episcopatu integrum est omnes, quamvis simpliciter & absolute approbatos, generatim ad examen advocare, & quos idoneos non invenerit rejicere. Quo autem ad Parochos dico Episcopum ad novum examen eos vocare non posse, si quidem animarum curatores, qui perpetuum titulum habent, à jure approbationem obtinent, quam locorum Ordinarij ab eis revocare non valent, quamvis ex nova causa ob demerita à munere eos suspendere & aliquando punire integrum sit. Ita ille, & ante illum Reginaldus in *praxi tom. 1. lib. 1. cap. 16. numer. 201.* Verùm his non obstantibus affirmativam sententiam ego teneo, unde Barbosa de *potest. Parochi capit. 2. numer. 10.* sic ait: Post electionem factam & collatam sibi Parochialem non existimet Parochus se non amplius de doctrina & litteratura rationem redditorum, quia sacra Congregatio Concilij in una *Placentina sub die 6. Augusti 1628.* censuit liberum esse Episcopis, tam in visitatione, quam extra iterum examinare super doctrina & litteratura Parochos approbatos ab Antecessore tempore provisionis Parochialium, nec non superveniente rationabili causa & suspitione ignorantia posse examinare ad effectum *capit. 6. sess. 21. de reformat.* Ita Barbosa, unde stante dicta declaratione sacra Congregationis opinio Homoboni & aliorum non est admittenda. Dico igitur Episcopum posse iterum examinare Parochos ab Episcopis antecessoribus approbatis & examinatis.

RESOL. XVI.

An Confessarius dubius de sua jurisdictione possit confessiones excipere?

Et advertitur, quod in tali casu non sint peccata iterum confitenda Sacerdoti habenti certam jurisdictionem.

Et notatur, quod confessarius possit aliquando absolvere sub conditione de presenti dicens: Ego te absolvo, si habes usum rationis.

Idem dicendum est, si judicare non possit, an penitens praebeat sufficientem materiam absolutioni sacramentali.

Et an sufficiat in his casibus habere hujusmodi intentionem, seu conditionem in mente retentam, absque exteriori prolatione verborum? Ex part. 4. tract. 3. Ref. 38.

§. 1. AD hoc dubium ita respondet noster amicus P. Naldus in *Summa ver. confessio numero 32.* Confessarius dubitans an habeat facultatem absolvendi, puta quia mortuus sit Delegatus, vel privilegium aliquo modo dubium, & in similibus, & aded dubitat, quòd non potest intellectus in neutram partem determinari, sed anceps, & suspensus remaneat, tunc duobus simul concurrentibus potest absolvere. Primò ut adsit necessitas penitentis, puta suscipiendi Eucharistiam, vel per longum tempus confiteri non possit. Secundò ut absolutio detur sub conditione, si possum, & cum onere iterum confitendi habenti certam jurisdictionem; in his enim casibus nihil sit temerè, & irrationabiliter, & si Sacramentum re vera non subsistat, nulla ei fit injuria, quia conditio nihil ponit in esse. Et similiter potest Confessarius absolvere aliquando sub conditione de presenti, & que non est actu suspensiva, quando scilicet dubitaret an penitens ob etatis imbecillitatem haberet perfectum usum rationis, nec ne, dicens: Ego te absolvo, si habes usum rationis; & idem erit si judicare non possit, an penitens praebeat sufficientem materiam absolutioni sacramentali, ut contingit in conscientis valde timoratis, & sufficeret in his casibus habere ejusmodi intentionem, seu conditionem in mente retentam, absque alia exteriori prolatione verborum, hac omnia Naldus, & ante illum Reginaldus in *praxi tom. 1. lib. 1. cap. 8. numer. 102.* Coninch de *Sacrament. disp. 8. dub. 6. numero 43.* Suarez in *3. part. tom. 4. disp. 26. sect. 6. & alij.*

2. Non desinam tamen hic adnotare in tali casu non esse peccata iterum confitenda Sacerdoti habenti certam jurisdictionem, docere Joannem Salas in *1. 2. tract. 8. diffus. unica, sect. 27. num. 283.* ubi sic ait: Dico, in necessitate, & sub conditione licitum est uti jurisdictione dubia sine onere confitendi iterum eadem peccata Sacerdoti habenti jurisdictionem certam; durum enim, & intolerabile esset cogi hominem partim necessitate eligendi Confessorem dubium, partim lege Dei, seu onere, quod à Sacerdote necessario imponendum penitenti sit, ad confitendum bis eadem peccata; ergo sine tali onere absolutio est valida. Confirmatur primò, quia etiam si Sacerdos tale onus non imponeret penitenti, si ve quia oblitus est, si ve quia noluit, si ve quia existimavit necessarium non esse, probabile est absolutionem validam fuisse. Ergo non tenetur Sacerdoti habenti certam jurisdictionem peccata eadem confiteri. Confirmatur secundò, quia in dubio jurisdictionis improprie dicto, seu non excludente iudicium probabile, confessio facta non est repetenda Sacerdoti habenti certam jurisdictionem nacta opportunitate. Ergo nec in dubio proprie dicto; eadem enim ratio quantum ad hoc esse videtur in utroque eventu. Ita Salas.

3. Sed tu ne discedas à contraria sententia, quam præter Doctores citatos, tenet etiam Vilalobos in *Summa tom. 1. tractat. 9. difficultat. 51. numer. 3.* Ubi sic asserit: [Digo que si huviere jurisdiction dubia, tambien aura duda en si se puede administrar este Sacramento; y in necesidad grave, y entonces ha de ser de baxo de condicion, y con carga de que despues haviendo oportunidad, se confiese con quien tenga jurisdiction cierta.] Sic ille.

RESOL.

RESOL. XX.

De quibusdam confessionibus quoad earum validitatem.

Et deducitur solum errorem communem absque titulo colorato sufficere ad validitatem confessionis, & jurisdictionis ad Sacramenta.

Et observatur, quod in Germania excusantur, qui non observant leges Concilij Tridentini à suis majoribus non acceptatas.

Et asseritur, quod in dubio an lex fuerit usu recepta, non obligat.

Et deducitur, quod superiores Regularium, qui habent annexam Parochiam, & designant Vicarium possunt illum designare absque Episcopi approbatione. Ex parti. 11. tractat. 2. & Misc. 2. Resolutione 69.

§. 1. **A**D hoc dubium Eminentissimo Domino meo Cardinali N. ex Germania transmissum, Respondeo breviter: Dico igitur Confessiones factas non fuisse invalidas, & ideo non reiterandas. Probatur, quia fuerunt factae cum habentibus titulum coloratum, & errorem communem. Unde in hoc casu pia Mater Ecclesia supplet defectum jurisdictionis, quae illi deest; Nam Ecclesia non est minus pia, neque provida circa sollicitudinem suorum fidelium, quam sit lex civilis, quae non patitur suos subditos ab officiali potestate casu carente decipi, sed ejus gesta, utilitatem subditorum respiciendo, decernit valida & firma supplendo potestatem, quae in suis ministris defuit. *J. Barbarius ff. de officio Praetor. Ita Sanchez de matrim. lib. 3. disput. 22. & alij penes ipsum.*

2. Imò ego puto contra Sanchez, sufficere in tali casu solum errorem communem absque titulo colorato, ita me citato docuit Basilius Pontius de matrim. lib. 5. cap. 20. num. 7. & postea docuerunt, me citato Bordonus in consil. reg. tom. 1. resol. 86. numer. 50. & me citato Sylvius in resolut. var. verbo matrimonium 11. & me citato Leander de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disput. 11. quest. 102. & me citato Hurtadus in var. resol. tom. 2. tract. 12. cap. 1. resol. 7. numer. 2018. & me citato Busembaum in medulla Theol. moral. lib. 6. tract. 4. cap. 2. dub. 3. n. 8. & me citato Possentius in recollect. quest. moral. cap. Miscellan. pro Regularibus num. 17. & me citato Longhus in tabulis Sacram. tab. 2. cap. 59. num. 13. & me citato Cutellus in addit. ad Pract. 4. Mancini dub. 29. & me citato Pellizzarius in manual. reg. tom. 2. tr. 8. c. 2. n. 62.

3. Quibus omnibus adde Bardi in Bulla Cruciat. part. 2. tract. 5. cap. 1. sect. 12. num. 157. Sancium in Selectis disput. 44. numer. 3. Molfesum in summa tom. 1. tract. 7. cap. 13. numer. 21. Machadum de Perfect. Confes. tom. 1. lib. 1. part. 2. tract. 1. docum. 8. numer. 2. Castrum Palaum tom. 5. disp. 2. punct. 13. §. 10. num. 9. Bossium de casibus singularibus Conscientiae cas. 225. Genuensem in Praxi cap. 59. & alios.

4. Sed quidquid sit de hac opinione; Certum est, quòd in casu nostro non solum adest error communis, sed etiam titulus coloratus. Ergo necessario dicendum est Confessiones, de quibus quaeritur fuisse validas, nec reiterandas.

5. Verùm Domini Consulentes putant hac doctrina non indigere, Nam asserunt se habere verum titulum. Probatur, quia decretum Concilij Tridentini sess. 23. cap. 15. de reform. ut optime observat è

Societate Jesu Pater Hermannus Busembaum Germanus in Medulla Theologiae moralis edita Monasterij Westphaliae Anno 1656. lib. 6. tract. 4. cap. 2. dub. 1. procedit, & obligat in illis Regionibus, ubi est usu receptum; Sed in Archiepiscopatu Coloniensi in ordine ad Dominos Consulentes, dictum decretum non fuit unquam usu receptum, ut patet. Ergo non obligat.

6. Et ita in specie loquentes de Concilio Tridentino docet etiam Andreas Duvallius in de Pontifice part. 3. q. 7. Navarr. Conf. 1. de const. q. 3. & 8. Salas de legibus disp. 13. sect. 3. in fine. Cenedus in qu. Canon. q. 21. per totam. Garfias de beneficiis part. 11. cap. 5. §. 3. n. 23. & ex Societate Jesu Paulus Layman Germanus in Theol. moral. lib. 1. tractat. 4. cap. 3. num. 4. ubi sic ait: Ex quo inferre licet, v.g. Tridentini Concilij constitutiones, quae hactenus receptae, aut in praxim deductae non sunt, vim obligandi non habere. Ita ille, & alij.

7. Sed in nostro casu, ut supponunt Domini Consulentes; constitutio Concilij Tridentini nunquam fuit usu recepta. Ergo non obligat.

8. Et ratio est, quia praesumitur Pontifices leges condere, & promulgare sub tacita conditione sit à Populo acceptatur, quia hoc videtur pertinere ad suave regimen Populorum, & magis conforme Legissatorum benigna voluntati; Quod optime confirmat dictum Gratiani §. leges capite 3. dist. 4. Leges instituuntur cum promulgantur; firmantur cum moribus utentium approbantur. Et in l. de quibus ff. de legibus, ubi ita habetur, Leges nulla alia ex causa nos tenent, nisi quia judicio Populi receptae sunt. Et ideo Baldellus in Theol. moral. tomo 1. libro 5. disputacione 18. numero 25. individualiter pro casu nostro sic asserit; Decreta Concilij Tridentini, quamvis sint lata pro omnibus Provinciis, & Regnis Christiani Orbis, de facto tamen obligant illa, in quibus fuerunt promulgata, & usu recepta, & non obligant alia, quia haec ipsa sunt mens & intentio Concilij, ut obligarent aliqua, etiam seorsim, & independentem ab aliis, si solum in aliquibus fuissent promulgata, & usu recepta. Ita Baldellus.

9. Sed ut dictum est, Decretum Concilij de quo est difficultas, non fuit, ut suppono, à principio usu receptum. Ergo, &c.

10. Et tandem ad confirmationem supradictorum non deferam hic apponere verba Martini Becani de legibus tr. 3. cap. 6. quest. 8. num. 4. ubi individualiter pro casu nostro sic ait: Hinc sequitur, multos subditos in Germania legitime exulari, quando non servant leges Concilij Tridentini, aut Bullae Coenae Domini, quia scilicet illae leges in multis locis usu receptae non sunt. Ita ille.

11. Unde etiam individualiter Amicus in cursu Theol. tom. 5. disputat. 5. sect. 5. num. 93. observavit, quòd exculantur in Germania, qui non observant leges Concilij Tridentini à suis majoribus non acceptatas.

12. Quae quidem omnia aded vera sunt, ut probabiliter asserunt plures Doctores, quòd in dubio: * An lex fuerit usu recepta, non obligat in conscientia, ut docet Azorius part. 1. libro 2. capite 19. qu. 12. Praepositus in p. 2. D. Thom. q. 95. disp. 1. dub. 9. n. 31. & novissime me citato Anton. Escobar, & Mendoza in Theol. moral. lib. 5. sect. 2. cap. 14. Probl. 4. num. 120.

13. Sed in nostro casu certum videtur Concilium non fuisse usu receptum; Nam post dictum Concilium publicatum Anno 1562. Sub Adulpho III. Archiepiscopo, omnes Archidiaconi id quod antea faciebant,

Sup. hoc in tom. 3. tr. 1. ex Ref. 4. §. Ex his, & ex Ref. 5. §. 1. & infra in tr. 4. ex Ref. 12. §. penult. ad vers. Sacerdos, qui in Hispania.

Sup. hoc in Ref. praeterita, & in aliis ejus not.

Sup. hoc in ge doctri. nam §. Vnde. Ref. pri. me nor. leg. & hic infra in §. Et tandem. hujus Ref. &c.

Sup. hoc in tom. 6. tr. 1. Ref. 55. & in tom. 9. tr. 2. ex Ref. 345. a §. Do. co. secundo. & segg. & in aliis eorum annotationum.

Sup. hoc in eodem Be. cino hic citato titum. in ro. 6. tr. 1. Ref. 16. in fine, à text. Hinc patet, & lege doctrinae §. Vnde. Ref. 1. not. praeterita, & aliis ejus annot. & hic supra in §. Verum. & seq. hujus Ref.

* Sup. hoc in ro. 6. tr. 1. Ref. 40. & 41. & in aliis Ref. & §. carum primatum notationum.

faciebant, postea usque ad hunc diem per spatium centum annorum fecerunt, scientibus, & videntibus Serenissimus Archiepiscopus, qui in exercitio suæ jurisdictionis dictos Dominos Consultentes reliquerunt. Ergo, &c.

14. Nec obstat dicere, Concilium omnes consuetudines abrogasse, hoc enim non officit, quia ut dictum est, receptum non fuit; Et dato quod usu receptum fuisset, postea per contrariam consuetudinem abrogatum fuisse dicendum est; Nam ut observat Amicus *ubi supra num. 94.* Si lex feratur cum clausula; Quacumque consuetudine non obstante, ut loquitur Tridentinum *dicta sess. 23. c. 15. de reformat.* non tollit consuetudinem de futuro, quod etiam docet Joannes Maria de Castileno in *Polyanthea Theologia moralis verbo Consuetudo, diff. 12.* Suarez de *legibus lib. 7. cap. 7. à num. 2.* & Villalobos in *Summa tom. 1. tractat. 2. diff. 39. num. 8.* cum amicissimo, & sapientissimo Ariaga in *Cur. Theol. tom. 5. disputat. 24. scilicet. 6. sub text. 1. num. 37.*

15. Tamen in Diœcesi Colonienſi videtur aliquo modo remanſiſſe, ut ſaltem apparet in caſu noſtro, & in aliis: ergo, &c.

16. Adde quod aliquis dicere etiam poſſet, dato, fuiffe Concilium Tridentinum uſu receptum, in caſu noſtro nihil officit, quia Paſtores inſtituti, ac inſtituti à Dominis Conſultentibus, recipiunt ab iſtis beneficia, curam animarum habentia. Ergo non indigent approbatione Epifcopi, quia Concilium in *dicta ſeſſ. 23. c. 15.* eximit, qui beneficia Curata obtinuerunt, ab approbatione Epifcopi; etenim eo ipſo, quod alicui animarum cura demandatur, ſufficienter declarat, r idoneus ad Confeſſiones audiendas, & idem ſuperiores Regularium, qui habent adnexam Parochiam, designant Vicarium abſque approbatione Epifcopi, ut obſervat Amicus in *cur. Theol. tom. 8. diſp. 15. ſect. 3. num. 97.*

17. Nec ſupradictis obſtat Bulla Urbani VIII. lata die 12. Septembris 1628. quia loquitur de privilegiis, & forſitan non fuit in Diœceſi Coloniënſi publicata, ut neceſſario volunt aliqui; ſed melius, ea quæ diximus ſupra in ordine ad Concilium Tridentinum, applicanda ſunt ad dictam Bullam.

RESOL. XXI.

An ſit iteranda confeſſio facta cum Confeſſario, qui cum falſa licentia Ordinarij excipit aliorum confeſſiones?
Et quid eſt ſentiendum, ſi pœnitens ſciat privatam eſſe Confeſſarium jurisdictione, quod ipſe Confeſſarius ignorat, & communis populus, an poſſit pœnitens ab ipſo abſolutionem petere, & validè conferatur? Ex part. 3. tractat. 4. Reſolut. 121. aliis 122.

Aſſerunt reſpondere Homobonus de *exam. Eccleſ. part. 1. tract. 5. cap. 3. num. 90.* Reginaldus in *praxi, tom. 1. lib. 8. dub. 9. num. 98.* Sanchez de *matrim. tom. 1. lib. 3. diſp. 22. q. 2. Megala in 1. part. lib. 6. cap. 19. num. 12.* & alij penes ipſos. Et ratio eſt, quia talis eſt intruſus, non enim habet titulum à legitimo Superiore, nec valet ſolum communis error. Ergo, &c.

2. Sed negativam ſententiam docet Molſefius in *ſumma, tom. 1. tract. 7. cap. 13. num. 21.* ubi ſic aſſerit; Aliqui aſſerunt t invalidam eſſe abſolutionem, & aſſerit; Tom. 1.

nem, quoties Parochus nullum habet legitimum titulum, ut quia de facto cum bullis falſis legitur pro Parocho. Attamen eorum opinio mihi non probatur, nam eadem eſt ratio, ſiquidem in utroque caſu error eſt communis, qui tribuit jurisdictionem, & adest bona fides pœnitentis. Ita ille, & hanc ſententiam ego libenter etiam teneo, quia putato, quod ex errore communi conferatur jurisdictione etiam ſine titulo colorato à legitimo poſſeſſore, & hoc ſolidè probant Baſilius Pontius de *matrim. lib. 5. c. 20. num. 2.* Sancius in *ſelectis, diſp. 44. n. 3.* & ego ipſe alibi.

3. Hinc à fortiori inferitur, quod ſi pœnitens ſciat privatam eſſe Confeſſarium jurisdictione, quod ipſe Confeſſarius ignorat, & communis populus poterit pœnitens petere ab illo abſolutionem, quæ validè conferetur.

RESOL. XXII.

An aliqui Prælati Curia Romana poſſint eligere Confeſſarium virtute, cap. final. de Pœnit. & remiſſion?

Et quid de Equitibus D. Joannis, D. Jacobi, Alcantara, Calatrava, &c. an poſſint conſiderari cum Sacerdote non approbato ab Ordinario?

Et quinam ſunt ſupradicti Prælati exempti in dicto cap. fin?

Et cuiſim deciduntur, quis ſit habendus pro idoneo Confeſſario ſecundum declarationem Concilij Tridentini? Ex part. 10. tractat. 16. & Miſcell. 6. Reſolut. 76.

§. 1. Suppono, Prælatos exemptos vigore, dicti cap. final. poſſe eligere Confeſſarium; ſed quinam ſunt dicti Prælati exempti, tradunt Doctores, quos citat, & ſequitur noſter doctiſſimus Paſqualigus in *decif. Moral. decif. 92.* & ſequuntur, qui putat, Auditorem Camera, Thelaurarium, Clericos Camera, Præſides Camera, Auditores Rotæ, Magiſtrum facti Palatii, Protonotarios Apoſtolicos, & Referendarios, poſſe virtute *d. cap. fin.* eligere Confeſſarium, & cum hoc Privilegium non ſit revocatum per decretum Tridentini *ſeſſ. 23. cap. 15. de reform.* quia eſt inſertum in corpore juris, ſit, ut non ſolum poſſint eligere quemcumque approbatum à quocumque Ordinario, etiamſi non ſit in illa Diœceſi, pro qua eſt approbatus, ſed etiam non approbatus; quia Privilegium dat facultatem eligendi providum, & diſcretum, & quando Tridentinum declarat, quod non ſit habendus pro idoneo, qui non eſt approbatus; loquitur tantum de idoneitate publica, non de idoneitate neceſſaria pro exercendo munere Confeſſarij quæ ſola ſufficit, ut poſſit eligi Confeſſarius in virtute hujus Privilegij. Ita Paſqualigus; ſed ſcias, hujus ſententiæ circa Prælatos Romanæ Curia, non eſſe primum Auctorem P. Paſqualigum, ſed P. Suarez in *3. part. tom. 4. diſputat. 27. ſect. 2. n. 8.* P. Filiucium *tom. 1. tract. 7. cap. 9. num. 231.* & P. Angelum Boſſium de *Iubileo, ſect. 3. caſ. 2. §. 4. num. 123.* ubi ſic ait: De Auditore autem Camera, & quibuſdam aliis Prælatiſſimis exiſtentibus in Curia Romana, qui habent jurisdictionem proprio jure, ſaltem quoad forum exterius, quique quoad forum interius, & etiam exterius ſunt immediate ſubjecti Papæ, indubitatè tenendum eſt, eos comprehendendi, & gaudere privilegio eligendi ſibi Confeſſarium, quia ſunt Prælati exempti, & in his habet locum ratio confeſſionis, ſcilicet, ne pro diſtantia imminet

in to. 8. ff. 1. ex Ref. 5. §. Sed audiamus. curſum ad medium, à verſ. Inſu-

Sup. hoc in Ref. ſeq. 5. Deinde, & in tom. 3. tr. 1. ex Ref. 38. §. Sed diſcultas ad medium, à verſ. Inferitur ſecundo, & ex Ref. 39. §. Sed primus caſus ad medium, verſ. Confeſſores idoneos.

NTON
S. P. A.
Tom. 10 II
E III

immineat periculum animarum. Ita Bossius, & novissimè idem docet Serius *tom. 2. in Bull. Cruc. disp. 1. diff. 10. §. 8. q. 1. n. 9.*

* Alibi in §. 2. Sed ego huic sententia non adhaereo, quia ut sed difficultas. Ref. 38. quæ hic est in to. 3. tr. 1. sed lege eam, & doct. Crinam Ref. 37. ibidem.

alibi probavi ex auctoritate sacrae Congregationis, privilegium, c. fin. de Penit. fuit revocatum à Concilio Tridentino: & dato, quod non esset revocatum, consuetudo videtur in contrarium, ut dicti Prælati Romanæ Curia eligant Confessarium virtute, d. cap. fin. nam nemo ex ipsis; ut intelligo, ausus est tali privilegio uti. Idè resolutionem hujus difficultatis ad Oraculum sacrae Congregationis Concilij remitto.

3. Quoad secundum dubium, docet Leandrus de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disp. 11. quest. 47. sententiam affirmativam esse probabilem, nempe posse dictos Equites confiteri cum simplici Sacerdote ab Ordinario non approbato. Idem tenet Marcus Vidal. in Arca Theolog. Moral. titul. de Indice, in sect. 4. num. 39. Riccius in praxi part. 4. resol. 172. num. 2. Novarius de electione fori, q. 69. & in tom. 7. sect. 2. num. 23. in ultima editione, & Martinus de San Joseph in Monit. Confess. tom. 1. lib. 1. tr. 24. de Penit. num. 3. & 4. ubi sic ait: [Yo mismo se deve dezir de los Cavalleros de los Ordenes de San Juan, Santiago, Calatrava, y Alcantara, que se podran confesar con qualquier simple Sacerdote idoneo, Regular, o Secular, aunque no este expuesto, porque segun la mas verdadera opinion, son verdaderos Religiosos.] Ita ille.

4. Sed Pater amicissimus Bardi in Bullam Cruciatæ, part. 2. tract. 5. cap. 2. sect. 2. num. 24. & 25. mediam tenet sententiam; tenetur enim Equites Hierosolymitanos posse confiteri cum Sacerdote non approbato ab Episcopo: manet tamen dubius de Equitibus Divi Jacobi, Alcantara, & Calatrava, quia non constat hos Equites habere qualitatem illam, per quam eximuntur à lege; qualitas autem est vera, & stricta professio religiosa; idcirco dum de hoc non constat, videntur includi in illo decreto.

5. Verùm has sententias refellit Pater Lezana in Summa, tom. 2. cap. 15. num. 45. sic asserens: Licet aliqui credant hos milites gaudere privilegio aliorum Regularium, quod scilicet possint confiteri peccata sua Confessario etiam non approbato ab Ordinario. Nihilominus, quia in hoc attendenda est consuetudo, tam ea quæ fuit inter hos Milites ante Concilium Tridentinum, quam post illud, & hæc si in contrarium, ut ipse Diana testatur, nullatenus assentiendum est huic sententia, sed ut falsa rejicienda. Ita ille. Sed an hæc opinio sit falsa, ut vult Lezana, remitto me iudicio Doctorum virorum, & contra Lezanam invenitur nominatim Marcus Vidal, ubi supra, & P. Bardi num. 26. dicit, Sancium has sententias probabiliter docuisse: Ego tamen clarè negativæ sententiæ adhaesi in part. 8. tract. 7. resol. 96. Unde poterat P. Lezana me pro hac sententia adducere, ut fecit Leandrus & Vidal, ubi supra, cum Pellizzario in Manual. Regul. tom. 2. tract. 8. c. 2. num. 26. Nam ut ex consuetudine apparet, dictos Equites, quoad administrationem Sacramentorum subduntur Episcopis.

RESOL. XXIII.

Enumerantur aliqui casus, in quibus secundum mentem auctorum Doctorum confessio erit valida, licet

cet non fuerit facta Confessario ab Episcopo approbato ad oraculum Concilij Tridentini, scilicet 25. cap. 13. de reformat.

In quibus casibus comprehenduntur Cardinales, & eorum familiares; Episcopi intra & extra Dioccesim, Episcopi Titulares; Imperatores, Reges, & Regina, & de Confessariis à Parocho approbatis, & aliquid pro Regularibus etiam agitur. Ex part. 11. tractat. 4. & Miscell. 4. Resolut. 13.

§. 1. **Q**uæro primò, an Eminentissimi Cardinales possint ubique excipere confessiones secularium absque Episcopi approbatione? casus est novus, & ad illum affirmativè respondit Thomas Hurtadus *variar. tom. 2. tractus. 12. c. 1. resolut. 34. §. 1. num. 1458.* ubi sic ait: Certum est omnem quemcumque Sacerdotem (sive secularis sit, sive Regularis) examini se subjicere debere, nisi Parochus sit, aut Episcopus, qui quantum ad hoc, censetur Parochus universalis totius Diocesis. Eo enim ipso, quod quis electus est ad Parochiam, & committitur oves, censetur idoneus (licet non per examen ad id ordinatum) habet enim pastor jurisdictionem ordinariam in suas oves.

2. Ex quo fit, quod nullus, quantumvis magna præfulgeat dignitate in Ecclesia, Examen hujus decreti effugere potest, ex vi hujus decreti si Episcopus vult: quamvis sit Cardinalis, nisi sit legatus à latere: qui habet jurisdictionem in tota Provincia suæ legationis, neque enim quod quis sit Cardinalis factus, judicatur idoneus ad audiendas confessiones fidelium. Quamvis, quia sunt Ecclesia cardines, & de corpore Pontificis, qui universalem jurisdictionem habet in omnes fideles, non videatur incongruum, quod ex tacita Papæ licentia satis rationabili possint ubique confessiones audire. Ita Hurtadus.

3. Sed tu cogita; nam consuetudo, & praxis est in contrarium, & si ratione supremæ dignitatis esset philosophandum, ut vult Hurtadus, possent etiam Domini Cardinales ex præsumpta licentia Papæ exercere Pontificalia, ministrare Sacramentum ordinis, & alia facere in aliena Diocesi inconsulto Episcopo. At hoc magnam perturbationem afferret in Ecclesiastica Hierarchia, ergo, &c.

4. Quæro secundò, an Eminentissimi Cardinales possint eligere sibi confessarium non approbatum ab ordinario? Affirmativè respondeo, itante aliquo vivæ vocis oraculo alicujus Pontificis, quod extitisse satis demonstrat praxis, & consuetudo, quæ actu existit apud ipsos Eminentissimos, & ita docet Cardinalis Lugo, quando non erat Cardinalis, de Sacramento Penitentia, *disp. 19. hic infra in section. 1. num. 5.* & me citato Pasqualigus in *Decis. moral. decisione 93. num. 2.* qui cum Hurtado ubi supra, §. 2. dub. 1. num. 2025. & aliis etiam asserit posse Cardinales eligere etiam pro sua familia confessarium non approbatum ab ordinario loci.

5. Immo possunt Cardinales dare licentiam suo familiari, ut eligat sibi Confessarium aliquam determinatam personam, non approbatam ab Episcopo ad audiendas confessiones, qui poterit illum absolvere etiam extra domum Cardinalis.

6. Ita Lugo *loc. cit.* Mercerus in *supplem. 3. part. D. Thom. quest. 8. dub. 3. in fine.* Bussembaum in *medulla*

Que nunc
invenitur
in to. 7. tr. 1.
Ref. 100. &
in multis
aliis ejus
primæ an-
not.

Sup. hoc in
tom. 3. tr. 1.
ex Ref. 38.
§. Tertius
casus. & in
tom. 9. tr. 7.
Refol. 47. &
hic infra in
Ref. 37. casus
in §. 4.
Dices. &c.
Sup. hoc in
Ref. 1. nota
præterea in
eodem §. 8.
in aliis ejus
annot.
Sup. hoc in
Refol. not.
primæ hujus
Ref. in fine
ejusdem §. 8.
in Ref. 2. in
ejus §. ult.

dulla Theol. moral. lib. 6. tract. 4. cap. 2. dub. 3. Leander. de Sacrament. tom. 1. tr. 5. disp. 11. quæst. 33. Lessius in 3. part. q. 8. de ministro, dub. 7. num. 49. Hurtadus ubi supra. Naldus in summa ver. Cardinales n. 8. Pasqualigus, ubi supra decis. 84. & 95. & alij penes ipsium.

7. Et ratio horum omnium est, quia ipsi sunt ordinarij, & Parochi suæ familiæ. Cùm enim habeant jurisdictionem Episcopalem in suis Ecclesijs titularibus, ut docent Abbas, Butrius, Felin. in cap. his, quæ de majorit. & obed. hoc tradente ipso textu, & præterea Monach. in cap. unicuique, de major. & obed. in 6. ubi etiam Probans n. 7. Imol. in clem. ne Romani num. 23. de elect. Laudens. de Cardin. quæst. 60. Alban. tr. eod. q. 46. Lacobar. de concil. lib. 1. cap. 3. Azor. tom. 2. lib. 4. cap. 1. q. 8. Leo in foro Eccl. p. 2. cap. 1. num. 7. & alij, sequitur quod etiam habeant eandem jurisdictionem in sua familia, cujus sunt veluti ordinarij. Ratione ergo hujus jurisdictionis possunt sibi eligere Confessarium. Quia est jurisdictio potius approbare confessarios, cùm sit Episcopalis.

8. Atque hæc jurisdictio est etiam confirmata consuetudine, quæ sola sufficeret, quia cùm rationabilis sit ex eo, quod nemini præterquam Summo Pontifici in foro pœnitentiæ subduntur (cùm sint inviserati eidem Summo Pontifici) ut ait Hostiensis in cap. antiqua, num. 5. ver. sed qui extra, de privileg. & Præposit. in cap. quancquam, num. 13. vers. 3. patet 2. quæst. 7. habet vim inducendi legem. Hinc in Curia quoque Romana, quando tempore Paschatis tenentur fideles sub præcepto in proprijs Parochijs Eucharistiam sumere: ipsi, & familia eorundem non accedunt ad Parochiam loci, sed in Oratorio propria domus toti familiæ ministratur.

9. Cæteras rationes videbis apud citatos Auctores, & Llamas part. 1. methodi §. 7. sic ait, Cardinales non Sacerdotes ex eadem tacita Papæ licentia eligunt quem volunt, ut Prælati supra dicti, Imo, & ex eadem tacita dant omnibus de sua familia, & eligunt confessorem sicuti ipsi, ut testatur doctus Cæter, qui Cardinalis fuit, & Sylvester qui fuit testis oculatiter, &c. Sic ille.

10. Quæto tertio: An Reges, & Imperatores possint eligere confessarium non approbatum ab Ordinario, & quidem Reges in decreto Concilij Tridentini esse comprehensos non est dubium, ut in specie observat Castus Pahuus tom. 4. tract. 23. punct. 17 §. 2. n. 3. & ideo Hurtadus de Sacram. disp. 10. diff. 12. docet, quod Imperatores, Reges, & alij Principes sæculares habere solent privilegia à Romano Pontifice ad eligendum Confessarium, quibus standum est.

11. Et Cardinalis Lugo ubi sup. asserit: Imperatores, & Reges dicuntur habere exemptionem, de hoc tamen jam ferè nihil sciri potest: solent enim frequenter confiteri Regulares, quibus juxta sua privilegia confiteri etiam possunt alij sæculares. Ita ille.

12. Lessius verd in 3. part. D. Thoma quæst. 8. de ministro confess. dub. 7. num. 49. testatur, quod Imperator, Reges, & Reginae ferè semper habent tale privilegium.

13. Quæto quarto: an Episcopi extra suam Diocesim possint eligere confessarium non approbatum ab Episcopo; affirmativam sententiam tenent Doctores, quos nominatim contra me citat, & sequitur Pasqualigus in Decis. mor. dec. 86. cap. 4. n. 4. quod etiam extendit dec. 88. n. 2. ad Episcopum confirmatum, sed nondum consecratum.

Tom. 4.

14. Quia decretum Tridentinum non extenditur ad Episcopos, sed est tantum pro confessariis in ordine ad sæculares, & eos qui veniunt nomine Sacerdotis; ita etiam conditio idoneitatis apposita per tale decretum, fit tantum in ordine ad sæculares etiam Sacerdotes, & non in ordine ad Episcopos, cùm non possit plus extendi conditio, quam extendatur decretum.

15. Deinde quando Tridentinum decernit non fore idoneum confessarium, qui non sit approbatus à proprio Ordinario, intelligit de idoneitate publica in foro exteriori, non de idoneitate intrinseca, quæ consistit in sufficientia pro hoc munere: quam approbatio non confert, sed supponit. Privilegium autem cap. fin. de Pœnit. quod conceditur Episcopis eligendi sibi confessarium, & omnibus Prælati, dummodo sit persona idonea, loquitur de idoneitate intrinseca; nam Text. habet, quod possint eligere providum, & discretum, nec utitur nomine idonei.

16. Et hæc opinionem procedere etiam in Episcopis titularibus tradit idem Pasqualigus de occasione octuagesima prima, numero secundo & quarto. Sed ego puto non esse recedendum à contraria sententia, quam olim docui, & me citato, docet Leander de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 11. quæst. 28. & alij.

17. Et ideo non desinam hic apponere verba doctissimi Flambert in 3. part. tom. 3. disputatione vigesima prima artic. 2. ubi sic ait: Quia in præfati Decreto Concilij Tridentini nulla fit exceptio Episcopi, quasi ab hac universalis lege Concilij Tridentini exempti, ipsemet Episcopus non potest sibi non subdito non approbato, valide confiteri, licet: Extra de pœnitentijs, & remissionibus, cap. ne pro dilatione Episcopus habeat privilegium eligendi sibi in confessarium quem voluerit, quia hæc approbatio est aliquid omnino distinctum ab actuali collatione Jurisdictionis, item, & à speciali privilegio aliquem sibi eligendi in confessarium, ut intelligitur ex dictis. Unde alterutro ex his duobus, vel etiam utroque alij per speciale privilegium concessio, non sequitur, & approbationem à valente illam conferre simul conferri; nam simplex privilegium de aliquo sibi eligendo in confessarium, intelligitur de idoneo dumtaxat secundum formam juris: cùm enim nulla constet particula, per quam significetur per illud derogari juri communi, non plus debet extendi, quam verba ejus sumpta in sua significatione nativa patiantur; quare cum forma juris per Concil. Trident. introducta postulet in quolibet cujuscumque sæcularis confessario hæc approbationem, ut conditionem sibi essentialiter requisitam ad absolvendum Sacramentaliter quemlibet sæcularem, Episcopus vi prædicti privilegij non potest valide confiteri alicui Sacerdoti sibi non subdito, non approbato.

18. Dixi sibi non subdito; si enim sit ei subditus, tunc potest illum approbare pro confessionibus excipiendis; & eo ipso, quo illum sibi deligat in proprium confessarium, censetur simul eum ad id approbare.

19. Quæto quinto: An quis possit confiteri cum Sacerdote idoneo, non tamen ab Episcopo approbato, si fuerit expositus à Parocho ad audiendas confessiones in sua Parochia? Resolutio hujus questionis pendet ab illa, an hodie post Concilium Tridentinum possit Parochus delegare Sacerdoti simplici, ut in Parochia suarum ovium confessiones excipiat.

Resol. 92. & hic infra Ref. 31. ex doctrina §. Sed hic quæro, ad medium a vers. Verum. & cursum in alij §. eorum annotationum. Sup. hoc et doctrina Ref. præterita, §. 1. ad medium, & in to. 3. tr. 1. ex Ref. 38. §. Sed difficultas, ad medium a vers. Infertur secundo, & ex Ref. 39. §. secundus casus, ad medium, vers. Confessor, idoneos.

NTON
OPOLA
Tom. 13 II
E III

Sup. hoc supra in Ref. 12. §. 1. & magis latè in Refol. 13. & 14. & in tr. 4. Ref. 3. in sex primis ejus lit.



20. Et affirmativam sententiam nominatim contra me sustinet Thomas Hurtadus *var. tom. 2. tr. 12. cap. 1. §. 2. dub. 1. per totum*. Quia Concilium solum derogat privilegiis & consuetudinibus, atqui Parochi id non habent ex privilegio, aut consuetudine, sed à jure divino, & positivo humano, cum secundum utrumque habeant potestatem ordinariam, quo eò ipso delegari potest, & exceptio privilegiorum, & consuetudinum firmat regulam in contrarium.

21. Et idem ex his Hurtadus hanc sententiam vocat valde probabilem, non solum speculative, sed etiam practice & probabilem esse fatetur etiam Leander *de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disput. 11. quest. 56. in fine*.

22. Unde Joannes de Soria in *Epilogo summ. part. 2. tractat. 1. sect. 1. disputat. 6. §. circa jurisdictionem ordinariam*, sic ait: Non potest Parochus facultatem concedere simplici Sacerdoti ad suarum ovium confessiones audiendas, quia quamvis autoritas ejus sit ordinaria, restricta fuit à Concilio. Sed probabiliter contrarium defenditur à multis gravissimis Theologis, affirmando, Concilium contra hoc nihil sancisse: quia autoritas Parochi est ratione officij, & per consequens ordinaria, quare licet Parochus eam poterit delegare simplici Sacerdoti ad confessiones suorum audiendas. Ita ille.

23. Verum ego non recedo à contraria sententia, quam olim docui, & illam me citato tenet Leander *ubi supra*, vide me ipsum in *p. 10. tr. 16. resol. 75*. ubi hanc sententiam practice improbabilem existimavi.

Quæ hic est
suprà Reso-
lut. 14.

Sup. hoc su-
pra in Res.
11 & ex Res.
fol. 13 §. ult.
cursum, & in
tom. 4. tr. 4.
ex Res. fol. 6.
§. 1. prope
finem, ver-
porque de
eilla se fi-
guria & re-
citantur in
alio ver-
eius anno.

24. Concedo tamen posse Parochum exponere in sua Parochia ad confessiones excipiendas alium Parochum; nam Parochi possunt ubique locorum absque alia Episcopi approbatione confessiones audire de licentia Parochi, & ita tenent Doctores, quos citat & sequitur Sancius in *select. disput. 44. n. 28*. & Leander, *de Sacrament. tom. 1. tr. 5. disput. 11. q. 62*. quia ex Tridentino *loc. cit.* ut aliquis censetur idoneus ad confessiones audiendas, sufficit quod aut sit approbatus ab Episcopo, aut habeat parochiale beneficium, ergo qui beneficium parochiale habuerit non indigebit approbatione Episcopi: ergo optime poterit ubique confessiones fidelium excipere, etiam si privilegium eligendi confessarium non habeant, dummodo Parochus proprius non contradicat.

25. Unde ex his consulto Dominis Episcopis, ut in Synodo Diocesana, vel per edictum prohibeant quod nullus audeat in suis Diocesibus confessiones audire sine eorum expressa licentia.

26. Et idem Joannes Præpositus in *3. part. D. Thomæ quest. 8. de approbatione ministri dub. 4. n. 22*. sic ait: Episcopi in suis Diocesibus possunt prohibere Parochis, ne delegent jurisdictionem aliis, quam à se approbatis, etiam irritando delegationem secus attentatam, quod rationabiliter facere possunt, ut aliquo modo cognoscant de capacitate eorum, qui in suis Diocesibus confessiones excipiunt. Ita ille.

27. Sed si queras hic obiter: An Regularis in aliqua Diocesi approbatus, si forte dimittatur à Religione (quod non raro evenit in Societate **JESU**) possit vi talis approbationis audire confessiones in ea Diocesi, etiam postquam dimissus est.

28. Respondeo non posse, non quidem ex defectu approbationis, quæ durat usque dum revocetur, sed ex defectu jurisdictionis quam ille Re-

gularis habebat à Papa ex privilegio Regularibus concessio, ac proinde cessat hoc ipso, quod ille definit esse Religiosus. Unde fit, ut ejusmodi Regularis per delegationem Parochorum, nec non per Jubilæum, ac Bullam Cruciatæ in dicta Diocesi eligi possit in Confessarium; utpotè qui revera est approbatus ab ordinario loci, & de novo modis supradictis acquirit jurisdictionem, quæ sola illi deest: Et ita docet Pellizzarius in *man. Reg. c. 2. tract. 8. cap. 3. sect. 2. num. 38*. ex doctis Neotericis à se consultis.

RESOL. XXIV.

Sequitur eadem materia, & in ordine specialiter ad Regulares.

Et quævis titulus hujus Resolutionis videatur pertinere ad Regulares, apponitur hac Resolutio in hoc tractatu, ex eo quod specialiter controvertitur pro secularibus eligentibus pro Confessario Regularem, pro quibus diversi casus in textu hujus Resolutionis assignantur. Ex part. 11. tract. 4. & Misc. 4. Res. 14.

§. 1. **Q**uæro sextò, An quis possit eligere in Confessarium Superiorem Regularium ab Episcopo non approbatus: Caspensis in *cur. Theol. tom. 2. tract. 24. disp. 5. sect. 7. num. 63*. me citato affirmativam sententiam probabilem putat. Quia nomine habentis beneficium parochiale, seu curatum, videntur etiam à Tridentino comprehendi supradicti Prælati, quibus cura animarum commissa est; sive ea cura committatur ab Episcopo, sive à quovis alio valente curatum beneficium conferre; quia eò ipso declarantur idonei ad confessiones audiendas. Ita ille.

2. Sed ego loco citato solum sententias pugnantibus adduxi, & meam non explicavi, prout explicaveram in *part. terr.* & nunc iterum explico: Dico igitur, Superiores Regulares non posse secularium confessiones excipere, nisi prius fuerint ab Episcopis approbati. Et ita præter alios Doctores, quos alibi adduxi tenet ex societate Pater Amicus in *cur. Theol. tom. 8. disput. 15. sect. 3. num. 97*. ubi sic ait: Deducitur egerè hac approbatione Episcopi post Tridentinum, & esse necessariam necessitate Sacramenti, & non tantum præcepti, ad eò, ut si quis tentet, nihil efficiet. Unde poenitens, etiam si bona fide accedat ad Sacerdotem ab Episcopo non approbatum, tenebitur iterum peccata confiteri, cum primum id novit; atque ita ferunt declarasse Congregationem Cardinalium, qui auctoritatem habent explicandi Concilium. Ita ille. Vide me ipsum alibi.

3. Quæro septimò: An secularis possit eligere confessarium Regularem non approbatum ab Episcopo injustè, & absque causa? Et affirmativè posset quis respondere, fretus auctoritate Doctorum assentientium, quod quando Episcopi ex odio, ac malevolentia erga Regulares, nolunt eos, licet planè idoneos admittere ad examen, & approbare ad confessiones secularium, possint eorum Prælati ex aliquo privilegio, ipso nihilominus exponere ad confessiones.

4. Nec privilegio concessio in *Clementina Dudum*. fuit derogatum à Concilio Tridentino, *sess. 23. c. 15*. iis verbis, Privilegiis, & quacumque consuetudine, etiam immemorabili, non obstantibus; siquidem Tridentinum ibi intendit solum cessare, & irritare privilegia

Sup. hoc in
tom. 4. tr. 1.
ex Res. 13
§. Quævis
casus & in
tom. 7. tr. 1.
ex Res. 69
§. Tertium
& seq. &
Res. 87. &
342. signan-
ter §. 3. & in
tom. 4. tr. 4.
ex Res. 6.
2. ad mediu-
m, & ibi in
3. ex Res. 10.
§. ult.

Sup. hoc lo-
ge doctrinæ
Resolutoria
not. seq.

privilegia quorundam extra corpus communis iuris vagantia, quæ merito restringi debent tanquam odiosa, & destructiva juris. quale sine dubio non est privilegium dictum, quod est inclusum in corpore iuris. Præterquam quod quando leges moderniores loquuntur tantum in communi, & decreta antiqua de casu aliquo in particulari non revocant expressè, trahuntur ad sensum decretorum antiquiorum, ut ostendit Navarr. in c. placuit. de Pœnit. d. 6. n. 147. Unde cum decretum Clementinæ Dudum, sit magis antiquum, quam decretum Concilij Tridentini, & expressè loquatur de hoc casu, Concilium verò loquatur tantum absolute, & in generali, nec in particulari revocet præfatum decretum Clementinæ, Concilium in hoc particulari potius trahi debet ad sensum Clementinæ, quam Clementina ad sensum Concilij: ut proinde dicat Navarr. c. 27. n. 264. Episcopo sine justa causa nolente admittere Religiosos præsentatos ad examen, posse facere (id est audire) confessiones, perinde ac si admissi essent juxta Clement. Dudum. Sic ille.

5. Et hanc sententiam præter alios à me alibi adductos, sustinet Castrus Palauus tom. 4. tract. 13. disputat. 1. punct. 19. §. num. 9. dicens, Religiosos, si à suis Pœlatis præsentati fuerint, & iis injuste fuerit approbatio negata, aut restricta; jure ipso censi approbati ex Clementina Dudum, de sepulturis, & ex Bonifacij VIII. Extravagante super Cathedralibus, ubi id Religiosus expressè conceditur.

6. Unde Lessius in tert. part. Divi Thomæ, questione 8. de Ministro confessionis dub. 5. num. 16. sic ait: Notandum quartò, probabile esse, si Episcopus Regularem nolit approbare, idque sine justa causa, Regularem ipso facto censi approbatum à Pontifice. Colligitur ex Clementina Dudum, de sepulturis; ubi dicit Pontifex, si Pœlati præfati Fratibus licentiam exhibere recusaverint, nos ex nunc ipsis, ut liberè liciteque confessiones audire valeant; de Apostolicæ Sedis plenitudine concedimus. Neque censi debet huic derogatum per Concilium Tridentinum, ut quidam dicunt, cum Concilium hujus Clementinæ mentionem non faciat, nec directè contrarium statuit. Ita Lessius.

7. Sed his non obstantibus, licet aliqui falso pro hac sententia me adducant: ego existimo ad casum propositum negativè respondendum esse, & præter alios quos ego alibi adduxi, in gratiam curiosorum non gravabor hic apponere verba Nicolai Isambert Professoris Regij in Academia Parisiensis, sic itaque allerit in 3. p. D. Thom. tom. 3. d. 21. de sac. Pœnit. art. 4. fol. 197. Difficultas esse potest, utrum hæc approbatio debeat esse de facto obtenta, vel sufficiat quòd sit petita ab Episcopo, seu Ordinario, & Confessariis secundum rei veritatem sit sufficientis doctrinæ ad istud munus exercendum, & proba vitæ.

8. Respondetur, debere esse de facto obtentam, quia verba Concilij Tridentini agendo de illa sic habent expressè, & hæc responso tam habet locum in Mendicantibus per suos superiores præsentatis Episcopo, seu ordinario pro excipiendis confessionibus sæcularium, quam in Sacerdotibus sæcularibus beneficium parochiale non habentibus; nam Concilium ibi loquitur absolute, nulla distinctione facta sæcularium à Mendicantibus; Imò eo ipso, quo initio sui decreti decernit nullum etiam regularem (quo nomine etiam Mendicantes veniunt intelligendi) posse audire confessiones sæ-

cularium etiam Sacerdotum, nisi ad id iudicetur idoneus ab Episcopo, & statim subjungit, confessarium (de quo agit) debere illam obtinere, satis innuit non sufficere Mendicantibus illam ab Episcopo, seu ordinario cum reverentia ei debita petere, sed absolute requiri, quod illam de facto obtineant. Nec obstat, quod in extravaganti Bonifacij VIII. quæ incipit super Cathedralibus, titulo de sepulturis, & in Concilio Viennensi in Clementina Dudum: concedatur Mendicantibus, ut, si Episcopus, seu ordinarius nolit illos sibi debite per eorum Superiores præsentatos admittere pro audiendis suorum Diocæsanorum confessionibus habeantur pro amissis, Summo Pontifice illos tunc admittente: hoc inquam non obstat, nam posito, non tamen concessio, quod hæc decreta intelligantur de hac approbatione, quia tamen Concilium Tridentinum est etiam Oecumenicum, cujus decreta sunt istis longè posteriora, ut per se constat; & jura posteriora derogant prioribus, sit ut Concilium loquens absolute, & universaliter de Confessariis, agat satis expressè de Mendicantibus, non loquatur etiam de Regularibus, quorum generali appellatione Mendicantes intelliguntur.

9. Secundò respondetur, in illis prioribus decretis non agi de approbatione, sed tantum de jurisdictione per Episcopum concedenda Mendicantibus per suos superiores debite præsentatis; quam pro excipiendis confessionibus Diocæsanorum petitam, illis tamen per Episcopum denegatur; tunc Summus Pontifex istis capitibus juri Canonico insertis tantam confert, quantam Curati, seu Parochi habent de jure communi, ut patet diligenti lectione utriusque capituli. Unde patet falli Navarrum, quando in suo Man. cap. 27. n. 264. & 265. cum aliquot recentioribus, censet adhuc post Concilium Tridentinum sufficere Mendicantibus petere ab Episcopo, seu ordinario licentiam administrandi Sacramentum Pœnitentiæ, ex eo quod in relato Tridentini Concilij decreto, non sit specialis derogatio hujus privilegij antea concessi Mendicantibus; est enim ei satis derogatum per particulam hanc etiam regularium, item absoluta requisitione approbationis ab ordinario obtentæ in confessario ad valide absolvendum.

10. Probatur eadem responsio ex Bulla Urbani VIII. quæ incipit: cum sicut accepimus, & extat t. 3. Bull. editionis Romane: in qua Summus Pontifex omnia, & singula indulta, quæ à Sede Apostolica promanarunt; audiendi sæcularium confessiones absque ordinarij examine, & approbatione, quibusvis Collegiis, Capitulis, Religionibus, Societatibus, etiam Societati Jesu, Congregationibus, & Ordinibus tam Mendicantium, quam non Mendicantium, nec non Monachorum quorumcumque etiam S. Benedicti, Cisterciensium, & Carthusiensium, ac etiam quibusvis militiis, etiam Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, ac quibuscumque Ecclesiis, etiam Patriarchalibus, & Metropolitanis, &c. revocat, cassat, tollit, abrogat, annullat, juribus, & effectu evacuat, nullisque personis in posterum ullo modo suffragari posse decernit. Quid autem induxerit Summum Pontificem, ut id statueret, ipse in eadem Bulla declarat dum scribit: Per hæc indulta saluberrimum sacri Concilij Tridentini decretum desuper sancitum penitus everti: ex quibus verbis perspicuum est non modò neminem posse vi indulti cuiuscumque

Sup. hac Bulla cursum supra in Ref. 1. §. 4. signanter in fine eius §. ult. & in tom. 7. tr. 1. Ref. 83. 84. 85. & 86.

Tom. I.

I 3

juscumque, non obtenta ab ordinario approbatione confessiones secularium excipere, sed etiam id prohibitum esse per Concilium Tridentinum, adeoque satis derogatum prioribus juribus per hoc decretum posterius.

11. In eam sententiam descenderunt plures de variis ordinibus, tam non Mendicantium, quam Mendicantium, & ipsius Societatis Jesu superiores, ut patet ex scripto nominibus, syngraphisque suis consignato, quod Eminentissimo Cardinali Duci de Richelieu tradiderunt die 19. Februarii anno Domini 1633.

12. Cum autem Cellotius *librorum suorum de Hierarchia, & Hierarchis, lib. 5. cap. 24. & 25.* scripisset, non necessarium esse ut Regulares ordinum Mendicantium reipsa obtinerent approbationem ab Episcopis, & ordinariis ad excipiendas secularium confessiones, & sufficere ut semel presentarentur in declaratione circa quasdam propositiones illius sui operis conceptis verbis prolata (cujus autographum auctoris manu subscriptum inter monumenta sacra facultatis Theologie Parisiensis asservatur) visis tum Summi Pontificis Bulla tum etiam praedicto scripto sententiam mutavit, ut patet ex his verbis; non debent, nec possunt Regulares secularium confessiones audire, nisi approbationem ab Episcopo obtinuerint. Aliud quidem dixi, Auctores aliquos secutus, nunc autem volens, ac lubens amplector scriptum illud, quod anno 1633. die 19. Februarii, tum ex ordinibus aliis, tum de Societate nostra superiores aliqui Eminentissimo Cardinali Duci de Richelieu dederunt; nominibus syngraphisque suis consignatum.

* In part. 6. 13. Et haec omnia Isambert, *ubi supra*, quae quidem nimis grata curiosis fuisse reor, & quidem ego contra Cellotium etiam scripti * in p. 6.

14. Caveant igitur Regulares ab opinione contraria; sin aliter Tragedias in eorum, & Religiosis damnum suscitabunt; Durum est contra stimulum calcitrare. Et sciant, Mercurum in *supplem. 3. p. D. Thom. q. 8. dub. 2. in fine*, contrariam sententiam Navarri, & aliorum improbabilem vocare, quod etiam ex Suarez facit Turrianus, *de poen. q. 8. art. 1. disp. 26. dub. 1.*

15. Quero octavo, an famulis commensales Regularium possint illos eligere in confessarios, etiam si non fuerint approbati ab ordinario; affirmative alibi respondi, stantibus privilegiis Regularium, sed modo circa illa habeo magnam difficultatem, & anceps remaneo, cum dicta privilegia videantur revocata in constitutione Urb. VIII. quae incipit, *cum accepimus sicut*, & refertur in *Belarm. t. 4. Bulla 92.* Urbano VIII. revocantur omnia privilegia aliis concessa quoad confessiones secularium personarum sine examine, & approbatione ordinarij.

16. Tum quia Concilium Trident. *sess. 23. c. 15. de reform.* ad probationem ordinarij requirit in Regularibus, ad hoc ut secularium confessiones audire possint, cum tamen supradicti famuli sint saeculares, ut patet.

17. Vide Bulembaum in *medulla Theol. mor. l. 6. tr. 4. c. 2. dub. 2. n. 7.* Cardinalem Lugo, *de Secr. Poenit. disp. 21. n. 29. & 50.* & alios.

18. Licet aliquis possit cum Peyrino respondere, in constitutione Urbani VIII. derogari solum privilegiis, quae Regularibus concessa sunt quoad audiendas confessiones quorundam secularium, non verò quoad audiendas solum confessiones suorum famulorum, ac aliorum commensalium,

cum Peyrino sentit Barb. *lib. 1. jur. Eccl. univ. c. 43. n. 204.* citans alios pro se, & Cespedes *tr. de exempt. c. 6. d. 125. n. 4. addent, n. 5.* ex Peyrino Religiosos posse absolvere dictos famulos à reservatis Episcopo; cum dici possit decreta pontificia, quae adducuntur in contrarium, loqui respectu aliorum saecularium, non item respectu dictorum; praesertim cum plus sit Regulares sine approbatione ordinarij posse audire eorum confessiones, quod plures iis concedunt, quam posse illos absolvere à reservatis Episcopibus.

19. Unde amicus noster pater Magister Lezana *tom. 2. c. 16. n. 16.* asserit, non carere probabilitate asserere, Regulares approbatos à Praelatis ordinis posse audire confessiones supradictorum famulorum; & tamen scripsit Romae post dictam constitutionem.

20. Verum nimis enim me urget decretum Urbani, quod verò spectat ad alumnos degentes in Regularium Monasterio putat Bordonus *resol. 38. q. 2.* eos posse confiteri Religio non approbato ab Episcopo, & per eum absolvi à reservatis Episcopibus, cum sint regularium commensales, & commensalitas sufficiat juxta dicta ad hunc effectum, cum Bordonus sentit Cespedes *sup. n. 11.* dicens praefatos alumnos frui omnibus privilegiis, quibus fruentur Regularium famuli; idque ob rationem modo illatam.

21. Sed si volumus loqui consequenter, stante adducta Constitutione Urbani, idem dicendum videtur de alumnis, ac de famulis commensalibus. Ideo tu cogita, & potius negativa sententiae adhaere.

RESOL. XXV.

An sit melius, ceteris paribus, confiteri proprio Parocho, quam alicui privilegiato, ut sunt hodie Regulares?

Et notatur certum esse, quod quicumque confiteatur habenti licentiam à Summo Pontifice audiendi confessiones faciendas ex precepto Concilij Tridentini non teneatur etiam semel in anno confiteri Parocho, aut alio ulli de ejus licentia. Ex part. 1. 1. tr. 6. & Misc. 6. Ref. 3.

§. 2. **A**D hoc dubium sic respondet Nicolaus Isambert Professor Regius Sorbonae, in *rev. part. D. Thomae, tom. 3. disputat. 20. artic. 6. num. 7.* licet ceteris paribus sit consultus confiteri proprio Parocho, quam Privilegiatis; qui tamen in tali casu elegit confiteri Privilegiato, etique de facto confiteatur, nullum admittit peccatum etiam veniale, praesertim ex eo ipso, quod in tali casu anteponebat Privilegiatum proprio Curato in ratione Confessarij. Prior pars propositionis probatur ex eo, quod Concil. Trident. *sess. 22. in decreto de observandis in celebratione Missae.* Item *sess. 24. cap. 4.* dicat, monendum esse populum, ut frequenter ad suas Parochias accedat. Item ex eo, quod ordo Hierarchicus videatur sic melius conservari; item quod hoc cedat aliis in exemplum, & excitet maximè affectum proprij Pastoris in suam ovem, ut tempore morbi eam visitet, & Sacramenta Poenitentiae, Eucharistiae, & Extremae Unctionis administret illi. Posterior item pars probatur. Quilibet potest, etiam absque peccato veniali ex duobus bonis inaequalibus, amplecti minus, relicto meliori, sed confiteri proprio Parocho, & mendicanti privilegiato, per Episcopum appro

Sup. his in Ref. 1. an. not. praeterea §. Noa etiam.

Sup. hoc sequitur infra in tr. 5. leg. doctrinam Refol. 51. 4. Continuum. Cur supra dicta. perno tum, signa ter pro cō. bus Episcopis palibus. r. servans p. melius p. vest. Et p. stea.

Sup. hoc de ge. lici de cō. trinum Re Col. not. seq.

approbato, sunt duo bona, quia licet unicuique illorum confiteri, ut docuimus, & ex suppositione præcedentis partis sunt inæqualia, est enim minus bonum confiteri privilegiato approbato: igitur relicto illo, si licet confiteri proprio Parocho, potest quilibet sine veniali peccato velle, & de facto confiteri mendicanti privilegiato per Episcopum approbato. Major patet, quia licet Concilium sit de meliori, attamen præceptum est simpliciter & absolute, tantum de bono, & qui contrahit legitimum matrimonium, illudque debito modo consummat, licet possit servare castitatem, non peccat juxta Apostolum in Epist. ad Corinth. quamvis castitas præcellat matrimonio. Ita Ysambert.

2. Sed ego secundam partem suæ conclusionis amplector; sed non deberet vir doctissimus primam partem tenere, ut optimè observat Joannes Pontius in *Cursu Theol. disp. 46. q. 9. concl. 4. n. 123.* & adducere pro sua sententia Concilium Trident. ubi nec verbum ea de re habetur. Itaque ex natura rei, seclusis circumstantiis Parochi, & Religiosi, quoad alias qualitates, nulla est differentia ob quam unum esset melius, quam alterum: ob circumstantias autem aliquas, aliquando potest melius esse confiteri Parocho, aliquando Religioso. Communiter videtur præferendus Religiosus, quia habent privilegia absolventi ab aliquibus casibus, à quibus non habet Parochus, & quia (pace Parochorum) communiter sunt doctiores, & magis præsumi deberet quòd essent magis versati in rebus spiritualibus.

3. Sed quicquid in Gallia nostris temporibus aliqui ausi sunt docere, & etiam publice, certum est inter Doctores, quod quicumque confitetur habenti licentiam à Summo Pontifice audiendi Confessiones faciendas ex præcepto Concilij, non tenetur etiam semel in anno confiteri Parocho, aut alij ulli de ipsius licentia. Unde non deseram hic per extensum apponere Bullam Sanctissimi D. N. nunc feliciter regnantis, tenoris sequentis. Innocentius Papa X. Ad futuram rei memoriam. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filij Regulares Civitatis Burdigal, quod alias à venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinal. Concil. Trident. Interpret. emanavit decretum tenoris subsequens: Die 9. Julij anno 1644. Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilij Trident. Interpretum, post naturam discussionem censuit, Archiepiscopum Burdigalensem non posse prohibere Regularibus, habentibus privilegia Apostolica, ut à Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis inclusivè administrare non valeant Sacramentum confessionis, posse tamen eisdem prohibere, ut personis secularibus in die Paschæ non administrarent sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, etiam si dictæ personæ seculares in alia die satisfecerint præcepto Ecclesiæ, hæc de re edito. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, iidem exponentes præmissa, quo firmius subsistant Apostol. nostræ confirmationis patrocinio communi summo opere desiderantes, idcirco nos, eosdem Regulares specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulas personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure vel ab homine, quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium consequendum, harum serie absolventes, & absolutos esse censentes, supplicationibus illorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, decretum præinsertum Apo-

stolica autoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, salva tamen semper autoritate eorumdem Cardinalium, decernentes præsentibus litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suorumque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, dictis Regularibus in omnibus, & per omnia suffragari, & ab omnibus ac singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectavit in futurum inviolabiliter observari: sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, & causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & diffiniri debere; irritumque & inane si quid secus super his à quodam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque & indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenore præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanentibus, ad effectum præmissorum specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ ad S. Petrum sub annulo Piscatoris die 7. Februarij anno 1645. Pontificatus nostri anno 1. & hanc Bullam fuisse in Gallia exequutoriata, & receptam patet per decretum Regium, datum Parisiis, 11. Martij 1645. & circa vanam prætensionem supradictorum Gallorum, latè postea scripsit Pontius, & Ysambert *ubi supra*; quibus adde Martinon. de Sacramento Pœnitentiæ, qui supradictam Bullam Innocentij X. & Decretum Ludovici Regis adducunt, & materiam latè tractant, & ad omnia argumenta Adversariorum respondent.

RESOL. XXVI.

An si aliquis secularis confiteatur bona fide cum Confessario ab Episcopo non approbato, Confessio illa valida sit?

Et an in tali casu pœnitens cum primum id novit, teneatur iterum peccata confiteri cum approbato?

Et an Confessarius, v. g. approbatus Romæ, si mutet domicilium, & proficiatur Mediolani, possit ibi audire Romanos, etiam si ibi non fuerit approbatus ab Episcopo Mediolanensi?

Et an secularis mox ingressurus Religionem possit absolvi à Regulari non approbato ab Episcopo, sed à Prelato Regulari tantum?

Et an Episcopus possit dare subdito potestatem eligendi Confessarium per eandem potestatem approbando talem, etiam si approbatus antea non sit?

Ex part. 11. tract. 4. & Misc. 4. Ref. 16.

§. 1. **A**ffirmativam sententiam, licet cum aliqua formidine videtur tanquam probabilem Lessius admittere; sic enim asserit in 3. part. D. Thome qu. 8. de ministro confessionis art. 1. dub. 5. num. 16. Notandum primò, hanc approbationem non complere quidem ipsius jurisdictionem, itaut sine alia concessione possit absolvere, sed requiri solum tanquam conditionem, ut possit ei plena jurisdictio dari, quæ conditio videtur ita esse necessaria, ut sine ea irrita sit absolutio, ut insinuat illud verbum *Non posse*, quod plus vide-

Sup. hoc in Ref. seq. & signanter in §. Probatur secundo, prope finem, vers. Vnde, & seq. & infra in ex 4. ex Ref. §. 1. & signat. ter §. 2. & vlt. & alias Ref. ejus ult. timæ annot.

tur quam non liceret. Et si fortasse contrarium non sit improbable. Ita ille.

2. Confirmatio probabilitas hujus opinionis ex ipsomet Concilio Tridentino, & primò sess. 23. de reform. statuit, quòd nullus initiatur prima tonsura, qui Sacramentum confirmationis non susceperit: Si quis tamen, omisso confirmationis Sacramento initiatur tonsura, valide quamvis, non licite initiatur. Sotus in 4. sent. dist. 22. art. 1. prope fin. Nav. in manual. c. 22. n. 9. cum aliis per Barbosa. ad d. c. 4. Concil. n. 1. & in tr. de potest. Episcopi p. 2. alleg. 44. n. 14.

3. Secundo, idem Concilium sess. 24. c. 1. de reform. præcipit, ut imposterum antequam matrimonium contrahentium Parocho publicè denuncietur, inter quos matrimonium sit contrahendum, & nihilominus si matrimonium prætermittis denunciationibus contrahatur, validum est, ut tenent DD. quos longa serie citat idem Barbosa add. cap. 1. num. 28. & de potest. Episcopi alleg. 32. num. 9. Rota decis. 390. num. 5. part. 2. in recent. & decis. 141. num. 12. post tractatum moderni de manent.

4. Tertio, idem Concilium Tridentinum sess. 25. de regul. cap. 17. statuit, quòd Novitia non admittatur ad Professionem, nisi prius explorata fuerit ejus voluntas per Episcopum, vel ejus Vicarium, vel deputatum ab eis; Si tamen non præcedente dicta exploratione puella profiteatur, valet Professio, Sanchez ad præcept. Decalogi lib. 5. cap. 4. num. 84. Mirand. de Sacr. monial. q. 8. num. 4. Barbosa. de potest. Episcopi alleg. 100. n. 9. Menochius conf. mine necess. 396. num. ult. vol. 4. Lezana in summa cap. 25. fario c. 12. Tamburin. de jure Abbatum disputat. 6. qu. 3. n. 6. & ita resolutum fuisse à sacra Congregatione Concilij, testatur Zerola in praxi Episcopi verb. monialis, vers. ad 14.

5. Nec obstat dicere, quòd in dictis locis Concilium non utitur verbo, Potest, cum negativa, quòd importat formam, ut asserunt Doctores, quos ad fatietatem adduxi in part. 10. tractat. 12. resol. 7. * Nam, ut ibi etiam ex multis firmavi, hæc doctrina universaliter non est vera, ergo &c.

6. Sed, his non obstantibus; proflus contrariam sententiam sustinendam esse puto, & contra Lessium affirmativam sententiam omnino improbabilem puto, & est contra communem sententiam Doctorum, asserentium talem confessionem esse invalidam, quia quamvis Concilium non apponat Clausulam irritantem, tamen cum apposuerit formam, quiddam sit sine illa, irritum est, & inanetum etiam quia sine approbatione non confertur jurisdictio, & sine jurisdictione valide non potest ferri sententia, & utrumque est in jure certissimum, & sic non immoror in probationibus.

7. Et ita docet Vvigers in supplem. 3. part. D. Thom. q. 8. art. 4. num. 14. Thomas Hurtadus var. tom. 2. tract. 12. cap. 1. §. 2. dub. 4. num. 2068. Unde Amicus in Cur. Theol. tom. 8. disp. 15. sect. 3. n. 93. sic ait, Communis sententia Theologorum est, approbationem Episcopi post Tridentinum esse necessariam necessitate Sacramenti, & non tantum præcepti, adeò ut si quis tentet, nihil efficiet. Unde penitens, etiam si bona fide accedat ad Sacerdotem ab Episcopo non approbatum, tenebitur iterum peccata confiteri, cum primum id notavit; atque ita ferunt declarasse Congregationem Cardinalium, qui auctoritatem habent explicandi Concilium. Ita ille: Sed de hac quæstione à nobis * alibi pertractatum.

Sup. hac doctrina pro peccato in tom. 2. tr. 5. ex Ref. 112. Sed ego paulo post initium, à vers. Respondeo. & in aliis ejus not. Sup. hoc in tom. 2. tr. 6. Ref. 62. & ex Ref. 71. §. ult. & in Ref. 73.

Quo ad hoc pro peccato in tom. 7. tr. 1. §. ult. in fine, & pro examine necess. fario c. 12. ad medium præcitati. §. à vers. Et ita & pro validitate ibi in Ref. 159. §. Postest etiam & lege etiam doctrinam Ref. not. seq. * Quæ hic est in tom. 6. tr. 1. Ref. 50.

* Alibi ut in anno. prima hujus Ref.

8. Sed quæro hic obiter, an Confessarius approbatus verbi gratia Romæ, si mutet domicilium, & proficiatur Mediolanum, possit ibi audire Romanos; etiam si non fuerit approbatus ab Episcopo Mediolanensi. Casus est curiosus, & apud Auctores etiam passim obviis, & affirmativè posset aliquis respondere; eo quod approbatio, ut suppono, quia fuit data absolute, & simpliciter adhuc durat, quamdiu non revocatur; non revocatur autem præcisè ex eo, quod Sacerdos approbatus aliò transfert domicilium, ut hinc patet, quod si ipse iterum repetat prius domicilium, hoc ipso ibi absque alia approbatione potest audire confessiones.

9. Quod si dicas, approbationem in hoc casu suspendi, quatenus Sacerdos incipit habere alium Ordinarium, à quo proinde indiget approbari. Contra est, primò, nam Sacerdos in præsentis casu verè censetur approbatus à suo Ordinario, nempe ab eo, qui quando illum approbavit, erat ejus Ordinarius. Contra est secundo, nam Sacerdos, etiam mutato domicilio, adhuc videtur manere subditus Ordinarij, à quo fuit approbatus, non quidem ratione domicilij (ut patet) sed quoad ministerium audiendi confessiones subditorum ipsius, quomodo DD. dicunt cum Suarez de penit. D. 28. sect. 6. n. 13. posse Episcopum approbare Sacerdotem non subditum, si iste quoad hoc ei sit subjeict; præsertim cum subjeictio non videatur requirere domicilium, ut constat in feudario, qui quoad feudum potest esse subditus Regis Galliarum verbi gratia & tamen habere domicilium in Hispania, quod si concedatur, concedendum etiam videtur Sacerdotem approbatum in aliqua Diocesi, posse etiam mutato domicilio, audire confessiones subditorum illius Diocesis, in qua erat approbatus; Cùm hoc non obstante, possit dici manere subditus illius Episcopi quoad auditionem confessionum; sicque nulla adsit ratio, cur dicatur desinere esse approbatus.

10. Sed his non obstantibus ego non recedem à sententia negativa, quam docet Cardinalis Lugo (licet ad argumenta superius posita non respondeat, nec obervet) de penitent. disputat. 21. sect. 2. num. 35.

11. Nota hic etiam, Thomam Hurtadum var. tom. 2. tract. 12. capite primo, §. secundo, dub. 10. num. 2001. nominatim contra me nimis dubitare, An secularis mox ingressurus Religionem possit absolvi à Regulari non approbato ab Episcopo.

12. Sed nostram sententiam præter Becchium sequitur etiam Peyrinus & tom. 3. privileg. cap. 3. num. 3. Pater Pellizzarius in man. Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 2. sect. 1. subsect. 1. num. 28. ubi docet, Novitios quamvis nondum indutos veste religiosa, posse confiteri Sacerdoti, per solum prælatum regularem probato, siquidem de brevi accingendus in favorabilibus habetur pro accincto leg. penultim. ff. de milit. testament. adeoque sicut Novitius veste religiosa jam indutus, potest confiteri Sacerdoti approbato solum à Prælato regulari; ita & poterit confiteri; etiam si nondum sit indutus religioso habitu, dummodò brevi illum recepturus sit. Ita Pellizzarius.

13. Sed quæres hic obiter, An possit Episcopus dare subdito potestatem eligendi Confessarium per eandem potestatem, approbando talem; etiam si antea approbatus non fuit. Respondetur non posse, quia hoc non esset aliud, quam dare facultatem eligendi Confessarium, quamvis non approbatum

Sup. hoc supra in Ref. 5. & 10. & in alio §. eius secunda not.

Sup. hoc in tom. 7. tr. 1. Ref. 104.

Quoad hoc infra ex Resol. 31. leg. 10. etiam §. Sed hic quæro

De Sacram. Pœnitent. Resol. XXVII. 105

batum, quod si Papa usurparet hunc modum, censeretur dispensare in forma Concilij, quod postulat approbationem in particulari factam de tali persona.

14. Dices: Potest Episcopus dare pœnitenti facultatem approbandi Confessarium pro aliis? Ergo etiam pro se ipso pœnitente. Respondeo Episcopus illud potest, si pœnitens sit vir doctus, & idoneus, qui approbet, hic tamen alia est facultas approbandi, & alia eligendi, & necesse est ut facultas approbandi prius exeat in actum, quàm facultas eligendi; neque eo ipso, quod datur potestas eligendi, præsumitur dari potestas approbandi, cum ad unam possit quis esse idoneus, & non ad alteram. Et ita docet Mercerus in *supplement. 3. part. D. Thom. qu. 8. dub. 2.*

RESOL. XXVII.

An confessio facta simplicibus Sacerdoti non approbato ab Episcopo sit nulla?

Et quid, si in tali casu pœnitens bona fide confiteatur, non approbato, seu alieno Sacerdoti, vel si Sacerdos etiam bona fide illum audiat?

Et an talis confessio iteranda sit habenti jurisdictionem circa illam?

Et notatur, quod Sacerdos sine approbatione absolvens non incurrit aliquam censuram, aut irregularitatem. Ex part. 6. tract. 6. & Misc. 1. Res. 52.

mus ex Concilio Tridentino, quod atrociora tantum & graviora quadam reservari oportere censeret: ergo absolutio simplicibus Sacerdotibus quolibet mortalium non est ita prohibita; ut etiam sit nulla. Et contrarium docere, est contra Concilium Tridentinum, quod non vult admitti hunc reservationis rigorem circa qualibet peccata mortalia.

2. Dicit Suarez, quod non omnia mortalia propterea dici debent reservata, quia multi infra Prælati jus reservandi habentes, possunt etiam potestate ordinaria absolvere a mortalibus communioribus. Respondeo hanc responsionem non evacuare difficultatem ex Tridentino propositam, quia multi potestate ordinaria possunt absolvere a casibus Papæ reservatis, ut Episcopi, & Prælati Regulares, qui tamen casus propterea non censentur esse non reservati. Tandem probari potest sententia nostra, quia ex Concilio Tridentino sola absolutio eorum quæ Prælati reservantur, decernitur ipso jure nulla: ergo reliquorum absolutio, quantumvis prohibita, non est ipso jure nulla, si bona fide recipiatur à pœnitente, quantumvis etiam mala fide detur: ratio est, quia exceptio firmat regulam in contrarium.

3. Ut verò doctrina superius tradita magis confirmetur, operæ pretium erit, examinare aliquos Canones, vel Decreta, quibus prohibentur aliqui Sacerdotes, ne ministrent pœnitentiæ Sacramentum, & videre, utrum talis prohibitio inducat nullitatem Sacramenti pœnitentiæ contra eam ministrati.

4. Habemus autem 2. q. 3. dist. 7. in cap. placuit. Quod nulli Sacerdotum liceat alteri Sacerdoti commissum ad pœnitentiæ suscipere, sine ejus consensu, qui contra fecerit, gradus sui periculo subiacebit.

5. Habemus etiam cap. omnis utriusque sexus, de pœnit. & remiss. alienum Sacerdotem non posse aliter, quam de licentia proprii Sacerdotis obtenta pœnitentem solvere vel ligare.

6. Habemus insuper c. si Episcopus de pœnit. & remiss. in 6. nulla posse consuetudine introduci, quod aliquis præter Superioris sui licentiam confessorum sibi eligere valeat, qui eum possit absolvere, vel ligare.

7. Habemus tandem in Concilio Tridentino sess. 23. cap. 11. quod quamvis Presbyteri in sua ordinatione à peccatis absolvendi potestatem accipiant; decernit tamen sancta Synodus nullum etiam Regularium posse confessiones secularium Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale beneficium habeat, aut ab Episcopis per examen, si eis videbitur esse necessarium, aut aliis idoneus judicetur; & approbationem quæ gratis detur, obtineat; privilegiis & consuetudine etiam immemorabili non obstantibus.

8. Hi sunt Canones; quibus prohibetur; ne passim quilibet Sacerdos quemlibet pœnitentem absolvat: vel ne passim quilibet pœnitens quemvis Sacerdotem in Confessorem eligat. Oportet ergo nunc videre, utrum per has prohibitiones, vel per aliquam illarum nullitas actus prohibiti inducatur. Hoc autem aliter facilius constare non potest, quàm ostendendo; quod per hujusmodi prohibitionem aliquid effectum sit, vel circa Sacerdotem, vel circa pœnitentem; quo posito actus absolutionis necessarius est nullus; cum enim validitas hujus actus ex his duobus tantum pendeat; invaliditas ejusmodi actus provenire non potest nisi ex aliquo

See hoc in Res. præced. & in c. de leg. 2. c. 1. c. 2. c. 3. c. 4. c. 5. c. 6. c. 7. c. 8. c. 9. c. 10. c. 11. c. 12. c. 13. c. 14. c. 15. c. 16. c. 17. c. 18. c. 19. c. 20. c. 21. c. 22. c. 23. c. 24. c. 25. c. 26. c. 27. c. 28. c. 29. c. 30. c. 31. c. 32. c. 33. c. 34. c. 35. c. 36. c. 37. c. 38. c. 39. c. 40. c. 41. c. 42. c. 43. c. 44. c. 45. c. 46. c. 47. c. 48. c. 49. c. 50. c. 51. c. 52. c. 53. c. 54. c. 55. c. 56. c. 57. c. 58. c. 59. c. 60. c. 61. c. 62. c. 63. c. 64. c. 65. c. 66. c. 67. c. 68. c. 69. c. 70. c. 71. c. 72. c. 73. c. 74. c. 75. c. 76. c. 77. c. 78. c. 79. c. 80. c. 81. c. 82. c. 83. c. 84. c. 85. c. 86. c. 87. c. 88. c. 89. c. 90. c. 91. c. 92. c. 93. c. 94. c. 95. c. 96. c. 97. c. 98. c. 99. c. 100.

See hoc in Res. præced. & in c. de leg. 2. c. 1. c. 2. c. 3. c. 4. c. 5. c. 6. c. 7. c. 8. c. 9. c. 10. c. 11. c. 12. c. 13. c. 14. c. 15. c. 16. c. 17. c. 18. c. 19. c. 20. c. 21. c. 22. c. 23. c. 24. c. 25. c. 26. c. 27. c. 28. c. 29. c. 30. c. 31. c. 32. c. 33. c. 34. c. 35. c. 36. c. 37. c. 38. c. 39. c. 40. c. 41. c. 42. c. 43. c. 44. c. 45. c. 46. c. 47. c. 48. c. 49. c. 50. c. 51. c. 52. c. 53. c. 54. c. 55. c. 56. c. 57. c. 58. c. 59. c. 60. c. 61. c. 62. c. 63. c. 64. c. 65. c. 66. c. 67. c. 68. c. 69. c. 70. c. 71. c. 72. c. 73. c. 74. c. 75. c. 76. c. 77. c. 78. c. 79. c. 80. c. 81. c. 82. c. 83. c. 84. c. 85. c. 86. c. 87. c. 88. c. 89. c. 90. c. 91. c. 92. c. 93. c. 94. c. 95. c. 96. c. 97. c. 98. c. 99. c. 100.

See hoc in Res. præced. & in c. de leg. 2. c. 1. c. 2. c. 3. c. 4. c. 5. c. 6. c. 7. c. 8. c. 9. c. 10. c. 11. c. 12. c. 13. c. 14. c. 15. c. 16. c. 17. c. 18. c. 19. c. 20. c. 21. c. 22. c. 23. c. 24. c. 25. c. 26. c. 27. c. 28. c. 29. c. 30. c. 31. c. 32. c. 33. c. 34. c. 35. c. 36. c. 37. c. 38. c. 39. c. 40. c. 41. c. 42. c. 43. c. 44. c. 45. c. 46. c. 47. c. 48. c. 49. c. 50. c. 51. c. 52. c. 53. c. 54. c. 55. c. 56. c. 57. c. 58. c. 59. c. 60. c. 61. c. 62. c. 63. c. 64. c. 65. c. 66. c. 67. c. 68. c. 69. c. 70. c. 71. c. 72. c. 73. c. 74. c. 75. c. 76. c. 77. c. 78. c. 79. c. 80. c. 81. c. 82. c. 83. c. 84. c. 85. c. 86. c. 87. c. 88. c. 89. c. 90. c. 91. c. 92. c. 93. c. 94. c. 95. c. 96. c. 97. c. 98. c. 99. c. 100.

aliquo defectu, qui sit in altero horum duorum, inducto scilicet ob præfatas prohibiciones. Quod si ostendi non potest per illas prohibiciones aliquid effectum, vel circa Sacerdotem quemlibet, vel quemvis penitentem, quo posito actus sit invalidus, profecto sine ulla ratione ex ejusmodi prohibitionibus judicatur invalidus.

9. Quod autem id non possit ostendi probatur primò ex parte Sacerdotis cujlibet, à quo certum est auferri non posse potestatem solvendi & ligandi per ullam prohibitionem humanam: quandoquidem, ut definitur in Tridentino, in ordinatione illam recipiat. Hæc autem potestas cum sola sit totum principium activum actus absolutionis & remissionis peccatorum, ut supra fusissimè probavimus, & tolli omnino non possit, sequitur necessariò, quòd nulla prohibitionem humana circa Sacerdotem aliquid effici possit, quo posito actus absolutionis redditur invalidus: imò etiam si per Canones aliquid potestatis hujus actus effectivis posset à Sacerdote tolli, non potest tamen ostendi re ipsa sublatum esse: nam quòd Canones prohibendo dicant (non possit absolvere, vel non valeat aliquis eligere) verba sunt simplicem prohibitionem importantia; ratione cujus, qui prohibitus est, eò quòd non potest licitè facere contrarium, simpliciter dicitur nec posse, nec valere facere quòd est prohibitum; non autem sunt verba decernentia nullitatem actus: tum quia non statim actus prohibitus eo ipso est nullus; tum etiam quia constat plerasque prohibiciones, quas certum est nullitatem actus prohibiti omnino non inducere, eisdem verbis esse factas. Quòd si per hujusmodi prohibitionem aliqua potestas tollitur à Sacerdote, illa non est, nisi potestas executionis, de qua supra, sine qua tamen actus potest esse validus.

10. Probatur secundo ex parte penitentis cujlibet, cui saltem secundum omnes fere doctores licitum fuit olim se submittere cuilibet in foro secreto penitentiae. Quòd autem hæc libertas restricta videri possit alicui per *cap. si Episcopus*, in quo decernitur à Bonifacio VIII. nulla consuetudine introduci posse, quòd aliquis præter sui Superioris licentiam confessorum sibi eligere valeat, qui eum possit solvere & ligare.

11. Respondeo primò *in cap. si Episcopus*. Non restringi prædictam libertatem, aut prohibitionem aliquam fieri; sed declarari talem libertatem introduci non posse aliqua consuetudine, scientibus & contradicentibus Superioribus, ut constat ipsos contradicere absolutionibus casuum reservatorum factis sine sua licentia, sine qua in eo capite probatur non licere reservatorum absolutionem.

12. Respondeo secundo, Etiam si esset aliqua prohibitio in prædicta Bonifacii Constitutione, circa Confessarii electionem absque licentia Superioris faciendam, hujusmodi tamen prohibitio non potest censeri annullata, aut irrita electio Confessarii contra eam facta; nam etiam si absolute & universaliter ibidem dicerentur, nullus valeat eligere (quòd tamen non fit); his verbis tamen non esset sufficienter expressa lex prohibens actum, & eundem annullans. Probatur primò. Quia commode, & absque torsione aliqua dici potest, neminem sine licentia valere eligere Confessarium, qui eum licitè possit absolvere; ita quòd ejusmodi electio non quidem absolute, & respectu cujlibet effectus ad eam consequentis esset invalida, sed respectu ejus tantum, quòd est Sacerdotem ex ea

licitè absolvere: quia in dicta prohibitionem dicitur; non valeat eligere Confessarium, qui possit, videlicet licitè.

13. Probatur secundo. Quia cum hujusmodi actuum irrationes, & annullationes sint maxime odiosæ, non debent censeri aliqua lege contineri, vel induci nisi verbis clarissimis. Probatur à simili de matrimoniis clandestinis, quæ etiam prohibeantur 30. *quest. 5.* immò ibidem in cap. aliter legitimum, declarantur non esse conjugia; sed adulteria, vel contubernia, vel stupra, vel fornicationes, inquit, potius quam legitimum conjugia esse non dubitatur. Ex hujusmodi tamen verbis nullus unquam matrimonia clandestina irrita esse pronuntiavit, quousque id statutum expresse fuerit per Concilium Tridentinum: ergo multò minùs nullitas absolutionis inducta censeri debet per constitutionem Bonifacii VIII. Probatur tamen ex Concilio Tridentino *suprà*, ubi nihil propterea requiritur in Sacerdote in confessorum eligendo, nisi quòd sit approbatus: quæ tamen conditio si desit illi, quamvis prohibeatur absolvere, non tamen irritatur factum, si absolvere non approbatus taverit. Hucusque Croufers. Et idem docet *lib. 24. fol. 724. & lect. 21. fol. 702.* Unde ex ejus sententia sequeretur, quòd si quis bona fide confiteretur cum Sacerdote non approbato ab Ordinario, Confessio esset valida, & non iteranda. Et hanc sententiam Durandus in 4. *sent. distinct. 19. quest. 2.* putat non improbabilem; & tribuitur etiam Armacano *lib. 10. de questionib. Armenorum, in principio.*

14. Sed hæc opinio nec tuta, nec probabilis dici potest; immò severiori censura dignam esse puto, cum certissimum sit ad valorem Sacramenti non sufficere solum id, quòd accipitur in ordinatione. Ita habetur in Tridentino *sess. 14. cap. 7.* ubi dicitur nullius momenti esse absolutionem, quam Sacerdos profert in eum, in quem ordinationem, aut subdelegatam jurisdictionem non habet: & *Can. 11.* damnat eum, qui dixerit, Sacerdotem sine licentia Prælati Superioris verè absolvere à casibus reservatis, ubi aperte negatur valor absolutionis, quando deest facultas Superioris. Idem magis implicite definitum fuerat in Concilio Florentino ab Eugenio in suo Decreto, ubi dicitur, ministrum hujus Sacramenti esse Sacerdotem habentem, vel ordinariam vel delegatam potestatem, in quo tanquam in re ad dogmata pertinentem conveniunt omnes Theologi.

15. Nec valet dicere supradictis obstare verba Christi. *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis,* &c. quæ cum singulis Presbyteris in sua ordinatione dicantur, videntur universaliter intelligenda, ut sonant; ergo absque ullo alio habet Sacerdos ex sua ordinatione potestatem absolvendi omnes à suis peccatis. Secunda difficultas desumitur ab exemplo aliorum Sacramentorum: quia enim Episcopus habet potestatem confirmandi, & conferendi ordines, & Sacerdos habet potestatem unguendi infirmum: licet nec Episcopus possit licitè confirmare, aut ordinare non subditum, nec simplex Sacerdos possit licitè unguere absque licentia Parochi: confirmatio tamen, ordinatio, & unctio valide erunt, quia adest materia, forma, & minister cum facultate, in ordinatione, aut consecratione accepta; ergo absolutio etiam licet feratur in non subditum, valida erit, propter eandem rationem, licet non sit licita.

16. Nam respondeo difficultates supradictorum

Sup. hoc p.
Rel. præ-
ri a, & in
in tr. 4. et
Rel. 9. 4. 12.
signatur a.
& in 6. eju
not. & 19.
s. ult. dicta
Rel. & co-
nes Rel. qui
ultima. as
not.

rum argumentorum pendere ex ratione peculiari, quæ est in Sacramento: quam rationem ponderavit Concilium Tridentinum illo cap. 7. ad probandam hanc doctrinam his verbis. Quoniam igitur natura, & ratio iudicij illud exposcit ut sententia in subditos dumtaxat feratur: persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, & verissimum esse Synodus hæc confirmat, nullius momenti absolutio-nem eam esse debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet jurisdictionem, &c. In quibus verbis totum hoc reducit ad rationem iudicij, quæ propria est huius Sacramenti, ac non aliorum. Quare sicut ex eo quod Sacramentum matrimonij includat contractum humanum, subdit conditiones contractum, atque adeo ejus valor requirit habilitatem contrahentium, quæ tolli aut poni potest ab Ecclesia: si hoc Sacramentum, quia iudicium quoddam est, requirit superioritatem & subditos, qui ab Ecclesia dari vel auferri possunt. Unde verba Christi, licet univèrsaliter videantur sonare potestatem, eo tamen ipso, quod datur potestas ad absolvendos subditos per modum iudicij, intelligitur data respectu subditorum, qui legitimi subditi sint. In aliis verò Sacramentis quæ non exercentur per modum iudicij non pendet eorum valor à prohibitione, vel permissione Ecclesiæ, quia validè exercentur etiam circa non subditos.

17. Petes tamen: quomodo ex verbis Christi colligat Ecclesia, Sacerdotes non accipere totam potestatem iudicariam expeditam in sua ordinatione: possent enim tunc heri iudices absque ulla dependentia ab Ecclesia in usu valido suæ jurisdictionis: sicut fiunt medici ad curandos infirmos per unctionem absque tali dependentia ab Ecclesia. Respondetur id totum colligi ex ratione iudicij: nam iudex, qui non est merus arbiter, cuius sententia non obligat propter auctoritatem iudicis, sed propter pactum litigantium, qui promiserunt illam observare, debet habere potestatem obligandi, atque adeo debet esse Superior eorum, quibus jus dicit, ut possit eos ligare, unde optimè inferitur non posse proferri sententiam nisi in subditos. Aliunde autem pro certo supponitur, non esse omnes & singulos Christianos subditos singulorum Sacerdotum ex Christi institutione: hoc enim perverteret Hierarchicum ordinem, quem Christus in sua Ecclesia reliquit: in qua voluit alios esse superiores, alios inferiores: si autem omnes Sacerdotes ex sua ordinatione haberent omnes Christianos sibi subditos, jam omnes Sacerdotes essent iudices supremi, & Principes æquales absque ulla subordinatione, quod esset omnino contra totum Ecclesiasticum ordinem.

18. Et hæc omnia supradicta docet doctus Pater Joannes de Lugo de Sacrament. Pœnitent. disp. 5. sect. 2. num. 16. & seq. Joannes Molanus in Comp. Theol. pract. 1. cap. 11. conclus. 1. numer. 2. & communiter omnes Theologi & Casuist. Et ideò cavendum est à supradicta sententia Croufers. Unde Gregorius XV. in Declaratione 12. super Bullam latam Nonis Februarij 1622. quæ incipit Inscrutabili, statuit Confessariis non approbatis confessiones factas esse nullas, ut rectè observat novissimè Zambellus in Reper. Mor. verb. Confessor. quoad auctoritatem, n. 5. & docet etiam novissimè Franciscus Zipæus in Consultationibus Canonicis, lib. 5. tit. de Pœnit. & Remiss. consubr. 2.

19. Unde pro Coronide huius resolutionis non desinam hic apponere verba P. Theauri in pract. de pœnit. part. 2. verb. absolutio Sacramentalis,

cap. 2. ubi sic ait: Amplia hæc conclusionem, ut procedat, etiam si pœnitens bona fide confiteatur non approbato, seu alieno Sacerdoti sine licentia competente; vel Sacerdos etiam bona fide illum audiat & absolvat: nam etiam tunc non perficitur Sacramentum; quia hæc irritatio actus non est pœnalis, sed diffinitiva, & ex natura rei, ob defectum jurisdictionis, sine qua non potest perfici hoc Sacramentum: ut Trident. c. 7. sess. 14. de Sacram. pœnit. text. in cap. dudum 54. de elect. & ibi Glossa, & Doctores communiter in verb. decepta. Unde talis confessio iteranda est habenti jurisdictionem circa illam. Joannes Andreas in d. cap. dudum. Abbas ibi n. 20. Navarrus in cap. placuit, de pœnit. dist. 6. num. 180. qui ponunt exemplum, si quis confiteatur Parocho intruso. Hucusque Theaurus: qui tamen optimè observat Sacerdotem sine approbatione absolventem non incurtere aliquam censuram, vel irregularitatem.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 5. Ref. 17.

RESOL. XXVIII.

An qui bona fide confitetur cum Confessario valde ignorante, teneatur postea confessionem iterare? Et deducitur, quod quando quis integrè confessus est peccatum, quod fecit, dubitat tamen esse mortale, quamvis enim Confessor simili dubio teneatur non est confessio iteranda illius peccati, si postea alteruter doctior factus, aut aliis consultis, novit id peccatum esse mortale, nisi aliunde confessio fuerit irrita? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 120. aliis 121.

§. 1. **A**ffirmativam sententiam docet Vasquez in 3. part. tom. 4. q. 93. art. 3. dub. 1. n. 2. quia bona fides amplius efficere non potest, quam excusare à culpa pœnitentem accedentem ad Sacerdotem ignorantem.

Sup. hoc in duabus Ref. seqq. & infra lege Ref. 38. quamvis ejus doctrina sit pro articulo mortis.

2. Sed contrariam opinionem tuetur Henriquez lib. 2. de pœnit. cap. 14. numer. 5. ubi sic asserit. Qui bona fide confitetur ignoranti, quem postea novit necesse distinguere inter mortalia, & venialia, non videtur cogendus iterare confessionem, quia ille potuit, & voluit bene dispositum absolvere, quamvis defecerit in prudentia circa medicinam, & satisfactionem imponendam. Ita ille, & post illum Sanchez in summ. tom. 1. lib. 1. cap. 10. numer. 69. sic asserens. Quando pœnitens integrè confessus est peccatum quod fecit, dubitabat tamen, an esset mortale. Quamvis enim Confessor simili dubio teneatur, non est iterum confessio illius peccati repetenda, si postea alteruter doctior factus, aut aliis consultis novit id peccatum esse mortale, nisi aliunde confessio fuerit irrita, ut quia data opera quaesivit ille Confessorem ignorantem, ac sufficientem ad ejus confessionem excipiendam. Sic Sanchez, & ego.

Sup. hoc in Ref. 2. not. præterea lege §. Ex his, & infra Ref. 137. post meum, à veris, qui tamen, & pro data opera contenta in fine huius Ref. in Ref. 2. not. primæ huius Ref. §. Notandum.

RESOL. XXIX.

An pœnitens teneatur reiterare confessionem factam bona fide cum Confessario ignorante, licet peccaverit Sacerdos, nisi bona fide excusetur? Et an, in casu ignorantie proprij Parochi, possit pœnitens confiteri alteri Sacerdoti absque licentia proprij Parochi? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Relol. 201.

§. 1. **N**egative respondeo, quia dicta confessio non fuit invalida, & nulla, cum actus pœnitentis

Sup. hoc in Ref. præterea

ta, & in Ref. feq. & quavis pro articulo mortis, lege tamen infra controuerfiam Ref. 32.

Quæ hic est Ref. antecedens.

Sup. hoc in Ref. 1. post feq. & in tom. 1. tr. 1. ex Ref. 39. §. Sextus casus.

Sup. hoc in Ref. 1. post feq. §. 1. prope finem verf. Alij addunt.

penitentis cogniti, ut peccata, sunt materia fufficiens abfolutionis. Ergo abfolutio fupra illam cadens erit valida, licet peccaverit Sacerdos (nifi bona fide excufetur) quia caufa infufficienter cognita tulit fententiam abfolutionis. Et ita docet Gabriel in 4. diftinct. 17. art. 2. quæft. 8. Petrus Sotus lect. 6. de confeffione. Egidius Coninch, Suarez, & alij, quos citat, & fequitur Gaspar Hurtado de Sacram. difp. 10. de penit. diffic. 15. quibus ego addo Francifcum Syluium in 3. part. D. Thomæ qu. 8. art. 5. queritur 7. unde dictam confeffionem non effe repetendam docet Marcerus de Sacram. in 3. part. D. Thomæ quæft. 9. art. 1. quod ego alibi etiam docui in 3. part. tract. 4. refol. 121. Verum ego ibi pro contraria fententia adduxi Vafquez, cui nunc addo Homobonum in confult. cafuum confcient. volum. 2. part. 5. refponf. 86. Turrianum de penit. difp. 25. dub. 2. Victoriam in Summa de confeffione, num. 168. & alios, quia in tali cafu abfolutio fertur à iudice, caufa infufficienter cognita. Ergo, &c. unde utramque opinionem probabilem effe exiftimo.

2. Non definam etiam hic obiter adnotare in cafu ignorantia proprij Parochi permitti penitentibus confiteri alieno Sacerdoti abfque licentia proprij, ex cap. placuit 9. quæft. 2. de penit. dift. 6. Ita Vafquez in 3. part. tom. 4. q. 93. art. 2. dub. 3. Navarrus, & Medina, quos citat, & fequitur Hurtado ubi fuprà diffcult. 11. quod intelligendum est, quando Parochus est aded ignorans, ut confeffio illi facta fi nulla, aut illicita, ratione ignorantia ipfius, fecundum posteriorem opinionem, quam fuprà pofuimus, & etiam intelligitur quando non est alius Sacerdos, qui ex privilegio, aut aliter habeat iurisdictionem delegatam.

3. Verum his non obftantibus Sotus in 4. dift. 18. q. 4. art. 2. & Canus Bellet. de penit. punct. 5. docent in tali cafu non permitti penitentibus confiteri alieno Confefario abfque licentia proprij; fed noftra opinio est probabilior. Vide Hurtadum loco citato.

RESOL. XXX.

An confeffio facta Sacerdoti ignoranti ea, qua communiter fcire tenetur, fit invalida, & iteranda, & peccet talis Sacerdos illud Sacramentum ministrans?

Et an fi penitens confiteatur Sacerdoti fic ignorantis, ejus ignorantiam advertens, peccet mortaliter?

Et inferitur, quod quamvis penitens confiteatur ali- quod peccatum ut veniale, quod verè fit mortale, non tenetur poftea penitens iterum confiteri tale peccatum: quia non est de effentia hujus Sacramenti, ut Sacerdos & penitens cognofcant totam gravitatem culpa. Ex part. 5. tract. 14. & Milc. 2. Ref. 22.

Sup. hoc in duabus Ref. precedentibus, & quavis pro articulo mortis, lege tamen infra Ref. 32.

§. 1. **E**ffe invalidam docet Richardus, Sylvester, Caietanus, & Navarrus, quos citat, & fequitur Boffius in Jubil. fect. 3. caf. 2. §. 5. num. 168. quibus ego addo Petrum Ochagaviam de Sacram. tract. 2. dub. 2. Vafquez in 3. part. tom. 4. quæft. 93. art. 3. dub. 2. & ratio est, quia ad actum iudiciale, qualis est confeffio, requiritur cognitio caufa ex parte Confeforis, alias iudicium inane erit, nam in tali cafu abfolutio daretur à iudice caufa infufficienter cognita; & Sacerdos ita ignarus in audiendis confeffionibus ita fe habet, ac fi

ille peccata non perciperet ob furditatem; folum, &c. ergo. Hæc fententia est probabilis.

2. Sed non minus probabilem contrariam effe exiftimo, quam tuetur Præpofitus in 3. part. D. Thomæ quæft. 7. de ministro Sacrament. Penit. dub. 9. num. 66. Hurtado de Sacram. difp. 10. de penit. diffic. 15. Henriquez lib. 2. cap. 14. §. 5. Merceus in 3. part. D. Thomæ de Sacrament. quæft. 9. art. 1. Sylvius in addit. ad 3. part. quæft. 8. art. 5. queritur 7. Didacus Nugnus ibidem dub. 4. Suarez in 3. part. tom. 4. difp. 22. fect. 6. Filliucius tom. 1. tract. 7. cap. 9. num. 254. & Villalobos in Summa, tom. 1. tract. 9. diffic. 68. n. 7. ubi fic ait. [Aviendo potestad de orden y jurisdicion, aunque faltasse ciencia al Sacerdote (aunque pecaria administrando el Sacramento) feria valido lo que hiziese, porque aqui ay materia, forma, y ministro con devida ni encion, lo qual basta para hazer verdadero Sacramento.] Sic ille, & ante illum Joan. Valerius in different. ver. fori. ver. nullitas, differ. 6. num. 1. ubi ita ait. Inferitur ex l. Barbarus, ubi est expositus Confefarius notabiliter ignarus, nesciens distinguere inter peccatum mortale & veniale, nec alia necessaria ad dictum Sacramentum bene administrandum; si alias communiter reputetur idoneus, quia approbatur ad confeffiones recipiendas, tali communi errore & approbatione excusari penitentem bona fide ad eum accedentem, & validari confeffionem, aded ut non teneatur dictus penitens reiterare confeffionem, etiam poftquam refcierit ejus ignorantiam. Hæc Valerius, ubi citat Gabrielem, Adrianum, Medinam, Cordubam, & D. Thomam.

3. Notandum est tamen quod fi penitens confiteatur Sacerdoti fic ignorantis, ejus ignorantiam advertens, peccavit mortaliter, ac proinde quantum est ex parte ipfius confeffio, fiet nulla defectu doloris & integritatis confeffionis, & in hoc cafu fequenda erit prima fententia.

4. Ex his à fortiore inferitur, quod quamvis penitens confiteatur aliquid peccatum ut veniale, quod verè est mortale, non tenetur poftea penitens iterum confiteri tale peccatum, quia non est de neceffitate & valore ejus Sacramenti, ut Sacerdos & penitens cognofcant totam gravitatem culpa. Tum quia quando Confefarius fcit discernere in communibus peccatis, an fint mortalia, necne, quamvis aliqua minus communia ignoret, & apprehendat ut venialia, cum fint mortalia, non est lerupulus injiciendus in penitentem, ut teneatur hæc iterum confiteri, quia alias fequeretur quoties Sacerdos non intellexisset circumstantias mutare fpeciem, etiam fi penitens illa fufficienter declararet, poftea cognita ignorantia Confefarii à penitente, teneri iterum ea confiteri, quod onerofam nimis redderet confeffionem. Et hæc omnia docet Valerius ubi fuprà num. 4. ex Corduba, & Victoria.

5. Dicendum est igitur abfolute, quod confeffio non est invalida propter folum defectum scientia Sacerdotis, modò cætera adfint, quia licet Confefarius fit ignarus, fi tamen fit approbatus, & habeat iurisdictionem, adfunt materia, forma, & Minister cum intentione; ergo fi penitens agit bona fide, & fufficienter difpofitus accedit, Sacramentum valebit. Deinde fi ejusmodi abfolveret in articulo mortis, abfolutio teneret: ergo & extra illam, quia caufus neceffitatis non facit, ut quod alioquin est natura fua invalidum, fit propter eam validum. Neque est fimile de Confefario, vel qui non fciret idioma penitentis, vel dormiret eo confitente,

confitente, quia tunc Confessarius non audiret peccata, confessionemque peccatorum. Unde re- cte ego contra Vasquez in 3.p.tr.4.ref.121. docui talem confessionem non esse iterandam, etiam si pœnitens nescierit postea ignorantiam Confesso- ris; ut dixit Valerius ubi supra. & alij.

RESOL. XXXI.

An propter ignorantiam proprii Parochi possit subdi- tus eligere sibi alienum Sacerdotem in Confessa- rium?

Et an liceat eligere Confessarium, relicto proprio, quando scilicet ille proprius nequam est adeo, ut pœnitens merito timeat sibi damnum grave ab illo? Et an, qui habet facultatem eligendi sibi Confessa- rium, possit eligere simplicem Sacerdotem non ap- probatum?

Et quid de Episcopis, Cardinalibus, & Regularibus circa hoc? Ex p.11. tr.5. & Misc. 5. Ref.30.

nequam est adeo, ut pœnitens merito timeat sibi damnum grave ab illo; Ita Richardus, Paludanus, Gabriel, Bonaventura dist. 17. & 19. Adrianus q.5. de Confess. Sylvel. Confessio 1. q.6.

5. Sed hanc opinionem recentiores aliqui asse- runt esse sine fundamento. Verum Dicastillus ubi supra n.460. putat, quod licet tutius & melius sit ordinariè differre confessionem: tamen si per mul- tum tempus carere deberet Confessario, nisi confi- teretur apud capacem, & approbatum; prudenter credi potest rati habitatio de præsenti; etiam si ille non haberet alioquin jurisdictionem: neque enim credendum est, quod Prælatus velit eum carere tan- to tempore confessione. Si necessitas esset gravis periculi, cessat difficultas: Ecclesia enim in pericu- lo mortis dat jurisdictionem. Ita ille.

6. Sed hic quaero obiter, an qui habet faculta- tem eligendi Confessarium sibi, possit eligere sim- plicem non approbatum. Et affirmativam senten- tiam in aliquo casu tenet Dicastillus de Sacrament. tom.2. tract.8. disp.10. dub.22. n. 469. ubi sic ait: Imo salvo meliori iudicio, si forte ea facultas eli- gendi Confessarium data sit viro alicui docto, & prudenti, non videtur improbabile posse præsume- re, quod qui concessit eam facultatem, novitque hominis doctrinam & prudentiam, voluerit ejus arbitrio etiam relinquere approbationem Confes- sarij pro se, maxime cum per scientiam pœnitentis suppleri possit defectus scientiam in Confessario. Ita ille; Verum hæc opinio mihi non placet: nam posset applicari omnibus Episcopis, qui tamen ex declaratione Gregorij XIII. stante eorum faculta- te eligendi Confessarium, non possunt eligere nisi approbatum ab Ordinario, ut alibi ego docui, & me citato tenet etiam Dicastillus ubi supra: Idem ego negativæ sententiæ adhaerendum esse puto, stante Concilio Trident. sess.23. c.15. quia in ge- nerali concessione non veniunt intelligenda ea, quæ Superior non concederet, si specialiter roga- retur: Summus autem Pontifex nisi expressè aliud concedat, non censetur concessurus, si specialiter rogaretur, facultatem confitendi cuicumque Sacer- doti, cum periculum sit ut pœnitens Sacerdoti rudi, & indocto, aliterve inepto confiteatur. Ita Vas- quez q.93.art.2.dub.5.n.3.& art.3.dub.4.n.2. Suarez dist.26. sect.4.n.9.& dist.27. sect.4. Vivald. de Confess. n.26. Reginald. l.1. n.178. & alij.

7. In uno tamen casu affirmativam sententiam admitto, nempe in Regularibus, quando habent li- centiam à suis Superioribus eligendi sibi Confessa- rium: nam Tridentinum loco citato nihil disponit in ordine ad confessiones Regularium, licet negent aliqui propter id conveniens iudicatum in sacula- ribus; quia scilicet fortè eligeretur Confessarius non aptus. Ita Canus relect. de pœnit. p. 5. Gloss. in cap. si Episcopus de pœnit. & remiss. in 6. Vasq. q.93. art.2. dub.5. Ochagavia q.36.

8. Sed non est deferenda nostra opinio, quam tuetur Paludanus in 4. dist.17. q.4. art. 2. Gabriel q.2. dub.5. Sotus dist.18. q.4. art.3. Adrianus q.5. de confessione dub.1. Antoninus tir.17.c.17. Medin. C. de confess. q. de Sacerdote alieno. Ratio est, quia concedi potest facultas eligendi Confessarium non Parochum, & non approbatum, ac proinde, quando generaliter, & absque restrictione concedi- tur facultas, maxime religiosi, qui non comprehen- duntur illa regula generali Trident. poterunt eligere etiam non approbatum; potestque pœnitens pru- denti quadam diligentia cavere, ne eligat non ido- neum, sive interrogando ab iis, qui norunt Confes- sarium, sive aliqua alia via, potestque potiori ra- tione

Sup. hoc sa- præ lege do- ctrinam 5. penult. & ult. Ref. 26.

Alibi in to- 7. tr.1. Ref. 92 & ex Re- sol. 97. §. Tertio, cur- sim in prin- cipio, & in tom. 3. tr.1. ex Ref. 38 §. sed difficul- tas. & supra ex Ref. 23 §. Quarto & in alio § earum notationum.

Sup. hoc in tom 3. tr.1. ex Ref. 39 §. Et tandem. & in tom. 7. n.1. ex Ref. 92. Quoad 92. ex Refol. 94. § ult. & in Ref. 96. 97. 98. & 99. §.1.

Quæstio est

Sup. hoc in Ref. 92 & ex Ref. 97. §. Tertio, cur- sim in prin- cipio, & in tom. 3. tr.1. ex Ref. 38 §. sed difficul- tas. & supra ex Ref. 23 §. Quarto & in alio § earum notationum.

Sup. hoc in Ref. 92 & ex Ref. 97. §. Tertio, cur- sim in prin- cipio, & in tom. 3. tr.1. ex Ref. 38 §. sed difficul- tas. & supra ex Ref. 23 §. Quarto & in alio § earum notationum.

Sup. hoc in Ref. 92 & ex Ref. 97. §. Tertio, cur- sim in prin- cipio, & in tom. 3. tr.1. ex Ref. 38 §. sed difficul- tas. & supra ex Ref. 23 §. Quarto & in alio § earum notationum.

Sup. hoc in Ref. 92 & ex Ref. 97. §. Tertio, cur- sim in prin- cipio, & in tom. 3. tr.1. ex Ref. 38 §. sed difficul- tas. & supra ex Ref. 23 §. Quarto & in alio § earum notationum.

Sup. hoc in Ref. 92 & ex Ref. 97. §. Tertio, cur- sim in prin- cipio, & in tom. 3. tr.1. ex Ref. 38 §. sed difficul- tas. & supra ex Ref. 23 §. Quarto & in alio § earum notationum.

tione Religiosus, quam secularis præsumere sibi datam fuisse eam facultatem cum ea amplitudine; quia nimirum lex illa Tridentini non lata fuit pro Religiosis; atque adeo quamvis pro secularibus præsumi possit oppositum, nec voluisse, nisi aliud exprimat, dispensare in lege Trident. non est cur præsumatur de Religiosis ea lege non comprehensis.

9. Dices secundò, sequeretur ex nostra opinione Eminentissimos Cardinales non posse eligere sibi Confessarium non approbatum ab Ordinario.

10. Respondeo, aliquos hoc asserere: sed ego illos alibi reprobavi; quod probatur ex praxi nota Pontifici, & ita me citato docet Dicast. ubi supra.

* Alibi supra ex Resol. 23. §. Quæro secundò, & si gnanter pro hoc alibi in aliis Resol. ejus annot. primæ.

RESOL. XXXII.

An, qui in articulo mortis confitetur Confessario prorsus ignaro, confessio, hoc non obstante, esset valida?

Et an in tali casu, si æger, v. g. convalesceret, teneatur denno iterum illa peccata confiteri?

Et an supradicta procedant non solum in casu extremae necessitatis, sed etiam in gravi necessitate?

Et quid sit dicendum, & faciendum, si aliquis bona fide confitetur ignoranti Sacerdoti extra illud periculum?

Et docetur, peccare, qui ineptum, ignorantem, indoctum, & non idoneum eligit Confessarium. Ex p. 11. tit. 4. & Misc. 4. Ref. 10.

Quoad hoc quamvis non pro articulo mortis, sed extra lege tamen supra Resol. 28. 29. & 30.

§. 1. **N**egativè respondet Ochagavia de Sacrament. tract. de penitent. quest. 38. num. 4. Valquez in 3. part. tom. 4. quest. 93. art. 3. dub. 2. n. 2. & 3. ubi sic ait; subdit tamen Sylvester, quod confessio hujusmodi facta in extrema necessitate etiam ignorantissimo Sacerdoti confert gratiam, & esset verum Sacramentum; sed postea elapso periculo necessitatis iteranda: Unde aliqui idem docent, quando aliquis bona fide confitetur ignoranti Sacerdoti extra illud periculum. Hæc tamen duo, in primis malè coherere esse verum Sacramentum, & validam confessionem, & iterandam, cum nullus teneatur peccata legitimè confessâ iterum confiteri, maxime quando ei non imponitur ab alio nova obligatio, ut supra explicavimus; sed solum attendimus institutionem Sacramenti. Præterea opinio hæc falsa est, quia in extrema necessitate non variantur ea quæ sunt de essentia Sacramenti, & quæ requiruntur ex parte ministrum; ita sunt tunc necessaria sicut extra illum articulum; quod similiter verum est, quando confessio fieret bona fide: neque enim bona fides amplius efficere potest, quam à culpa excusare nova penitentem accedentem ad Sacerdotem ignorantem.

2. Nihilominus sententiam Sylvestri in extrema necessitate ita censerem veram, si tamen Sacerdos non esset prorsus ignarus, sed aliqua peccata etiam communia ignoraret, alia verò bene distingueret; si tamen alius non esset Sacerdos, hic enim locum haberet ratio, ne fieret integra confessio, aut licet ex parte penitentis fieret, si ex parte Sacerdotis non integrè judicaretur, valida esset, sicut enim necessitas excusat penitentem ab integra confessione ex parte ipsius; sic necessitas ex parte Sacerdotis; & hæc esse potest ignorantia, ut diximus. Sed tunc non esset repetenda confessio omninò, sed tantum ex ea parte, qua non fuit integra ex parte Sacerdotis, quia cætera peccata verè confessâ fuerunt: extra illud verò casum, etiam si alius non

fit, non potest fieri Sacerdoti ita ignoranti confessio, cujus tamen oppositum insinuare videtur Sylvester, & ratio hujus colligitur aperte ex dictis. Ita Valquez.

3. Sed hanc sententiam falsam vocat novissimè Thomas Hurtadus var. tom. 2. tr. 12. c. 1. Ref. 34. §. 2. dub. 4. n. 2069. At ego libenter abstineo, à censura opinionum Doctorum virorum; relicta itaque censura audiamus rationem Hurtadi, quia ait in illo articulo mortis, quando non adest alius Sacerdos, nisi ille prorsus illiteratus, cum in illo casu, nullus sit casus reservatus, nec fieri debeat, nec possit aliqua detentio absolutionis; sicut sufficit quod quis det signa contritionis; absque eo quod explicet aliquod peccatum in particulari, circa quod exerceatur judicium Sacerdotis in particulari, ut in illo articulo possit absolvi (ut tenent Auctores contrarij) dans signa penitentia; absolutio valida erit absque dubio, si verba absolutionis proferantur cum intentione faciendi quod facit Christus, quam cum non possit habere Sacerdos amens, omninò validè non absolvi.

4. Sed non deferam hic etiam apponere verba Card. Lugo de pen. disp. 21. sect. 4. n. 73. ubi ita asserit; Peccat qui ineptum eligit ad hoc officium, & non solum Prælatum, sed etiam penitentem, qui habet facultatem eligendi Confessarium, & scit hunc non esse idoneum; licet sit approbatus, peccat eum eligendo, nisi talis sit penitentis; qui sua doctrina possit supplere inficitiam Confessarij, ut dictum est.

5. Excipitur casus necessitatis, ut in articulo mortis, in quo licet Sacerdos sit ignarus, & indoctus, debet audire confessionem, & absolvi; quia scientia Confessarij requiritur ad integritatem confessionis; cum autem in illo periculo non requiratur materialis integritas; sed sufficiat percipere aliquod peccatum, vel etiam peccatum in genere; non obstat Confessarij inficitia in eo casu; Unde idem dicendum erit, quando Christiani, qui apud infideles in servitute detinentur non habeant nisi unum Sacerdotem ignarum, & indoctum, ut docet Suarez n. 6. quia illa etiam reputatur necessitas mortaliter æterna. Hæc Lugo.

6. Nota verò, quod post hæc scripta invenio sententiam affirmativam Thomæ Hurtadi, docere etiam plures DD. quos citat, & sequitur Leander de Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 11. q. 105. sed ut verum fatear non videtur loqui de Sacerdote prorsus ignaro, de quo loquebatur Valq. ubi supra; sed de Sacerdote ignaro: ita ut peccet audiendo confessiones; de quo etiam loqui videtur Eminentiss. Lugo; Unde non videtur obstat sententia Vasquezij.

7. Verùm ego libenter adhæreo sententiæ Thomæ Hurta. dummodo talis Sacerdos ignarissimus proferat formam, & habeat intentionem faciendi, quod facit Ecclesia.

8. Sed difficultas est, an in tali casu, si æger v. g. convalesceret, teneatur denno illa peccata confiteri, & negativè respondet Thomas Hurtadus ubi supra n. 2070. Quia confessio illa valida est, verumque Sacramentum, penitentisque ex parte sua peccata omnia subjicit clavibus & judicio Ecclesiæ; ergo non manet obligatus iterum illa confitendi ex vi Sacramenti, nisi aliàs in penitentiam hæc obligatio ei imponatur.

9. Itaque qui in periculo mortis validam fecit confessionem Sacerdoti omninò illiterato, jam quantum est ex parte sua, subjicit peccata clavibus, de quibus, etsi nescierit judicare Sacerdos, sicut non obstat validitati confessionis, ut mihi est evidens, ita non inducit obligationem faciendi ali-

quam

quam restitutionem: ille tamen qui confessus est, datis dumtaxat signis contritionis tenebitur extra periculum subijcere peccata clavibus, quia ea in speciali nunquam subijcit.

10. Sed circa hoc habeo maximam difficultatem, & ad argumentum Hurtadi respondeo distinguendo, quod ille talis subijcit omnia peccata clavibus materialiter, concedo; subijcit omnia peccata clavibus formaliter, nego; ergo tenetur novam confessionem repetere. Probo consequentiam; nam si Germanus v. g. in periculo mortis omnia peccata sua confessus esset lingua Germanica cum Confessore Italo, qui idioma Germanum nesciret, & cui saltem propter unionem peccatoris, vel per alia signa contritionis, abolutionem impenderet; utique postea teneretur confessionem repetere, quia fuerint illa peccata materialiter clavibus subijcta, non tamen formaliter; sic etiam si quis omnia peccata confiteretur cum Confessario, qui per medietatem confessionis dormivit, si postea pœnitens id sciret, teneretur illa peccata à Confessario non audita iterum confiteri; quia non fuerint clavibus subijcta formaliter, sed materialiter.

11. Sic, & in casu nostro contra Hurtadum dicendum erit, & ita hanc sententiam præter Sancium ab ipso citatum, docet alter Hurtadus ex Societate de Sacramentis disput. 10. de pœnit. diff. 15. ubi sic ait: Oservandum est, in quo non pauci conveniunt, in casu extremae necessitatis non solum valide, sed etiam licite confessionem fieri Sacerdoti sic ignorant, dum percipere possit facta pœnitentis, ut peccata; sicut etiam in casu extremae necessitatis valide, & licite fit à penitente confessio peccatorum in genere, & in communi, quando aliud non potest. Immo non tantum in casu extremae necessitatis, sed etiam in casu gravis necessitatis id potest licite fieri, ut si defectu aliorum Confessariorum populus aliquis longo tempore desitutus maneret, quia tunc melius erit confiteri sic ignorant, postea tamen si adsit Confessarius idoneus, & non ignorans, repetenda est huic confessio suo tempore. Ita ille.

12. His tamen non obstantibus puto sententiam Thomæ Hurtadi esse satis probabilem, nam in supradictis casibus Confessarium saltem, suppono, cognovisse peccatum sub confusa ratione peccati, quod sufficit ad validitatem abolutionis, & ne illa peccata denuo sint constanda, & ita docet Joannes Præpositus in 3. p. D. Thom. q. 7. de ministro pœnitentiae dub. 9. n. 66. & 67. ubi probat, quod ut Sacerdos valide absolvat, sufficit, ut saltem cognoscat peccatum sub confusa ratione peccati. Prior pars ab omnibus supponitur, & patet; quia nisi generalem rationem peccati possit percipere, non potest scire utrum illi subijciatur materia sacramenti.

13. Confirm. non alia de causa requiritur, ut præter externum forum verborum aliquo modo percipiatur peccatum, & id, quod profertur, quam ut peccatum aliquo modo cognoscatur.

14. Posterior autem pars patet, quia in articulo mortis talis notitia sufficit ad valorem abolutionis; ergo ea ex se sufficit ad huiusmodi valorem; videtur etiam patere in eo, qui confitetur peccatum abstractum, cuius conditionem Sacerdos planè ignorat, an scilicet sit veniale, an mortale, solum advertens esse peccatum; eo enim casu valide absolvetur, non requiritur major notitia actualis ad valorem abolutionis; non potest solidè requiri major habitualis, tenet Suarez disp. 28. sect. 2. n. 12.

15. Unde dico, quod si pœnitens tali Sacerdoti bona fide integrè sit confessus sua peccata quoad

numerum, & speciem, non tenetur confessionem repetere, quia verè totam suam causam exposuit, ut in re se habuit; & prout in hoc foro requiritur, & contrarium innumeros scrupulos pateret, dum quis perpetuo esset anxius, num Confessarius intellexerit gravitatem, & speciem peccati.

16. Confirm. si confessio deberet repeti, eo quod Confessarius non percepisset conditionem peccati, sed stetit in generali ratione, eadem deberet repeti, quod certè ingens tormentum afferret conscientis; sic enim uniusquisque poterit dubitare, num Confessarius benè intellexerit casum, præsertim si post modum advertat illum non esse ita doctum, quod laqueum conscientis injicit; dixi bona fide, quia si quis mala fide procedat quarens, vel potens advertere Confessarium esse ignarum, & qui causam non possit judicare, tenetur confessiones repetere; cum enim in eo mortaliter peccaverit, non est legitime dispositus ad abolutionem recipiendam, qui tamen constituitur in eo loco expositis, non facile sibi debet scrupulum hac in parte facere. Et hæc omnia docet Præpositus, ubi supra, quæ satis faciunt in favorem, & pro probabilitate scientiæ Patris Thomæ Hurtadi.

RESOL. XXXIII.

An quodam Monasterio Monialium quidam Confessarius inter audiendas confessiones aliquando dormiebat, unde non intelligebat aliqua peccata; quaesierunt tamen postea, an dictæ confessiones essent iterandæ? Ex p. 3. tit. 4. Ref. 108. alias 109.

Sup. hoc in Resol. seq.

§. 1. **R**esponderunt aliqui affirmative, quia confessio est accusatio sui ipsius. Ergo erit nulla, si non à iudice intelligatur, & adducebant Sylvestrum verb. confessio 1. q. 3. & alios.

2. Sed ego consului supradictas confessiones non esse reiterandas cum Henriq. lib. 5. c. 14. n. 5. & novissimè invenio hanc sententiam docere etiam Layman in Theol. mor. lib. 4. tr. 6. c. 9. n. 5. ubi sic asserit. Si pœnitens bona fide sua peccata aperuit, & culpa in solo Confessario resedit ob surditatem, vel animi distractionem, arbitror datam abolutionem validam & fructuosam esse, propterea quod essentia, & effectus sacramenti Pœnitentiæ consistere possit absque integra, & specifica peccatorum explicatione, si ea sine ulla culpa pœnitentis, suumque dolorem Sacerdoti explicantis intermittatur. Nihilominus si pœnitens postea cognoscat unum,

Sup. hoc est e. d. m. Laymano hic citato cursum in fine Res. not. præterita.

vel plura peccata mortalia Confessarium nullo modo intellexisse, debet ea sola cum aliis postea commissis in sequenti confessione iterum explicare, quia semper manet explicatio peccata omnia mortalia secundum speciem, & numerum Sacerdoti indicandi, ut omnibus absolutio directè, & in specie conferatur.

RESOL. XXXIV.

An si Confessarius non intellexit integra peccata pœnitentis, sit ab ipso iteranda tota confessio; si bona fide fuerit facta; vel teneatur pœnitens repetere sola peccata non intellecta à Confessario? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 198.

§. 1. **P**ro sententia negativa in 3. part. tract. 4. resolut. 109. Alias est Resolut. 108. quæ hic est antecedens. Adduxi Paulum Layman Societatis Jesu, quam scio alicui displicuisse, immè-



ritò quidem, & ideo hanc sententiam novissimè docet Guilielmus Mercerus sacrae Theologiae Professor eximius in Academia Lovaniensi, in suis *comment. ad 3. part. D. Thoma quest. 9. art. 1.* ubi sic asserit: Putant aliqui iterandam esse confessionem si intelligatur Confessor fuisse ignorans, aut intellexisse poenitentem. Sed hoc casu Gabriel, & Sylvester bona fide confessum esse validè absolutum probabiliter existimant, quia nihil defuit ex parte poenitentis, & Confessor sciens, ac volens formam debitam adhibuit. Nec refert, quòd statum poenitentis absolutè non intellexerit, quia neque id accidit ex vitio poenitentis, neque absolutè requiritur ad substantiam Sacramenti, ut patet ex eo, qui sic in mortis articulo absolvitur. Ita Mercerus, unde apparet satis probabilem esse opinionem, quam *loc. cit.* olim docui cum docto viro Paulo Laymano, non teneri repetere nisi sola peccata non intellecta à Confessario.

Sup. hoc ibi-
dem prope
finem.

RESOL. XXXV.

Utrum, quando confessio repetenda est cum eodem Confessario, quia fuit invalida, & unico verbo poenitens confiteretur peccata in confessione invalida distinctè confessa, possit Confessarius absolutionem impendere, si non solum non recordetur peccatorum, sed etiam neque poenitentia imposita? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 203.

Sup. conten-
to in hac
Ref. in Ref.
seq. & infra
ex Ref. 37.
§. 1. & 2. &
§. Hinc Ga-
spar. usque
in fine Ref.
& in Ref. 38.
& infra in
tr. 4. ex Re-
sol. 17. §. ult.
à lin. 4.

§. 1. **H**ic casus potest frequenter accidere, & ad illum affirmativè respondet Guilielmus Mercerus de Sacrament. in 3. part. D. Thoma, quest. 9. art. 1. ubi sic ait: Ex parte Confessoris, ut rectè suo officio fungatur, observandum est, cum si priùs poenitentiam imposuerit, non indigere recordatione peccatorum, nec poenitentia imposita, contra Navarrum; sed sufficet, quòd recordetur hunc fuisse confessum, & quòd postea nihil grave commiserit, in quo standum est ejus testimonio; si verò poenitentiam non imposuit, & neque in particulari, neque secundum aliquam confusam, & moralem rationem recordatur status conscientiae ipsius poenitentis, postulare debet iteratam notitiam, ut imponat poenitentiam condignam. Si tamen absolveret absque repetitione hujusmodi, licet fuerit mutilum Sacramentum, esset validum, quia haberet omnia essentialia. Ita Mercerus.

2. Verùm aliquibus magis placent in tali casu ea, quae docet Gaspar Hurtado de Sacrament. disp. 8. de Poenitent. diffie. 8. ubi sic asserit. Nos verò existimamus, quòd si Confessarius poenitentiam imposuit, & ea est ipsi nota, vel ipsi sit nota à poenitente, non est necessarium, quòd ei fiat iterum distincta peccatorum confessio, quia ad absolvendum sufficit, confessionem fuisse à poenitente distinctè factam, & distinctè à Confessario perceptam, & ob impositam poenitentiam, & horum notitiam, quia absque fundamento amplius exigitur. Si autem Confessarius non imposuit poenitentiam, vel non taxavit illam, aut si imposuit, vel taxavit, & non recordatur illius, nec habet notitiam alias sufficientem ad eam prudenter taxandam, necessarium est, quòd ipsi fiat confessio major, quam qui in illo unico verbo confitendo peccata in confessione invalida facta; sed non requiritur confessio distinctè facta, sed sufficit confessio aliqua confusa peccatorum antea distinctè Confessorum talis, qualis sufficit, ut Confessarius acquirat notitiam sufficientem ad prudenter taxandam

poenitentiam; quia tunc ad id tantum requiritur nova confessio peccatorum antea distinctè confessorum. Hac Hurtado.

RESOL. XXXVI.

Quomodo agendum est cum poenitente confessionem invalidam faciente, dicente tamen: acculo me de omnibus peccatis, quae in confessione invalida aperui, & de peccato, v. g. quòd tacui, absque eo, quòd repeta distinctè peccata invalidè confessa? Et quid in dicto casu, si Confessarius non recordetur de statu poenitentis in communi, quem tunc habebat poenitens, vel saltem poenitentia injuncta, &c? Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. Ref. 52.

§. 1. **H**ic casus quia saepius potest accidere, erit satis plausibilis Confessarius, & poenitentibus. Prima sententia tenet repetenda esse peccata in speciali, quia cum Confessarius nullo modo recordetur peccatorum saltem in confuso, aut ratione sui effectus, qui est poenitentia imposita, perinde se habet, ac ille, qui nunquam talem confessionem audivisset. Deinde Confessarius est iudex, qui poenam injungere debet pro peccatis invalidae confessionis, & iudicium ferre de illis in hac secunda confessione, cum illa prior fuerit nulla: ergo debet habere notitiam illorum in hac secunda confessione: ergo si omnino non recordatur, debet poenitens iterum ea repetere. Ita Paludanus Divus Antoninus, Sylvester, Navarrus, & Valentia, quos citat Faulstus de Sacramento poenitentiae, tom. 1. lib. 4. q. 222.

2. His tamen non obstantibus (attendas quae amice Lector) Jacobus Granado in 3. part. de Sacramento, controvers. 7. tract. 9. disp. 22. num. 5: existimat in praedicto eventu sufficere, si poenitens in generali se accuset de omnibus peccatis, quae in priori illa confessione invalida fuerat confessus, quantumcumque Confessarius nec illorum, nec poenitentiae recordetur; in speciali verò delectaret peccatum illud, v. g. quòd tacui tunc, & sacrilegium, quòd commisit malè confitendo. Probat hanc sententia ea generali ratione, quae non semel in hac materia debet inculcari, scilicet cum ad sacramentum Poenitentiae accedere sit unum ex difficilioribus, quae humana imbecillitati praecipua sunt in lege gratiae, oportere reddantur quoad fieri poterit minus difficilia, quae ad illius usum, seu susceptionem spectant. Nihil autem est, quòd obstat quominus, qui in praedicto casu malè confessus fuerat, satisfaciatur suae obligationi, etiam si solum in generali se accuset de peccatis, quae jam eidem Confessario aperuerat: ergo non est imponendum illi grave onus iterum executi conscientiam, & repetendi quam plura fortasse peccata, & quorum repetitione rubore nimio suffundatur. Minor hujus argumentationis probatur, quia in primis non est necessaria repetitio peccatorum in speciali, ut verum sit poenitentem omnia sua peccata dixisse, quia jam aliquando dixit in confessione: quae quamvis non fuerit valida ad eum effectum consequendae remissionis, fuit tamen, ut Confessarius haberet notitiam omnium peccatorum, valida, & ut singulis peccatis convenientem medicinam applicaret, sicut tunc applicasse credendum est. Deinde non est necessaria praedicta repetitio ut Confessarius jungat poenitentiam proportionatam. Primum, quia in illa priori licet, invalida Confessione, supponi

Sup. hoc ibi-
dem doctrina
Ref. peccato-
dentis, &
aliam eum
Ref. & ut
ejus not.

De Sacram. Pœnitent. Res XXXVII. 113

supponimus inunctam fuisse pœnitentiam proportionatam, quæ jam erit impleta, & licet nullum fructum contulerit ex opere operato, quia non fuit pars veri Sacramenti pœnitentiæ, cum tunc non nisi sacrilega fuerit confessio, at fuit utilis ad præservandum pœnitentem à culpis, qui quidem est unus ex effectibus, & finibus pœnitentiæ inunctæ à Confessario. Secundo, quia inunctio pœnitentiæ licet in generali loquendo debeat esse juxta mensuram peccatorum, non est dubium, quin id non ita strictè accipiendum sit, ut in variis casibus non liceat pœnitentiam minuere, & valde mitiorem injungere, quam aliqui delicta postulabant; nam propter Jubilæum, aut imbecillitatem pœnitentis, vel intensissimum dolorem, cum quo accedit, potest multum de illa diminui. Ergo etiam poterit injungi ad arbitrium Sacerdotis multo impar culpis, ne cogatur pœnitens ad grave onus subeundum repetendi antiqua peccata, & exequendi pœnitentiam, cum jam aliam executus fuerit in confessione invalida. Confirmatur, quia si Confessarius audiret legitimam confessionem generalem per multos dies, & singulis diebus partem pœnitentiæ injungeret, non esset necessarium in fine confessionis peccatorum recordari, nec interrogare de pœnitentiis inunctis. Ergo idem erit in casu nostro. Ex quibus patet ad primum, est enim dispar ratio: nam alteri Confessario nihil dixerat, & ideo tenetur illi omnia manifestare; cum verò Confessarius est idem, verè illi jam dixerat peccata, quare non est necessaria repetitio in speciali. Et hæc omnia docet Granado ubi supra. Et quia codex rarus est, volui hic ad verbum transcribere. Unde licet probabiliter cum Layman ego asserui in 3. p. r. 4. Res. 223. Confessarium in tali casu validè absolvere, non autem licitè, nunc probabiliter puto ex rationibus supradictis, & validè, & sine peccato tale Sacramentum ministrare.

si, explicando species singulorum, & numerum.
2. Imò postea n. 7. subdit, & ait; Quod, quamvis in prædicto casu melius sit, accusare se generaliter de omnibus peccatis dictis in prima confessione sacrilega, vel etiam de omnibus mortalibus totius vitæ, nihilominus, stando in opinione Granadi, posset alicui non videri improbabile, quod talis accusatio generalis necessaria non sit, accusando tamen se de præterita confessione.

3. Sed hæc procedunt secundum ipsum quando pœnitens confitetur cum Confessario; qui audivit confessionem sacrilegam; sed quid dicendum, si confiteatur cum alio Confessario; Pater Ferrantinus ubi supra numero decimo quarto cum sequenti, sic asserit: Hactenus de prima difficultate, quando Confessarius est idem, qui fuit in prima confessione: nunc de secunda, quando est diversus; ad cujus difficultatis explicationem valde facit prædicta opinio Granadi. Nunc solum proponam rationes, quibus antea peritius existimabam, posse idem probabiliter dici, sive Confessarius sit idem, sive diversus; hoc est, non esse repetendas confessiones sacrilegas, itaque non esse necessarium, ut sigillatim & speciatim repetantur peccata jam dicta, sed ad summum in communi; explicando tamen in specie, ac numero alia non dicta, verbi gratia, peccavi centies mortaliter in specie furti, millies in specie detractio- nis, & sic de cæteris, quæ nunquam dicta fuerunt in confessionibus præcedentibus, sive culpabiliter omissa, sive postea commissa. Rursum feci quinquaginta præcedentes confessiones sacrilegæ. Et tandem acculo me generaliter de omnibus mortalibus, quæ in hujusmodi præcedentibus confessionibus dixi, vel acculo me de omnibus mortalibus totius vitæ.

4. Prima ergo ratio eadem erat, quam pro sua opinione attulit Granadus, quod scilicet, quantum fieri potest, oportet, facilius reddere gravissimum onus confessionis. Nihil autem obstat, quominus dici possit, prædictam confessionem sufficere, etiam apud Confessarium diversum à primo: Ergo, minor probatur. Quia si juxta opinionem Granadi hoc non obstat, quando Confessarius est idem, sed omnino immemor peccatorum, ac status pœnitentis, atque etiam pœnitentiæ inunctæ; neque etiam obstat, quando Confessarius est diversus à primo. Probatur, quia Confessarius quantumvis idem, si sit immemor omnino peccatorum, status, ac pœnitentiæ, perinde est, ac quando est diversus; nihil enim plus scit de pœnitente Confessarius ille idem, quam diversus.

5. Dices: Est diversitas in hoc, quod in secundo casu, quando Confessarius est diversus, peccata prius dicta, nunquam dicta sunt eidem, est autem obligatio dicendi peccata sua omnia uni, eidemque Confessario: ergo, &c. Cui objectioni tunc ego respondebam; illam esse diversitatem quandam materialem, & non talem, quæ deberet necessario attendi in quocumque casu. Debet quidem pœnitens, si vult validè ac licite sua peccata confiteri; quando nunquam alias ea confessus est, ea ipsa confiteri distinctè, & omnia uni, eidemque Confessario; non existente aliqua justa causa dimidiandi confessionem: fortasse tamen (sic ratiocinabar) non adeo rigorosè intelligenda est hujusmodi obligatio (cum non videatur constare de tali præcepto) dicendi omnia peccata uni, ut (supposito quod semel in una confessione dicta sint aliqua mortalia, & alia omissa, etiam culpabiliter) teneatur pœnitens non solum non dicta, sed

Sup. hoc casum in principio, & prope finem Resol. 2. not. præterit quæ hic est Res. antea dens.

NTON
MPLIA
OM. 10 II
E III

RESOL. XXXVII.

An propter confessionem invalidam sint iterum peccata omnia Confessario aperienda?

Et datur doctrina, quid in tali casu pœnitens debeat facere, si confiteatur cum Confessario, qui audivit confessionem sacrilegam, & invalidam, & quid, si cum alio Confessario confiteatur, & quomodo peccata debeat explicare.

Et tandem advertitur posse frequenter accidere, quod pœnitens, qui diu eidem Confessario confessus est, possit uno verbo reiterare omnes illas confessiones dicendo: Acculo me de his omnibus, quæ tibi in aliis confessionibus confessus sum, &c. Ex p. 1. r. 8. & Misè. 8. Res. 41.

In casu quo pœnitens confitetur cum eodem Confessario me citato cum Granado, Ferrantinus de scandalo disp. 1. q. 79. n. 3. sic ait: Dico si Confessarius sit omnino immemor peccatorum, quæ audivit in prima confessione, nec recordetur, etiam in communi, qualis tunc esset status pœnitentis, nec qualis fuerit pœnitentia inuncta, tunc esse sigillatim omnia repetere, quoad speciem, & quoad numerum; posse tamen alicui non videri improbabile quod pœnitens non teneatur ita ea repetere; sed satis sit, si dicat: acculo me de omnibus peccatis, quæ in prima confessione dixi, & de peccato, quod per culpam gravem omisi, & de omnibus aliis, quæ postea commi-

Tom. I.

K 3 equari

etiam dicta alteri Confessario diverso à primo iterum confiteri.

6. Hinc desumitur alia ratio, quæ talis est apud Navarrum de penitent. *distinct. 5. cap. consideret 5. Cautus*. Quod scilicet nulla ratione necessario concludi possit, integritatem confessionis esse necessariam omnino, seu iusta, & æqua lege id esse cautum, nempe consuetudine ab exordio Ecclesiæ in hunc diem servata, quæ à Christo in Apostolos, & ab eis in alios quasi per manus, ut ait Navarrus derivata esse merito credatur. Dici ergo juxta Navarrum talem legem, seu consuetudinem confessionis integrè faciendæ, & non immediatè, intelligendam esse non ita rigorosè, ut aliter fieri non possit in variis casibus in quibus non teneatur penitens omnia sua peccata uni, eidemque Confessario confiteri, inter quos casus videtur etiam comprehendi is, de quo agimus, nempe non esse repetenda iterum apud diversum Confessarium peccata jam dicta in prima confessione sacrilegè facta.

7. Tertia ratio consistit in eo, quod non afferatur textus aliquis in contrarium, ex quo necessario deducatur necessitas dicendi semper omnia peccata sua uni, eidemque Confessario.

8. Quarta ratio desumitur ex reservatione casuum: Unde probatur non solum quoad validitatem, sed etiam quoad licitum usum posse aliquando à penitente diminui confessionem; ita ut validè, ac licitè tam in secunda, quam in prima confessione solum dicantur aliqua peccata, non dictis aliis, quando aliqui nulla alia causa sufficiens ad dimidiationem confessionis intercedat, præter voluntatem Confessarii, & penitentis.

9. Quinta ratio desumitur ex eo, quod probabile est posse dari confessionem validam, & informem, hoc est, effectu gratiæ, per quam confessionem satisfiat præcepto. Et hæc omnia latè P. Ferrantinus ibi conatur probare, unde putat firmare probabilitatem suæ sententiæ.

10. Sed ego puto illam esse singularem, & pace viri doctissimi esse refellendam, nec omnino prædicandam, communiter enim DD. asserunt, & probant, in tali casu penitentem, quando confitetur cum diverso Confessario, cum quo non fecit confessionem sacrilegam, teneri denuò omnia peccata confessa iterum confiteri, & sic est praxis, & consuetudo Ecclesiæ, à qua non esse recedendum omnis ratio exposcit. Unde adversus Patrem Ferrantinum adducam tantum ex sua Societate aliquos DD. ut Dicastill. de Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 8. dub. 5. n. 106. ubi querens, an in confessione invalida repetenda, necesse sit iterum omnia peccata distinctè confiteri perinde atque si non essent confessa, sic respondet: Statuendum in primis est, si confessio fiat alteri distinctò Confessario, esse repetenda omnia, in quo non video Authores dissentire, tunc enim illi absolventi danda est plena notitia, nec enim illa absolvat, quæ non novit. Ita ille; cui adde eminentissimum Cardinalem Lugo de penit. disp. 16. sect. 15. §. 3. n. 627. ubi sic ait: Communiter responderi solet, quando confessio fit diverso Confessario, repetendam esse totam, quando fit eidem, non esse repetendam, si ille recorderetur vel peccatorum, vel status penitentis, vel penitentiæ impositæ, sed sufficere uno verbo accusare se de omnibus, quæ prius dixerat, addendo, si quæ sunt alia peccata, vel peccatum in illa fortè confessione omissum.

Sup. hoc supra in prin- 11. Hinc Gaspar Hurtadus de Sacram. penit. disp. 8. diff. 8. Querens, utrum quando confessio

repetenda est quia fuit invalida, necessarium sit iterum peccata distinctè confiteri, ac si non fuissent confessa; respondet: Difficultas hæc non procedit, quando confessio antea invalida repetenda est diverso Confessario, quia tunc ita distinctè repetenda est, ac si nunquam fuisset facta, sed quando repetenda est eidem Confessario, Et idem asserunt communiter Doctores.

12. Itaque relicta sententia Patris Ferrantini, & loquendo in casu quo confessio efficitur cum eodem Confessario, dico non esse repetendam jure gratiæ confessionem; sed si per illam sic in communi repetitur confessionem Confessarius habet, quando absolvit, aut quando injungit penitentiam, & remedia, tantam, & talem notitiam, quanta, & qualis sufficit ad injungendam penitentiam, & salutaria remedia, cognoscendumque statum penitentis, id videtur sufficere ad rationem illius judicii Sacramentalis. Unde si Confessarius penitentiam imposuit, & remedia adhibuit pro cæteris peccatis jam explicatis, sufficit explicatio illius quod relictum est, & explicatio peccati, quod commissum est, relinquendo illud, aut sufficit explicatio doloris, qui tunc in in ea confessione invalida defuit, ut jam absolutio valeat. Itaque si Confessarius prius in confessione invalida penitentiam imposuit, & ea est ipsi nota, vel nota ipsi fit à penitente, vel saltem recordatur quod ipse imposuerat penitenti salutarem penitentiam, cujus ipse penitens meminit, non est necessarium, quod Confessario fiat iterum distincta peccatorum confessio, sufficit enim confessionem fuisse aliquando distinctè illi factam à penitente, & à se impositam penitentiam, nec videtur esse fundamentum amplius eligendi ex parte Confessarii. Quod si Confessarius non imposuit penitentiam, nec illam taxavit, vel si id fecit, nec ipse, nec penitens recordantur qualis fuerit & quantæ; nec habet notitiam aliâ sufficientem ad eam prudenter taxandam, & imponendam; tunc necessarium est, quod ipsi fiat major confessio, quàm illa, quæ fit unico, & generali verbo; non tamen requiritur confessio omnino, & distinctè facta, sed sufficit talis, qualis satis est, ut Confessarius inde acquirat notitiam sufficientem ad prudenter taxandam penitentiam; ad id enim tantum requiritur nova confessio peccatorum, quæ jam antea distinctè explicata fuerunt: Ad cauendum autem in Confessario notitiam sufficientem ad taxandam, & injungendam penitentiam, & remedia, non requiritur confessio omnino distincta, sed sufficit illa confusa notitia, qualis post longam penitentis confessionem, solet in Confessario manere.

13. Ex quibus pro praxi Confessariorum non deseram hæc apponere aliqua notanda, quæ adducit Dicastillus ubi supra n. 14. usque ad n. 122. dicit enim primò contra Suarez, non esse necessarium iterum integrè repetere eidem Confessario confessionem quando prior non habuit effectum ex defectu doloris in penitente.

14. Dicit secundò, confessio facta Sacerdoti non habens jurisdictionem aut nondum Sacerdoti, non potest ipsa sola per se servire, ut ex vi illius absolvatur, qui fecit illam (& in hoc sensu puto esse veram Adriani, Paludani, Suarii, & aliorum aliorum doctrinam) sed necessarium est, quod aliqua ratione repetatur confessio coram illo jam habente requisita, ut sit ejus fori iudex. Dixi non posse ipsam per se solum servire, quia ipsa per se non fuit facta coram legitimo iudice, eaque propter per solum illam non posset absolvi penitens.

capio hujus
Resol. & in
aliis ejus
primæ not.

penitens: potest tamen ea notitia tunc habita ser-
vire, ut, si accedat summaria quædam renovatio
illius, possit absolvi, ad quod sufficere in Sacer-
dote illa notitia, & memoria, quæ manet ex illa
priori narratione peccati, illa enim supposita, illa
summaria renovatio sufficientem præbet materiam,
& est sufficiens manifestatio peccatorum Sacra-
mentalibus, ut Sacerdoti constet satis materia, quæ
illi judicanda proponitur.

15. Dicit tertiò, quando confessarius audita con-
fessione, nondum imposuit penitentiam, & omni-
nò immemor est status penitentis, non satis est,
quod penitens det illi peccatorum aliquam con-
fessam notitiam. Hæc assertio est contra Gasparem
Hurtadum *disput. 8. de pœnit. diffic. 8.* ubi putat satis
esse quod penitens tunc det confessario notitiam
aliquam mediam, quæ nec sit unico verbo se refe-
rendo ad priorem notitiam, nec distincta reiteratio
prioris confessionis, sed confusa quadam confessio
peccatorum antea distinctè explicatorum, quam
putat sufficere ut confessarius tunc possit pruden-
ter taxare penitentiam: Oppositum ergo verum
puto. Quia iudicium debet formari à confessario
ex notitia, quam ipse, vel habet adhuc, vel pro-
cessit ex illa, quam prius habuit iuxta dicta: non
potest autem à confessario procedere ex tali noti-
tia, nisi illius aliqua ratione sufficienti ad forman-
dum iudicium memor sit, & ad imponendam sa-
lutarem penitentiam iuxta doctrinam Tridenti-
ni docentis *sess. 14. cap. 5.* ad hunc finem curatio-
nis requiri notitiam peccatorum mortalium in spe-
cie, & numero, quia quod ignorat, medicina non
curat.

hæc doctrina
est in
leg. 1.
de iur. &
cum epus
anno.

16. Et tandem pro coronide hujus Resolutionis
apponam etiam hic ea, quæ ubi *suprà num. 123.*
subdit Dicastillus, ubi sic ait. Pro praxi adverten-
dum est, quod si præcessit aliquando notitia dis-
tincta data Sacerdoti, quando jam erat legitimus
iudex, & ille adhuc immemor iudicij, quod tunc
formavit, & penitentia, quæ esset imponenda, ad-
huc pergat, & absolvat, licet id non licet faciat, non
prius denuo procurando distinctam notitiam re-
quiritam ad prudenter judicandum, valebit qui-
dem confessio, & erit non solum valida, sed dire-
cta quoque absolutio ab illis, quæ, ut iudex, audi-
vit, illicita tamen. Si verò notitia illa prior distin-
cta data non fuit iudici, sive quia tunc temporis
homo ille nondum erat Sacerdos, sive quia non
habebat tunc requisitam jurisdictionem absolven-
di ab illis peccatis, & nihilominus postea factus
Sacerdos, & iudex absolvat penitentem bona fide
procedentem, utendo notitia confusa, quam denuo
accipit, judicandum erit de illa absolutione quo-
ad valorem, & fructum gratiæ, perinde atque de
confessione, quæ confertur moribundo, quando
solum in confuso, & non distinctè confitetur, quia
non aliter potest; licet enim talis confessio, & ab-
solutio valeat ad gratiam, manet nihilominus in
penitente obligato ad distinctè confitendum pecca-
ta, à quibus tunc fuit absolutus. Hoc itaque di-
cendum est in casu de quo agimus. Cum enim con-
fessarius non habuerit distinctam notitiam, vi cu-
jus suum munus præstaret, debet postea penitens,
si defectum illum intellexerit distinctè clavibus
subjicere peccata suo tempore, quod nondum fa-
ctum est. Et simili olim discursu utebantur viri gra-
vissimi, inter quos noster Arrubal, vir ingenio, vir-
tute, atque doctrina clarus, & posthumis tomis edi-
tis in primam partem nobilis scriptor, à quo publi-
cè in solenni quadam disputatione, dum esset meus
Professor hanc doctrinam hausit. Ita Dicastillus.

17. Vide etiam circa superius dicta Coninch de
Sacram. disp. 7. dub. 19. num. 109. Bonacinam de
Sacram. disp. 5. quest. 5. sect. 2. punct. 3. num. 15. Suarez
tom. 4. disp. 23. sect. 6. & alios penes ipsos, cum Car-
dinali de Lugo ubi *suprà*, qui *num. 643.* rectè obser-
vat posse frequenter accidere, ut penitens, qui diu
eidem confessario confessus est, possit uno verbo
reiterare omnes illas confessiones; dicendo, *Accu-
so me de iis omnibus, quæ tibi in aliis confessionibus
confessus sum.* Potest enim frequenter fieri, quod
confessarius hic & nunc habeat æqualem, vel ma-
jorem fortè notitiam confusam de peccatis illis,
vel de statu penitentis per illas omnes confessio-
nes explicato, quam habeat alius confessarius,
quando actu absoluit post longam confessionem
generalem per plures dies factam: Si ergo hæc
memoria confusa sufficit, sufficere etiam illa, ut
possit uno verbo repetere penitens omnes illas
confessiones; quod esset bonum, & facile reme-
dium, quando scrupulum habet de defectu aliquo
in eis, vel in earum aliqua commisso, accusando se
simul de illo defectu, si culpabilis fuit.

Sup. hoc in
tr. 4. Ref. 17.
prope finem,
Peri. Ex quod
infertur.

RESOL. XXXVIII.

*An quando confessio fuit invalida, vel ex parte
penitentis, vel ex parte Confessarii, & penitens
cum eodem Confessario confitetur, an teneatur de-
nuo peccata explicare, si saltem neque Confessa-
rius in confuso statum penitentis non recordatur,
& si illum ita tamen absoluit, an dicta absolutio
sit invalida?*

*Et in dicto casu an Confessarius peccaverit, sed non
teneatur monere penitentem, de aliqua re, sed
de peccato penitere? Ex part. 3. tractat. 4. Re-
sol. 122, alias 123.*

§. 1. **R**espondeo, quod si confessio fuit inva-
lida, vel ex parte penitentis, vel Con-
fessarii, & penitens cum eodem Confessario con-
fiteatur, non teneatur denuo peccata explicare, si
saltem confusè recordetur Confessarius illius sta-
tum, ut convenientem illi penitentiam impone-
re possit. Ita communiter DD. quos citant, & se-
quuntur Valquez in *3. part. tom. 4. q. 9. art. 3. dub. 3.*
& alij. Et ratio est, quia specifica peccatorum ma-
nifestatio, aut cognitio per se, & simpliciter non
est de essentia, ac necessitate Sacramenti, sed tan-
tum de necessitate præcepti divini, cui penitens
antea satisfecit enumerando omnia peccata. Ergo
solum tenetur defectu, v.g. contritionis supplere de
omisso peccato, seu acculare.

Sup. hoc in
præ in Re-
sol. 35. & in
aliis eius
annot.

2. Sed cum hæc omnia vera sint, difficultas est, si
Confessarius statum penitentis, neque in confuso
recordatur, & tamen illum absolvat; an dicta abso-
lutio sit valida; de hoc casu olim interrogatus fui, &
affirmativè respondi, & adduxi Layman in *Theo-
log. moral. lib. 5. tractat. 6. capit. 9. num. 6.* ubi sit
asserit: Tamen Confessarius neque statum pec-
catoris generatim recordetur, sed id tantum, quod
sibi confessus fuerit, eumque jam rectè dispositum
absolvat, peccatum illum quidem, cum non re-
ctè suo munere in penitentia imponenda, &c.
fungi possit, nihilominus absolutionem validam,
& penitenti fructuosam fore. Ita Layman; ex qui-
bus in tali casu Confessarius peccabit quidem, sed
non tenetur monere penitentem de aliqua re, ut
quidam Sacerdos scrupulosus putabat, quia con-
fessio fuit valida; non tenetur igitur ad aliud, nisi
de peccato penitere.

Sup. hoc in
Respræteri-
ta, & lege
ibi §. Et eun-
dem, & su-
pra in finem
Rel. 36.

RESOL. XXXIX.

An si proprius Sacerdos injustè neget licentiam alteri confitendi peccata, confessio facta alteri sit valida; quia sic jure petita, videtur ipso jure concessa; vel si alius non adest, & subditus cum proprio Parocho sine periculo salutis, vel sane, confiteri non potest; possit in tali casu se gerere tanquam copiam non habens Confessarij; & sic in Paschate non frangere preceptum, si non confiteatur; & eliciendo actum contritionis poterit Sacramentum Eucharistia sumere?

Et deducitur, quod ipso jure confetur concessa licentia, quando professus impunè transit in strictiorem Religionem, petita à Prelato licentia, quam ille injustè negat, & quando Episcopo Regularibus legitime, & dignè presentatis negat injustè licentiam audiendi confessiones. Ex part. 3. tractat. 4. Refol. 79.

Sup. hoc supra ex Ref. 31. lege doctrinam §. sed hinc, & seq.

§. 1. P Onamus exemplum. Subditus cum proprio Parocho sine periculo salutis, & fame confiteri non potest, v.g. concubina, &c. an si ipse denegat licentiam alteri confitendi, possit hoc non obstante cum alio Sacerdote confiteri? Negativè respondet Layman in *Theolog. moral. lib. 5. tract. 6. c. 13. num. 3.* adducens sex argumenta, & citans pro hac sententia Alensem, Sotum, Medinam, Philarchum, Llamas, Suarez, Navarrum, & alios, & hanc sententiam novissimè docet Villalobos in *summ. tom. 1. tract. 9. difficult. 49. num. 14.* ubi sic ait: [Si se diessè caso en que fuessè peligrroso confessarse con el proprio Sacerdote, ò porque descubre las confessions, ò porque sollicita à mal, respondo le pida licencia para confessarse con otro, ò recurra al superior, y si no puede hazer lo uno, ni lo otro, ha se de juzgar, como si no tuviesse copia del Confessor, porque la malicia del Confessor no da jurisdiccion al otro parochio le absolva. Lo mismo es quando el Prelado niega injustamente la licencia para ser absuelto.] Ita ille, in *cap. omnis utriusque sexus*, sic habetur. Si quis autem alieno Sacerdoti voluerit justa de causa sua confiteri peccata, licentiam prius postulet, & obtineat, cum aliter ipse illum non possit absolvere.

Sup. hoc in tom. 7. tr. 1. Ref. 109. & 110. & in tom. 4. tr. 8. ex Ref. 43. §. Vnde, & infra ex Ref. 160. §. 1. ad medium, & vers. Qui postea, n. 28. & seq.

2. Sed his non obstantibus, affirmativam sententiam tuetur Paludanus in *4. dist. 17. qu. 3. art. 3. cas. 1. Major. q. 2. col. 6. Richardus art. 3. q. 6. Adrianus in 4. de confess. q. 5. dub. 3. Sylvester ver. confessor. 1. q. 6. Toletus lib. 3. capit. 13. & Henriquez lib. 6. cap. 13. num. 4.* ubi sic asserit: Quidam non sine ratione addunt, esse licitum in quibusdam casibus confiteri alieno Sacerdoti, quando proprius pastor presens petitam ad id licentiam injustè negat; quia sic jure petita, videtur ipso jure concessa, & defectum Parochi negantis supplet ipso jure Episcopus, defectum verò Prælati Regularis supplet Generalis Regularium, aut certè utrumque ipso jure, aut ex præsumpta voluntate supplet Summus Pontifex. Sic ipso jure censetur concessa licentia, quando professus impunè transit in strictiorem religionem petita à Prelato licentia, quam ille injustè negat, & quando Episcopus Regularibus legitime, & dignè presentatis negat injustè licentiam audiendi confessiones, supplet Papa, & jurisdictionem confert prædictis Confessariis. Ita Henriquez.

Sup. hoc lege supra ex Ref. 24. §. Quæro secundum, usque ad §. Quæro octavo, & in aliis Ref. & §§. assignatis in §. Et hanc præterita Ref.

3. Cum igitur utraque opinio ex supradictis sit probabilis, penitens in tali casu, vel secundum

primam sententiam potest se gerere, tanquam copiam non habens Confessarij, & sic in Paschate non frangeret preceptum, si non confiteretur, & eliciendo actum contritionis, poterit sacram Eucharistiam sumere: vel secundum alteram sententiam potest confiteri alieno Sacerdoti, quæ omnia valde notanda sunt.

RESOL. XL.

An Parochus, qui residet in sua Parochia, sed non per se ipsum, sed per alios ministrat Sacramentum Penitentia, & Eucharistia, &c. peccet mortaliter, & teneatur fructus restituere?

Et notatur, quod habitatio Parochi, ut declarat sacra Cardinalium Congregatio, debet esse prope Parochiam, id est ad modicam quantitatem. Ex part. 3. tract. 4. Ref. 155. alias 156.

§. 1. Ege cum attentione hanc resolutionem à Parocho, & cave ne in hora mortis illa te tangat. Dico igitur, quòd Parochus non dicitur vere & juxta mentem Concilij Tridentini *sess. 7. capit. 3. & sess. 23. cap. 1.* residere ob solam habitationem in loco beneficij; nam residere cum effectu accipiendum est; nempe officium suum personaliter exercere, & non solum in sua Parochia esse præsentem, & cetera substituto suo committendo. Debent igitur Parochi illis Sacramentis ministrandis opem dare, quæ ex æquitate ministrari ab eis possint, non tamen tenentur noctu administrare, nisi nominatim & instanter desiderentur. Et ita communiter docent Doctores, & inter illos præcipue Johannes Sancierus, qui omnino à Parochis videndus est in *selectis, disp. 47. per tot.* vide etiam Valquez *opus. de Pontificis. cap. 4. §. 2. dub. in fine, & art. 2. n. 181.* Emanuelem Sà *ver. residentia, n. 1.* Ugolinum *ubi infra, num. 2.* & alios quos citat Sancierus loco citato.

2. Sed difficultas est, an Parochus, qui per seipsum Sacramenta non ministrat, sed per substitutos, non solum peccet mortaliter, ut dictum est, sed etiam teneatur ad restitutionem fructuum. Negativè respondet Garfias *de beneficiis, tom. 1. part. 3. cap. 2. num. 53.* ubi sic asserit, Parochus qui residet in Parochiali, non tamen per se exercet, & administrat Sacramenta, non videtur teneri ad restitutionem fructuum; nam Concilium solum ponit hanc penam amissionis fructuum contra absentes, & non residentes; iste verò non potest dici abesse, & non residere, quamvis officium suum non exerceat, & penæ non sunt extendenda, maxime impositæ ipso jure, sicut etiam qui male facit suum officium, Parochus, seu Episcopus, non ideo amittit fructus ipso jure. Ita Garfias.

3. Sed adversus illum insurgit Joannes Sancierus, *ubi supra in selectis, disp. 47. num. 4.* ita ait: Censeo fructus nequaquam acquiri Parocho, non ministranti, quantumvis materialiter residenti. Si enim non residere pro eodem accipit Concilium, quod non servire, & pena sit imposita non residenti, sit ad restitutionem fructuum teneri Parochum, si non ministrat; sed quam ratione præfens, & quisquam magis absens se habet his Parochianis? Imò nihil prodest Parochi præsentia ministerio destituta, cum potius offendat, ut rectè notavit Sotus *de just. lib. 10. q. 1. Graffius tom. 1. consiliorum, lib. 3. cons. unico, de Clericis, non resident. num. 7.* & idem est inutiliter adesse, quod abesse, nec

nec amisso fructuum non ministrantis, vel non residentis, ut vult Garfias (apud nos tamen idem reputatur) pro pœna debet haberi; quæ cum ad ipsius executionem scientia iudicis minime sit requisita; potius non lucrato dicitur, ut constat ex illis verbis Concilij sess. 23. cap. 1. *Pro rata temporis absentia fructus suos non facere*, &c. usque ad illa verba, non obstantibus quibuscumque privilegiis, &c. Cum igitur beneficia dentur propter officium, ut in cap. cum secundum Apostolum, de Prasbyr. & cap. fin. de rescript. in 6. non acquirere illius fructus hand servientem. pœna nullo modo est, sed conditio, ut ait Grassius lib. 2. cap. 97. num. 56. & Rodriguez tom. 2. q. 9. art. 4. seu conventionis naturalis adimpletio, non accipiendi sibi neutiquam debitum, sicut operarius sui vicini colens vineam, & ob id stipendium, quod abest, non recipiens pœnam, minime incurrisse dicitur: labefacta igitur est prima ratio Garfias.

4. Secundam verò æqualis momenti subijcio; ait enim, quod sicut Parochus male suum munus administrans, fructus efficeret suos; ita, & nullo modo ministrans, residens tamen. Equidem si male ministrat, sibi, & non Parochianis damnanda, mentem enim Concilij quoad substantiam exequitur, sicut & Ecclesiæ, Missam audiens ob vanam gloriam. At non administrans, Concilio adversatur; nam Parochianos suo jure defraudat. Unde justitiam commutativam læsam esse dubitabit nemo, cum reciperet beneficium, non quidem propter officium, sed propter propriam suam temporalem utilitatem, & lucrum. Et esto, admittamus cum Garfia ex præcepto proveniente ex Concilio solum teneri Parochum se rigorosè, & corporaliter absentem à loco beneficii restituere fructus, & ex jure naturali restituere tenebitur, si non ministrat, licet in loco beneficii maneat, cum beneficium, & illius fructus dentur propter officium ex pacto, & conventionem; qui igitur officium non adimplet, fructibus, & mercede indignus est. Cum enim ibi reperitur contractus, do, ut des, inter Parochum, & Parochianos, seu inter Episcopum conferentes beneficium, & beneficiatum, id est, do fructus, ut facias ministeria beneficii, jure ipso contractus fructus neutiquam suos efficit Parochus, si munia non adimpleat. Unde licet solum se corporaliter à loco beneficii absentibus obligationem restitutionis injungat Concilium, non est, quia non putet eandem incurere obligationem neutiquam inservientes, licet præsentibus sint in loco beneficii, sed quia non præsumit mansurum Parochum in loco beneficii, & non administraturum.

5. Hæc omnia transcripsi ad verbum ex Sancio, ut torporem à Parochis negligentibus excutiam. Non reticam tamen sententiam Garfias contra Sancium docere etiam Ugolinum de pœnit. Episcop. cap. 15. §. 3. num. 3. sed cum Sancio tenet Grassius, Corduba, Aitensis, Hostiensis, Sylvester penes ipsum, quibus adde Petrum de Aragona 2. 2. q. 63. art. 2. §. Sed pro explicatione hujus difficultatis, & Ludovicum de San Juan in summa tract. de officio divino, art. 13.

6. Notandum est hic obiter, quod habitatio Parochi, ut declaravit sacra Cardinalium Congregatio, debet esse propè Parochiam, quæ quidem dictio refertur ad modicam quantitatem; vide Riccium part. 4. decis. 41. per rotam.

RESOL. XLI.

An Parochus semel, vel bis denegans subditum in confessione audire, rationabiliter illum penitentem, excusetur à mortali peccato?

Et notatur Parochum non teneri ad audiendum subditum, quando illi providit de alio bono, & apud, cui possit confiteri, nisi forte aliqua specialis necessitas exigat, ut ab ipso Parocho audiat. Ex part. 11. tract. 8. & Miscell. 8. Ref. 29.

§. 1. **S**UPpono ex communiore sententia, teneri Parochum audire subditos, non solum, quando ipsi confiteri tenentur, sed etiam alias quoties id rationabiliter petunt. Sed difficultas est an excusetur quando semel, aut iterum nollet confessionem audire? Et negativè respondet Bonacina de Sacrament. Pœnit. disput. 5. quest. 7. punct. 5. §. 1. num. 13. ubi sic ait; Nugnus excusat à mortali peccato Parochum, qui semel, aut iterum denegat confessionem petenti rationabiliter; nam hæc videtur materia levis, inquit Nugnus. Sed hoc mihi difficile persuadeo; nam si omisso unius confessionis conferetur materia levis, sequeretur illum, qui semel in anno confessionem præmittit, quam ex præcepto Ecclesiæ facere tenetur, vel qui confessionem ex voto, vel ex injuncta pœnitentia semel, aut iterum omittit, non peccare mortaliter, quod non videtur admittendum, ut patet ex dicto de promissione, & de voto. Ita ille.

2. Sed adversus illum meritò insurgit Dicastillus de Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 10. dub. 25. n. 48. quia sæpè contingit rem aliquam, ut cadit sub uno præcepto, & in ordine ad unum finem, esse materiam levem, quæ in ordine ad alium est materia gravis. Sic Theologi concedunt levem comestionem unius pomi parvi, aut unius boli ex eodem pomo in ordine ad jejunium in materia temperantia, aut abstinentiæ leve omnino peccatum esse, & tamen hoc ipsum in Adamo, & Eva exitiale fuit, & grave peccatum, nimirum, quia actus ille non propriè in materia temperantiæ ad finem hujus virtutis pertinebat; sed in materia obsequij, & subordinationis, qua se Deo subiectos, & subordinatos profiterentur, & ad id ostendendum aliquo exteriori actu, vel cessatione illius, ordinabatur; respectu autem talis finis pensatis circumstantiis meritò censetur illa gravis materia, quæ in materia temperantiæ erat levis. Sic etiam aliqua sunt collegia, seu communitates etiam secularium, in quibus præceptum (ut aliqui volunt) obligans in conscientia ad audiendam quotidie Missam; qui actus non propriè præcipitur in ordine virtutis Religionis, & Divini obsequij, sed in ordine ad honestum modum traducenda vitæ Christianæ honestè, & decenter vivendo, ut decet homines probos, & qui vitam instituunt secundum rationem. Ad quem finem maximè juvat honesta illa, & Christiana consuetudo audiendi quotidie sacrum. Quia tamen non censetur ea laudabili consuetudine carere, qui semel, aut iterum, aut rarè in anno Missam omittit; nec multum lædere finem intentum à legislatore; non censetur materia gravis, & peccatum mortale semel, aut iterum, aut rarè in anno Missam non audire. Cum tamen eadem ipsa omisso Missa, quando Missa præcipitur in ordine ad Religionem, & cultum Divinum, ut fit in diebus festis, gravis materia censetur.

3. Ex hac ergo doctrina facile rejicitur, quod dixit

Sup. hoc, quod hic supponitur, & doctrina seq. usque ad notationem seq. in Ref. seq. à principio usque ad §. ult. & in alio §. & verticulus primæ not.

dixit Bonacina; negari enim potest sequela; nam omittere confessionem preceptam ab Ecclesia semel in anno, vel quam quis vovit Deo, aut qua ipsi iuncta est in poenitentiam peccatorum in ordine ad finem intentum ab Ecclesia, aut in materia Religionis, vel ordine ad Sacramentum confessionis precedentis tanquam pars illius, aut certe, ut medicina pro avertendis aliis peccatis, censetur materia gravis, vel unica tantum ommissio confessionis. In Parocho ergo, qui ordinariè, ut par est, curam habet de profectu spirituali suarum ovium, earumque confessiones, quoties expedit, audit; quod semel, aut iterum unius, vel alterius confessionem, quando non urget necessitas, non excipiat, parum videtur laedi finis ille, in quem parochiale munus institutum est, & in quem ipse suscepit tale onus pascendi oves; nimis autem laderetur, si sæpius, & frequentius id faceret, aut si omitteret, quando gravis urget necessitas; hoc ergo est, quod dicunt probabiliter prædicti Auctores, semel scilicet, aut iterum omittere, non multum ledere finem, in quem institutus est Parochus.

4. Et ideò hanc sententiam contra Bonacinam ante Dicastillum impugnaverat Leander de Sacramentis tom. 1. tr. 5. disp. 12. q. 129. & ante omnes Eminentiissimus Cardinalis Lugo de poen. disp. 22. sect. 1. n. 4. qui etiam n. 3. notat, Parochum non teneri ad audiendum subditum, quando illi providet de alio bono, & apto, cui possit confiteri; nisi forte aliqua specialis subditi necessitas exigat, ut ab ipso Parocho audiatur.

Observavit in §. ult. Ref. seq. & in alio vers. ejus annot.

5. Unde non admitto id quòd ex Possévino olim observavi, distinguente de confessione in Paschate, aut mortis articulo, quam putat debere Parochum per se audire, & de confessione ex devotione, quam putat posse alteri committere. Si enim extra eos casus præstat suum officium dando idoneum, aut forte meliorem confessarium; in illis etiam casibus satisfacet suæ obligationi similem talem dando, ergo nulla est distinctio.

6. Nec placet etiam quod aliqui asserunt, scilicet, eo ipso quod Parochus recuset audire confessionem Parochiani, censere concedere facultatem adeundi alium Confessarium; tunc enim non intelligitur tacita licentia ex eo, quod ipse injustè repellat. Ideò, ut rectè notat Vasquez, interrogare tenetur poenitens, ut possit adire alterum, an velit ipsum alteri confiteri. Vide Lugum num. 3. & 9. & Dicastillum num. 484. & 485. & Leandrum quest. 121. cum Vasquez in 3. part. tom. 4. quest. 93. articulo. 3. dubit. 6.

RESOL. XLII.

An Parochus teneatur audire confessiones subditi, quoties ille voluerit confiteri sub poena mortalis? Ex part. 2. tract. 16. & Misc. 2. Ref. 2.

Sup. hoc in principio Ref. præcedentis, sed lege eam per totam tr. 1. ex Ref. 123. §. 1. à lin. 3. & vers. Parochus.

§. 1. Prima opinio est affirmativa. Ita Bonacin. de Sacrament. disp. 5. q. 7. punct. 4. §. 2. n. 23. & præter DD. quos ipse citat, docent etiam hanc sententiam Joan. Azorius part. 1. lib. 2. cap. 17. q. 10. Agidius de Coninch de Sacrament. disp. 8. dub. 17. num. 129. & P. Molfesius in summa, tom. 1. tract. 7. cap. 22. num. 36. qui omnes asserunt Parochum teneri, vel per se, vel per alium confessiones subditorum audire, non solum quando alter tenetur confiteri, sed etiam alias, quoties id rationabiliter petit, sive ratione festi occurrentis, aut indulgen-

tiarum propositarum, sive quia tunc temporis (v. g. singulis mensibus, aut decimoquarto die) solet confiteri, aut quia habet aliqua peccata, quæ ipsius conscientiam gravant, aut aliam similem ob causam. Ratio est, quia ex officio tenetur suis subditis Sacramenta ministrare, & subditi habent jus petendi. Ergo, &c. Limitat hanc sententiam Vasquez in 3. part. tom. 4. q. 93. art. 3. dub. 6. n. 3. quando tanta frequentia confessionis expediret saluti, & profectui spirituali subditi: sunt enim qui ita frequenter confiteantur, ut omninò sit inutile, quia & confessionis virtus contemnitur, immo & aliquando expedit conscientia subditi cessare à confessione propter scrupulorum perturbationem. Denique diligenter inspiciendum est, quid unicuique poenitenti conveniat. Limitat secundò hanc sententiam Didacus Nugnus in addit. ad 3. part. tom. 2. q. 8. art. 4. dub. 3. & excusat Parochum à mortali peccato, qui semel, aut iterum denegat confessionem petenti rationabiliter.

2. Secunda opinio est negativa, quam post Medinam C. de Confess. q. 37. Richardum in 4. dist. 18. art. 2. quest. 2. Sylvestrum ver. Confessor. 1. num. 14. Armil. ver. absol. num. 28. docet novissimè ex notitiis Valerius Reginaldus in praxi, tom. 1. lib. 1. cap. 8. num. 81. ubi existimat Curatum non teneri sub poena peccati mortalis audire subditorum confessiones extra casum quo confiteri tenetur; vel jure humano, ut semel in anno; vel jure divino, ut in verisimili mortis periculo; aut quoties tale remedium eis necessarium esse videtur, ad aliquod peccatum mortale vitandum. Et ratio est, quia aut tenetur Parochus audire confessiones subditorum ratione charitatis, aut ratione officij: non primum, quia tenetur audire etiam aliorum confessiones, qui non sunt ipsius subditi; & cum alius Sacerdos non peccet mortaliter contra charitatem, nolendo audire alieius confessionem, neque peccabit Curatus. Nec etiam ratione pastoralis officij mortaliter peccare contra justitiam patet, quia officio suo satisfact, si onera sibi à jure, vel à superiore imposta compleat, sed neque jus, neque superior imponit Curato Sacramentum Poenitentia ministrare subditis, nisi cum necessarium est hos illud recipere. Ergo. Unde quamvis Curato commissa sit cura subditorum, tanquam patri filiorum spiritualium, tamen sicut pater carnalis satisfact suo officio, dando filiis necessaria, aliis abundantioribus denegatis: ita etiam Curatus suo muneri satisfacere judicandus est, Sacramenta necessaria tunc ministrando subditis, cum eorum suscipiendorum necessitas urget. Ergo, &c.

3. Tertia opinio est Joan. Baptistæ Possévini de offic. Curati, cap. 5. quest. 7. qui distinguendo asserit Curatum teneri dare Sacramenta toties, quoties petuntur sub mortali, quando qui petit est in Paschate, aut morte. At si communicatur, vel confitetur ex devotione, tunc teneri sub mortali, quando si non dederit, qui petit non habet alium, à quo recipiat; si vero habet à quo possit recipere, & recipiat, non teneri sub mortali. Quia si Curatus tenetur sub mortali, tenetur ratione damni notabilis, quod Parochianus sustinet. At cum nullo damno afficiatur sub distinctione dicta, videtur etiam Curatum non peccare mortaliter Sacramentum non conferendo. Omnes istæ tres sententia sunt probabiles.

RESOL.

RESOL. XLIII.

An, si in aliqua Synodo Diœcesana prohibeatur au-
dire confessiones in domibus privatis sub pœna su-
sensionis, dictæ confessiones sint nullæ?
Et quid, si prohibeatur ne audiantur confessiones mu-
lietum in Ecclesia ante ortum, vel post occasum
solis, vel extra sedem confessionalem?
Et an in dicto casu Confessarius ministrando peccet,
& incurrat irregularitatem? Ex part. 8. tract. 7.
& Misc. Resol. 73.

§. 1. VEl audiantur confessiones mulietum in
Ecclesia ante ortum, vel post occasum
solis, vel extra sedem confessionalem, & affirmati-
vam sententiam tenet Bordonus in *conf. Regul. re-
solut. 36. q. 31.* & antecessimus P. Trimarchi *de conf.
fess. sollicit. disp. 3. sect. 2. n. 26.*

2. Sed ego adhæreo negativæ sententiæ, quam
novissimè docet Raphaël Aversa *de Sacrament.
Pœnit. quest. 16. sect. 4.* quia, ait ille, in talibus
decretis, & edictis non solet adesse clausula irritans,
& intentio Episcopi tantum est prohibere, non
autem irritare tales confessiones, quasi absque ju-
risdictione, vel approbatione, factas. Nec pœna
suspensionis imposita ipso facto, incurritur statim
dum Confessarius incipit audire confessionem, sed
solum dum perficit impendendo absolutionem,
quia tunc completur delictum. Ac etiam post in-
curram suspensionem, licet Confessarius ministran-
do peccet, & irregularitatem quoque incurrat; ta-
men non sunt irritæ confessiones eorum, qui bona
fide accedunt, sicut nec quando Confessarius est
excommunicatus, donec sit publicè denunciatus, &
vitandus, juxta Extravag. *Ad evitanda.*

RESOL. XLIV.

Quidam confessus est cum Sacerdote, quem sciebat
esse in statu peccati mortalis, habens commodita-
tem confitendi cum alio, queritur, an peccaverit
mortaliter, & confessio illa fuerit nulla? Ex
part. 4. tract. 4. & Misc. Resol. 21.

§. 1. Hic casus olim accidit, & de illo magna
controversia fuit inter viros doctos: mul-
ti affirmativè responderunt, quia penitens in tali
casu accedit ad Sacramentum cum obice, inducens
Confessarium ad peccatum mortale, nempe ad in-
dignam administrationem Sacramenti. Ego post-
quam cognovi illum Confessarium fuisse paratum
ad omnium confessiones excipiendas, quod pen-
itens antequam confiteretur etiam sciebat, illum
liberavi ab onere reiterandi confessionem, & per
consequens putavi non peccasse, neque con-
fessionem illam fuisse nullam, & pro hac sen-
tentia adduxi Doctores, quos citavi in 3. part.
tract. 4. * *resolut. 59.* quibus nunc addo doctri-
nam Marinum Ledesma, inelyti Ordinis Præ-
dicatorum ornamentum, in 1. 4. questione quinta,
articul. 6. dub. 12. *proposit. 8.* ubi sic ait: Si quis
Sacerdos est paratus sive proprius, sive alienus,
licet exigere & inducere, & petere ab illo Sa-
cramentum, ut si Sacerdos sit in peccato, hi-
hilominus non se subtrahit ab ministrando,
potest quis etiam sine necessitate petere, & rogare
illum, ut celebret, sicut potest petere ab usurario
parato, etiam extra calum necessitatis. Ita Le-

desma. Scio alios probabiliter sentire aliter, sed
meam sententiam probabilem quoque esse existi-
mo; unde in tali casu venialiter tantum peccare
petentem Sacramentum à ministro malè parato
absque necessitate, vel utilitate aliqua, probabi-
liter putavit Sanchez in *summ. tom. 1. lib. 3. cap. 8.
num. 23.* & hanc sententiam certam esse dicit So-
tus in 4. dist. 1. q. 1. arr. 6.

RESOL. XLV.

An pueri statim post usum rationis teneantur præ-
ceptis Ecclesie confessionis, Eucharistie, &c.
& à lacticiis, & carnibus abstinere in diebus je-
junij?

Et an, quando dubium est puerum habere usum ra-
tionis, præsumendum sit habere, & esse obliga-
tum, si implevit septennium? Ex part. 3. tract. 6.
& Misc. 2. Resol. 87.

§. 1. N egativè videtur respondendum ex D.
Antonino *part. 2. tit. 6. cap. 7. §. 2.*
ubi affirmat præcepto confessionis non teneri pue-
ros usque ad decimum & dimidiatum annum, &
aliquantulum ultra, & feminas usque ad nonum
& dimidiatum annum, & aliquantulum ultra. So-
tus verò in 4. *sentent. dist. 12. quest. 1. artic. 11. ad
fin. corporis,* dicit usque ad duodecimum annum
non teneri pueros ullis Ecclesie præceptis, nec
confessionis. Henriquez *lib. 8. de Euchar. c. 42. n. 4.*
censet Ecclesie præceptis non obligari pueros statim
ac usum rationis habent, & *lib. 13. de excommu-
nic. cap. 49. n. 3. in glossa littera IV,* affirmat dari
his lacticiis, & carnes aliquo tempore post usum
rationis, in diebus jejuniij.

2. Verùm his non obstantibus affirmativam
sententiam profus tenendam esse puto cum San-
chez in *summa tom. 1. lib. 1. cap. 12. num. 6.* Salas
de legibus disputat. 14. sect. 13. & aliis penes ipsos,
& ita adversus Sotum, & Henriquez de præcep-
to confessionis, & abstinentiæ à carnibus, & lac-
ticiniis tenet Suarez in 3. part. *tom. 4. disput. 36.
sect. 2. num. 3.* Azorius *tom. 1. lib. 7. cap. 2. quest. 1. &
cap. 40. quest. 6.* & aliis relatis à Sanchez loco citato.
Dicendum est igitur absolute adversus supradictos
Doctores, pueros cum ad usum rationis pervene-
rint, qui communiter intelligitur advenire sep-
tennio completo, obligari legibus, & præceptis
Ecclesie. Limitatur tamen hæc sententia com-
muniter quo ad præceptum communionis, sed ego
* alibi probabilem contrariam sententiam putavi,
asserentem pueros post usum rationis, posse com-
municari statim, imò teneri ad præceptum com-
munionis. Quoties verò dubium est puerum habe-
re usum rationis, præsumendum est habere, &
esse obligatum, si implevit septennium; quia regu-
lariter illo completo in omni materia usus ratio-
nis habetur, & alleganti contrarium incumbit
onus probandi.

Quamvis non plenè
super hoc lege tamen
doctrinam duarum Res.
legq. & late pto omni
contento in hac Res.
dempta ultima diffie. in
tom. 4. tr. 6. Res. 68. &
in alio vers. ejus not. pro
parte hujus quest. si-
ganter in §. Dicò.

* Alibi in
rom. 2. tr. 2.
Re. 5. & 6.
& in aliis
vers. earum
annot.
Sup. hoc in
princip. Res.
leg. sed lege
eam per to-
ram, & aliã
ejus primã
not. & intra
in tr. 4. vide
Res. 21. &
Res. ejus ant
notationi.

RESOL. XLVI.

An post septennium in dubio censeantur pueri ha-
bere usum rationis, & sic teneantur confiteri, Eu-
charistiam sumere, non comedere carnes in diebus
jejunij, &c?

Et an pueri teneantur confiteri, non comedere car-
nes, &c. si ante septennium constet habere usum
rationis?

Et

Et ante septennium in dubio, an puer habeat usum rationis; presumendum sit non habere? Ex part. 4. tractat. 3. Refol. 52.

Sup. hoc cursum, & recitative in sine Ref. praterita, & infra in tr. 4. ex doctrina Ref. 22. a lin. 6.

Sup. hoc in § 1. & 2. Ref. seq. & in tr. 4. tr. 6. ex Ref. 67. § 2. ad mediū, vers. ubi etiam plus, & magis late in Ref. 68.

Sup. hoc dubio in Ref. r. not. praterita, in §. Dicendum, ad mediū, vers. A fortiori.

§. 1. **R**espondeo quòd quando dubium est, an pueri rationis usum habeant, præsumentur di sunt habere, si compleverint septennium, secus antea; quia præsumptio desumenda est ex communiter contingentibus. Sed ponam hic incidenter pro curiosis pulchrum dubium, an, v. g. puer teneatur confiteri, non comedere carnes, &c. si constet ante septennium habere usum rationis? Respondeo probabiliter negativè, ex illa celebri doctrina quam affert Joannes Sancius in *selectis disputat.* § 1. num. 31. ubi sic ait: Quamvis ante septennium puer doli capax sit, nullo præcepto positivo obligari reor; cum leges positivi juris ante illam ætatem, in qua communiter lumen rationis oriri est solitum, non intendunt obligare, & per accidens in uno, vel alio puero rationis usum accelerari, in quo absque discordia puto consentire Doctores, nam ad ea quæ frequenter accidunt, leges adaptantur, ex *leg. nam ad ea ff. de legibus.* Ita Sancius, quem novissimè sequitur Castrus Palaus *tom. 1. tractat. 3. disputat. 1. punct. 24. §. 2. num. 3.* licet contrariam sententiam etiam probabiliter doceat Layman in *Theolog. moral. lib. 5. tract. 6. cap. 5. num. 7.* & alij loquentes de confessione puerorum, cum Zambrano *cap. 4. dub. 3. num. 5. & 6.* Certum est tamen, ut dixi, ante septennium in dubio an puer habeat usum rationis, præsumi non habere, & sic non teneretur confiteri, jejunare, &c. ut cum aliis tradit Alphonsus de Leone in *tr. de offic. & potest. confess. tom. 1. recollect. 17. n. 41.*

RESOL. XLVII.

An pueri teneantur ad annuam confessionem, si ante septennium usum rationis obtinuerunt? Et docetur pueros ante septennium, si adepti fuerint usum rationis, posse comedere carnes in vigiliis, Quadragesima, &c. nec teneri ad annuam confessionem. Et notatur fatuis, & infidelibus tempore jejuniij posse carnes ministrari, quia non subduntur legibus Ecclesie. Ex part. 10. tract. 12. & Misc. 2. Resolut. 37.

§. 1. **A**ffirmativam sententiam nominatim contra me tenent duo docti Recentiores, Leandrus de Sac. *tom. 1. tr. 5. disp. 3. q. 38.* & Martinus de San Joseph in *mon. Confessar. tom. 1. lib. 1. tr. 6. de Pœnit. n. 9.* ubi sic ait: [Los niños en teniendo uso de razon, Luego que alcançan que cosa es pecado, en cometiendo pecado mortal, estan obligados à confessarse, aunque no azan llegado à siete años. Assi lo determina el cap. Omnis utriusque sexus de Pœnit. & Remiss. ibi: Omnis utriusque fidelis postquam ad annos discretionis pervenerit omnia sua peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur, &c. y es comun contra Joann. Sanchez in *Selectis, disp. 51. n. 3.* Castrum Palaum *tom. 1. tract. 3. disputat. 1. punct. 24. §. 2. num. 3.* Dianam *4. part. tr. 3. ref. 52.* que tienen, que no estan obligados antes del septimo, aunque tengan uso de razon, porque la Iglesia no obliga con sus leyes hasta el dicho tiempo, y contra Lugum, *disp. 15. men. 152.* que afirma, no tiene obligacion antes de ocho años. Però mas hemos de creer al derecho, que ordena expressamente lo contrario. Et legis calus ubi est;

* Que hic est Ref. an recedens à Im. §. & supra in Ref. 45. & in aliis ejus primæ not.

cessat omnis disputatio, Gloss. ultim. in *leg. Ancilla, Cod. de Furtis, Surdus conf. 53. num. 6.* Craveta *confl. 273. num. 7.* Joseph Scilicet *Aragonis de cist. 153. numer. 5.* Huc utque Martinus. Sed iste Auctor non loquitur consequenter, qui postea, *lib. 2. tractat. 2. de Jejunio, num. 4.* asserit: Pueros antequam perveniant ad septennium, si acquirant usum rationis, posse comedere carnes in diebus Jejunij; sic enim asserit: A los niños que no an llegado al uso de razon, se les puede dar carne, y huevos en los ayunos de Quaresma, y en los demas de entre año, porque no les obligan las leyes de la Iglesia: y lo ordinario fuele ser hasta los siete años, aunque no estan obligados à ayunar, hasta los veinte y un años: es dotrina comun. Y aunque conste, que antes del septimo se les acclerò el uso de la razon, se les puede dar carne, y manjares prohibidos, porque antes de los siete años no les obliga ninguna ley Ecclesiastica:] Et ad ea quæ frequenter accidunt, leges adaptantur Ipre-tis casibus raro contingentibus: *leg. nam ad ea, ff. de legibus. Diana, resol. 42. parte prima, tract. 9.* Joannes Sanctius, *disputatione quinquagesima prima, in fine.* Ita Martinus: qui ut dixi non loquitur consequenter: nam si obligat pueros præceptum annuæ Confessionis ante septennium, obligabit illos etiam præceptum abstinendi à carnibus, & è contrà.

2. Dicendum est itaque, pueros ante septennium, si adepti fuerint ulum rationis, posse comedere carnes, nec teneri ad annuam Confessionem; & ità me citato novissimè docet Joseph Roccafull. in *Decalogo de Præcept. Eccles. tract. 6. lib. quarto, capite tertio, numer. 35.* & Trullench in *Decalogo, tom. 1. lib. 3. capit. 4. dub. 2. numer. 11.* ubi sic ait: Diana cum Sancio, & Palao tenet, eum non teneri confiteri, nec à carnibus abstinere, nec ad alia præcepta Ecclesie, si constet ante septennium habere usum rationis; quia leges non intendunt obligare ante illud tempus, & ætatem, in qua communiter lumen rationis oriri est solitum, quod est septennium, & per accidens est quod ante septennium in hoc, vel illo puero acceleretur. A fortiori non tenebitur, inquit Diana, si ante septennium dubitetur de usu rationis; quia tunc, inquit, præsumentum est non illum habere; quæ omnia probabiliter sustineri possunt propter rationem, & auctoritatem Doctorem. Ita Trullench. Et præceptum abstinendi à carnibus non obligare pueros ante septennium, etiam si haberent usum rationis, docuit etiam Pasqualigus in *Praxi de Jejunio, decisione 50. numer. 2.* quia, ait ipse, lex humano modo procedit in obligando: unde quia non intendit obligare nisi habentes usum rationis, idè solùm intendit obligare, quando præsumentur usus rationis. Usus autem rationis non præsumentur, nisi expleto septennio, quia si aliquando anticipat, per accidens est, & ea quæ per accidens fiunt non computantur. Quare cum lex non intendit obligare nisi eos qui præsumentur usum rationis exercere, non intendit obligare ante septennium. Fateor tamen, his non obstantibus, contrariam sententiam esse probabiliorè & securiorem quod firmo, & negativam sententiam esse satis probabilem, quod fatentur ipsimet aduersarij.

3. Nota hic obiter, Martinum ubi supra, n. 5. me citato, rectè docere, fatuis, & infidelibus tempore Jejunij, posse carnes ministrari, quia non subduntur legibus Ecclesie.

RESOL.

Sup. hoc in Ref. not. seq.

Sup. hoc late in Ref. not. seq.

Sup. hoc late in Ref. not. seq.

Sup. hoc late in Ref. not. seq.

Sup. hoc dubio in Ref. not. praterita, vers. certum est.

Sup. hoc in tom. 4. Ref. not. seq.

nunt esse reservata, atque adeo iterum ab illis poterit absolvi. Si vero per novam confessionem, & independentem ab alia intelligant aduersarij confessionem ita novam, & independentem, ut nec expressè, nec virtualiter pertinuerit, aut debuerit pertinere ad partem materiæ præcedentis confessionis, in cuius partem intrasset hæc confessio, si memoria occurrissent illa peccata, & absolutio non minus directè fuisset illorum, quam aliorum, sicut absolutio tempore Jubilæi facta; ergo eodem modo censeri possunt peccata illa oblita capacia absolutionis ab eodem Sacerdote; qui prius audivit. Hæc omnia Dicitillus satis quidem probabiliter.

RESOL. L.

An quis satisfaciat præcepto Ecclesie cum confessione voluntariè nulla, quia sine dolore, proposito, &c?

Et notatur, quod talis invalide absolutus licet non satisfaciat præcepto Ecclesie, tamen liberatur à reservatione, si Confessarius potestatem habeat ab his absoluer. di.

Et an per dictam confessionem possit vitare penam excommunicationis in Constitutionibus Episcopalis impositam?

Et an pueri statim post usum rationis incurrant dictam excommunicationem, vel necesse est, ut quatuordecim annos habeant ad incurrendam excommunicationem; & ita pueri excusantur à censura ferenda à iudice, non tamen à censura Canonis? Ex p. 3. tr. 4. Ref. 119. aliàs 120.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 1. Ref. 29. à § Ex hac.

§. 1. **N**egativam sententiam docent Nugnus in addit. ad 3. p. tom. 1. q. 7. art. 5. diff. 6. Faber de pœnit. in 4. sent. dist. 17. q. unic. diff. 40. c. 3. n. 5. Suarez in 3. p. tom. 4. disp. 36. sect. 7. n. 3. Coninch. de Sacram. disp. 5. dub. 9. Layman in Theol. moral. lib. 5. tr. 6. c. 5. n. 10. Sotus in 4. dist. 18. art. 3. Medina in siam. lib. 1. c. 14. §. 41. Navarrus c. 10. n. 4. Camptolus in resp. anor. lib. 1. q. 19. Filliuc. tom. 1. tr. 67. c. 13. n. 64. Sylvius in 3. p. q. 6. art. 5. queritur 1. Emanuel Sà ver. Confessio, n. 1. & alij. Et ratio est, quia non aliam confessionem præcipit Ecclesia, quam Deus. Sed præcepto divino quis non satisfacit, nisi per susceptionem Sacramenti. Ergo nec Ecclesiastico. Unde si nulla fit confessio etiam ex parte Sacerdotis, etiam tenebitur penitens iterum confiteri, quia præcepto Ecclesiastico non satisfacit, ut notant Sylvius, & Filliucius ubi supra. Hæc opinio est probabilior.

2. Sed contrariam etiam probabilem existimo cum Fagundez præc. 2. lib. 1. c. 4. in fine. quam docent Paludan. in 4. dist. 17. q. 7. Gabriel ibidem, q. 1. art. 3. dub. ult. Victoria in sum. q. 163. Alensis p. 4. q. 77. n. 5. art. 7. Sylvest. ver. Confess. 4. n. 3. in fine, & alij; quia Ecclesia solum externum confessionis actum præcipere potest, de occulto autem defectu non iudicat. Adde, quod remissio peccatorum, cum sit finis præcepti, non cadit sub præcepto. Vide etiam Pitigian. in 4. tom. 2. dist. 17. q. unic. art. 7.

3. Notandum est tamen, quod talis invalide absolutus, licet stando in prima opinione non satisfaciat præcepto Ecclesie, tamen liberatur à reservatione peccatorum, si Confessarius potestatem habeat ab iis absolvendi. Et ita docent Coninch,

de Sacram. disp. 8. dub. 12. num. 91. Layman in Theol. moral. lib. 5. tract. 6. c. 5. n. 11. & alij penes ipsos, & ego ipse alibi.

4. Notandum secundo, quod Henriquez lib. 4. c. 4. §. 1. licet doceat per confessionem invalidam ex culpa penitentis, humanum præceptum annuæ confessionis non impleri; tamen putat per eam confessionem vitari penam excommunicationis in constitutionibus Episcopalis impositam contra tale præceptum transgredientes; verum hæc sententiam non admittit Fagundez num. 12. sed probabilem illam esse docet Eman. Sà ver. Confess. n. 1.

5. Sed quidquid sit de hoc, ego puto pueros ante quatuordecimum annum non incurrere supra dictam excommunicationem, licet per confessionem invalidam non satisfaciant Ecclesiastico præcepto de annua confessione, quia tales pueri excusantur à censura ferenda à iudice, non tamen à censura Canonis, quod est valde notandum. Et ita docent Filliucius tom. 1. tract. 7. cap. 3. n. 72. & Nugnus in addit. ad 3. part. quæst. 6. art. 5. dub. 1. ubi sic ait: Videtur mihi satis probabile, pueros ante annos pubertatis non ligari excommunicatione, vel aliis penis Ecclesiasticis, unde quando in aliqua Parochia in communi excommunicantur, qui non sunt confessi, non comprehenduntur pueri, ut supra. Ita ille.

RESOL. LI.

Petrus confessionem fecit in die Nativitatis Domini, sed postea in multa peccata incidens, tempore Quadragesimæ scelera illa Confessario non exposuit; queritur, an illa prima confessione satisfecerit præcepto Ecclesie annuæ confessionis?

Quod est querere, an fideles satisfaciant præcepto confessionis quocumque anni tempore confitendo, vel teneantur confiteri tempore Quadragesimæ?

Et quid est dicendum, si post confessionem peccavit mortaliter, & suscepturus est Eucharistiam in Paschate, aut si mortis articulus superveniat? Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. Ref. 54.

§. 1. **N**oster P. D. Marcellus Megalla in 1. part. lib. 5. c. 3. n. 3. secundum jus commune asserit sufficere hoc præceptum adimpleri quocumque anni tempore, quia in cap. omnis, ex quo iure habemus præceptum annuæ confessionis, solummodo præcipitur, ut fiat semel in anno. Ergo sufficit, ut quocumque anni tempore fiat. Verum quia consuetudo universalis Ecclesie, quæ facit jus commune, ut habetur in Clem. fin. de etat. & qualitat. jam obtinuit, ut adimpleatur tempore Quadragesimæ; ergo servanda est, ut in l. minimè, ff. de legibus, quam consuetudinem cum probaverit Concil. Trident. sess. 14. c. 5. in fine, inde fit, ut hodie unusquisque dicto tempore Quadragesimæ confiteri teneatur, & hæc opinionem expressè docet Medina Cod. de pœnit. q. 18. de confessione semel in anno faciendâ. Hæc Megalla.

2. Sed pace doctissimi viri, contrariam sententiam probabiliorē, & viorem esse assero cum Valquez in 3. p. tom. 4. q. 90. art. 3. dub. 1. Sylvio in addit. ad 3. p. q. 6. art. 5. dub. 3. n. 9. & Nugno in addit. ad 3. p. tom. 2. q. 6. art. 5. diff. 4. f. mibi 250. qui ad argumenta opposita sententiæ respondent distinguendo: asserunt enim quod quando consuetudo est universalis, & intelligunt homines se obligari

obligari ad talem actum ratione sui, & non ex aliquo accidenti, habet in hoc casu consuetudo illa vim præcepti. Quando verò consuetudo non est ita universalis, & ex alia parte non censentur homines se obligari ad talem actum secundum se, sed ex aliquo accidenti, non habet talis consuetudo vim præcepti illum actum secundum se consideratum, & ita contingit in nostro casu; solum enim intelligunt homines se obligari ad confessionem Paschatis propter communionem. Ita illa consuetudo fuit introducta, ut homines præpararentur ad communionem, ad quam tempore Paschæ tenebantur, ita ut etiam simul impleverint præceptum confessionis; non verò introducta fuit hæc consuetudo pro præcepto confessionis secundum se.

3. Ad auctoritatem Tridentini patet responsio ex dictis; nam in illis verbis Concilij, tantum in sensu supradicto approbatur illa consuetudo confessionis, & ibi Concilium tantum voluit significare contra Hæreticos, retinendum esse morem illum confitendi; sed quod secundum se ratione confessionis eo tempore obligaret: & ita retineatur, non curavit; unde quando dixit Concilium, quem morem, &c. ad illud refert, quod dixerat observari morem in Ecclesia confitendi, de quo etiam institutum. Hæc Nugnus, & Vasquez.

4. Dicendum est igitur absolute, si quis confessionem fecit intra annum, non teneri postea in Quadragesima confiteri; cum jam adimpleverit præceptum annuæ confessionis. Ita Sotus in 4. disp. 28. q. 1. art. 4. Canus in relect. de pœnit. p. 5. Valencia tom. 4. disp. 7. q. 9. punct. 4. Reginald. in praxi tom. 1. lib. 6. cap. 2. n. 33. Molfes. in summa, tom. 1. tr. 7. c. 10. n. 23. Azor. p. 1. lib. 2. c. 38. q. 7. Suarez in 3. p. 1. 4. disp. 36. sect. 3. n. 4. Henriquez lib. 4. de Sacram. c. 4. n. 7. Coninch. de Sacrament. disp. 5. dub. 7. n. 58. Victoria in summa, q. 137. Zecola in praxi pœnit. c. 10. q. 9. & alij DD. communiter. Fieri tamen potest, ut alio titulo teneatur confiteri, ut si post confessionem peccavit mortaliter, & suscepturus est Eucharistiam in Paschate; aut si mortis articulus superveniat: in his enim casibus teneatur denuo confiteri.

RESOL. LII.

An si quis, v. g. in Nativitate confessus est, teneatur postea confiteri, si sequenti Paschate à communionem accipiendam impediatur?

Et an ex justa causa usque ad Pentecostem confessionem, & communionem differre possit? Ex part. 3. u. 4. Ref. 81.

§. 1. PRO affirmativa sententia Layman ubi infra citat Suarez in 3. p. tom. 4. disp. 361. sect. 3. sed immeritò, & Petrum Sotum sect. 5. de necessitate confessionis, & idem tenet Pater Magala in p. 1. lib. 5. cap. 3. n. 3.

2. Sed contrariam sententiam prorsus sustinendam esse puto, quam ego ipse docui adversus Medalam in resol. 54. tr. 3. miscellan. ubi plures DD. adduxi hanc sententiam tenentes, quibus nunc addo Emanuele Sa ver. Confessio, n. 4. & Layman in Theol. mor. lib. 5. tr. 6. c. 5. n. 10. quia Concilium Lateranense in cap. omnis utriusque sexus, non ita statuit de confessione, ac de communionem. Nam dicit, ut fideles omnia sua peccata saltem semel in anno confiteantur, & communionem saltem in Paschate accipiant. Ergo non ita pro confessione,

sicuti pro communionem tempus Paschale assignavit.

3. Ex his optime inferit Layman, quòd infirmi in lecto defixi, qui communionem in Paschate pro tali impedimento suscipere non possunt, non sunt compellendi ad confitendum, si intra anni decursum legitime confessi sunt. Imò addit, & si aliquis toto anno nunquam confessus fuisset, & communionem ad breve tempus ex causa justa usque ad Pentecostem differre statueret, probabile est, graviter non peccaturum, etsi etiam confessionem differret, si putaret postea eam commodius peccaturum esse.

4. Dicendum est igitur absolute, ut ego ex pluribus Doctoribus in dicta resol. firmavi, si quis confessionem fecit intra annum, non teneri postea in Paschate confiteri, quia jam adimplevit præceptum annuæ confessionis, nisi de novo peccaverit mortaliter, & factam communionem accipere velit.

Sup. hoc in Resol. not. præteritæ cursum in fine, & in Resol. 2. §. Sed ego in fine.

RESOL. LIII.

An quis intra annum confessus est, teneatur in Quadragesima confiteri nova peccata mortalia?

Et in casu supradicto, an talis in anno sequenti teneatur confiteri illa peccata commissa post confessionem anni præteriti, & cum tali confessione effecta in anno sequenti satisfaciatur etiam præcepto anni sequentis?

Et an annus pro impletione dicti præcepti computandus sit à Januario in Januarius: vel à Quadragesima in Quadragesimam, vel à Paschate in Pascha?

Et si quis v. g. in principio anni confessus est venialia, & postea commisit mortalia, an, inquam, teneatur ex præcepto annuæ confessionis confiteri intra illum annum dicta peccata mortalia?

Et cursum notatur, quòd qui anno præcedenti omisit confessionem peccatorum mortalium, teneatur magis probabiliter à principio anni sequentis ad confessionem illorum? Ex part. 4. tract. 4. & Miscell. Resol. 206.

§. 1. AD hunc casum ita respondet Mercerus de Sacrament. in 3. part. Divi Thomæ, quest. 6. artic. 5. num. 3. Notandum esse probabile illum; qui intra annum sæpius confessus est, si haberet in Quadragesima conscientiam novi peccati mortalis, quòd nunquam confessus esset, teneri nihilominus ad confitendum illo anno pro tempore Quadragesimæ, hoc enim videtur significare cap. omnis utriusque, cum præcipit confiteri semel in anno omnia peccata, scilicet mortalia, & quidem illa, ut apparet, quæ eodem anno commisit: in isto autem casu talis non est confessus omnia peccata mortalia eo anno commissa, ergo tenetur. Hoc tamen dico esse probabile, & in praxi certum esse tutius, non tamen est planè certum, responderi enim potest cap. non loqui de omnibus peccatis, quæ committuntur usque ad finem anni, sed de omnibus, quæ habemus quantum confitemur. Ita ille.

2. Sed ego * alibi negativam sententiam, quam ipsemet Mercerus probabilem putat, absolute docui, & nunc iterum doceo cum Gaspare Hurtado de Sacram. disp. 7. de pœnit. diff. 1. quia qui jam semel confessus est omnia mortalia, quorum tempore confessionis habuit conscientiam, implevit præceptum

* Alibi in duabus Resol. præcedentibus.



annua confessionis, cum hoc præceptum non est consistendi omnia peccata mortalia, quæ quis committit in anno una, aut pluribus confessionibus, sed tantum est consistendi semel omnia mortalia, quorum quis habet notitiam tempore confessionis: ergo, &c. Unde ego olim contra quemdam Religiosum Casuistam unius summa probabiliter consulti, ejus penitentem, qui in Paschate noluit communicare, præter hoc peccatum, aliud non commississe, videlicet quia non est confessus multa peccata mortalia perpetrata post confessionem factam in eodem anno: nam, ut dictum est, in illa confessione jam præcepto annua confessionis satisfecerat; & alia peccata postea perpetrata tenebatur confiteri si sacram Eucharistiam sumeret, quam cum sumere nollet, peccavit quidem contra præceptum sumendi communionem in Paschate, non autem contra præceptum iterum confitendi.

Sup. hoc in fine utriusque Resol. not. præterita.

Sup. hoc lege doctrinam Resol. seq. à §. ejus 2.

Alibi infra in Res. 55 & in Res. 54. §. 1. & ibi à §. 2. pro ultimo contento in hoc §.

Sup. hoc in Res. seq. in fine §. cæterum. & ibi cum eodem Suariorum tantum hic infra citato.

3. Notandum est etiam, quod in casu supradicto talis tenetur in anno sequenti confiteri illa peccata commissis post confessionem anni præteriti, & cum tali confessione facta in anno sequenti satisfacit præcepto anni sequentis, quamvis post eam confessionem de novo committat intra eundem annum sequentem alia peccata mortalia. Ita Hurtado loco citato; qui etiam in *diffic. 12.* optime notat, quod qui anno præcedenti omisit confessionem peccatorum mortalium, tenetur magis probabiliter, ut ego etiam alibi docui, à principio anni sequentis ad confessionem illorum; sed si in ea confessione etiam confiteatur aliquod peccatum mortale illius anni sequentis, ea etiam satisfacit præcepto confessionis illius anni sequentis, quia tunc illa confessio pertinet ad utrumque annum, cum confiteatur peccata in utroque anno perpetrata.

4. Nota etiam, quod annus pro impletione dicti præcepti computandus est à Januario in Januarius; quia annus absolute dictus communiter, & ordinarie sic computatur, unde qui in Januario anni præcedentis, & in Decembri sequentis confitetur; satisfaciat præcepto annua confessionis pro illis duobus annis, quia talis confitens semel in quolibet anno. Ita Vasquez in 3. part. tom. 4. *quest. 90. art. 2. dub. 1.* & alij, licet Guilielmus Mercerus ubi supra, Suarez *disp. 36. sect. 36.* & alij asserant annum pro impletione dicti præcepti computandum esse à Quadragesima in Quadragesimam, aut à Paschate in Pascha. Sed si quæras hic incidenter, an si quis, verbi gratia in principio anni confessus est venialia, & postea commisit mortalia, an, inquam, teneatur ex præcepto annua confessionis confiteri intra illud annum dicta peccata mortalia? Negativè respondendum esset ex doctrina Petri de Ochagavia de *Sacram. tract. 2. quest. 9.* asserentis ex confessione peccatorum venialium satisfieri præcepto annua confessionis; sed affirmativam sententiam docet Hurtadus ubi supra, *difficult. 11.* nam qui tantum confitetur venialia, non satisfacit præcepto annua confessionis, quia ea tantum præcipitur confessio mortalium: unde si anno illo post confessionem tantum venialium committat mortale, tenetur intra eundem annum illud confiteri: & hanc opinionem certiorum esse putat Mercerus *loc. cit. de Sacrament. in 3. part. Divi Thomæ quest. 6. art. 5. num. 3.*

RESOL. LIV.

An si quis non adimpleverit præceptum confessionis, si elapso anno postea confiteatur; satisfaciat illa unice confessione utrique obligationi, tam & anni præteriti, quam & anni currentis? Ex p. 8. tr. 7. & Misc. Ref. 80.

§. 1. Sæpè quod si quis non adimpleat præceptum confessionis, teneri transacto anno moraliter statim confiteri, ut tali præcepto satisfaciatur, quia annus ab Ecclesia non ita præfigitur, ut in fine illius extinguatur obligatio, sed ita, ut non liceat ultra illud tempus confessionem differre, & proinde transacto eo tempore non extinguatur obligatio instituendi confessionem, sed magis urgeat ratione præcepti negativi inclusi in affirmativo. Quemadmodum enim quando in contractibus dies solutioni præfigitur, non solet ita præfigi, ut si quis eo non solvat, extinguatur obligatio, sed ita ut ultra non liceat solutionem differre absque consensu creditoris.

2. Sed difficultas est, an unica confessione quis possit satisfacere præcepto anni præcedentis, & præsentis?

3. Prima sententia negat. ita Suarez *disp. 36. sect. 4. n. 5.* Coninch *disp. 5. dub. 8. n. 65.* Filliuc *tom. 1. tr. 7. c. 3. n. 56.* & alij, asserentes unica confessione non satisfacere utrique obligationi, cum ad unam confessionem teneatur ratione anni præteriti, & ad alteram ratione præsentis anni; sicut enim qui tenetur singulis annisolvere nummum autem, si anno præterito non solvit, non satisfacit suo muneri, & obligationi, si hoc anno unum tantummodo nummumolvere intendat: ita præcepto confessionis non satisfacit unica confessione, qui anno præterito non est confessus, sed ad duas tenetur confessiones, ut satisfaciatur obligationi præteriti, & præsentis anni, consequenter, si unam tantummodo fecit confessionem, & iterum nolit pro anni præsentis obligatione confiteri, potest per censuras ab Episcopo compelli ad contentandum.

4. Secunda sententia distinguit, & ideo præpositus in 3. p. q. 3. de *Confess. dub. 8. n. 52.* sic asserit: Ex his potest oriri dubitatio, num is, qui dist. lit confiteri ultra tempus præfixum, eadem confessione satisfaciat obligationi præcepti anni præcedentis, & simul anni currentis?

5. Respond. distinguendo: si enim in ea dilatione mortaliter peccaverit, quod peccatum aperiatur in confessione, videtur satisfacere, patet ex dictis, cum verè subijciat clavibus materiam necessariam in quam eo anno incidit, & ita satisfaciatur præcepto pro illo anno; si verò nec in ea dilatione mortaliter peccaverit, nec eo anno aliud mortale commiserit non satisfacit obligationi eo anno consistendi, unde si postmodum incidat in mortale, tenetur illud intra eum annum clavibus subijcere.

6. Tertia sententia est P. Lugo de *sacr. Pen. disp. 15. sect. 7. n. 179.* ubi ita ait: Hinc oritur dubium, utrum qui elapso toto anno absque confessione postea confitetur inchoato jam anno sequenti, debeat iterum confiteri eodem anno? Pater Coninch. affirmat, nisi fortè confessio fieret elapso jam medio anno sequenti; secus si fiat circa initium anni, quia secundum æstimationem moralem illa confessio pertinet ad præcedentem annum. P. Suarez consequenter ad sua principia exigit secundam etiam confessionem, quia ipse tenet, ex consuetudine debere confessionem fieri circa Pascha; quare Paschate sequentem

Sup. hoc quod hic supponitur in Res. præcedenti §. Notandum, ut mediis verbis. Qui etiam & magnitudine Res. loquitur in aliis ejus primæ auctoritate.

Sup. hoc cursum in Res. loc. præcedenti fine eadem cum à principio.

quenti fieri debet, sicut si ante tres etiam menses fuisset confessus.

6. Cæterum consequenter ad nostram sententiam videtur dicendum, hanc confessionem videri sufficere pro hoc anno; præceptum enim solum est de confessione semel in anno facienda; ergo hoc eodem anno non tenetur ad aliam; alioquin si deberet confessiones etiam præteritas recompenfare, obligaretur aliquis ad confitendum quater in anno pro tribus annis præteritis, quibus non est confessus. Unde ipse Suarez *n. 5.* fatetur in sententia computante annum à Januario ad Decembrem, ut nos computamus, ita consequenter esse dicendum.

7. Objicies, quod procul dubio ab hoc homine exigetur confessio novo anno sequenti; alioquin excommunicabitur de novo. Respondetur, excommunicabitur, (ut dixi) pro defectu communionis, quæ quidem Paschate sequenti de novo debetur, & ad quam prærequiritur nova confessio, si habet conscientiam peccati mortalis: si hanc autem conscientiam non habet, non debet confiteri, etiam si nunquam fuisset antea confessus, nedum si confessus jam fuit.

8. Et mihi, ut verum fatear, non videtur improbabile quòd quis unica confessione satisfaciat obligationi anni præteriti, & præsentis, cum usu receptum videatur, ut qui multis præcedentibus annis non est confessus, unicam in sequentibus annis faciat confessionem.

RESOL. LV.

An qui in Paschate non adimplevit præceptum confessionis, teneatur primo quoque tempore confiteri? Et an qui non est confessus in periculo mortis, cum haberet conscientiam peccati mortalis, teneatur postea quam primum confiteri, quia præceptum confessionis eo tempore obligat propter periculum damnationis? Ex p. 3. tr. 4. Res. 129. aliàs 130.

quartum est, & alij, Unde secundum hanc sententiam, qui ob inopiam Confessarij, vel ob aliam causam rationabilem non implevit debito tempore præceptum annualis confessionis, dicendum est de illo, qui ex culpa in Paschate minime confessus fuit, licet (ut diximus) contrariam sententiam probabiliorē esse existimem.

3. Notandum est etiam hinc obiter contra Henriquez *lib. 4. c. 4. n. 5.* eum, qui non est confessus in periculo mortis, cum haberet conscientiam peccati mortalis, non teneri postea quamprimum confiteri. Ita Bonacina *de Sacram. disp. 5. q. 5. sect. 2. punct. 4. num. 28* quia præceptum confessionis eo tempore obligat propter periculum damnationis, sed sublato periculo mortis, dictum periculum damnationis abest. Ergo.

Sup. hoc infra in Res. 168. §. No. tandum hinc.

RESOL. LVI.

Qui in confessione Paschatis omisit aliqua peccata per oblivionem, & postea statim de illis recordatur, quaritur, an teneatur illa statim confiteri, vel possit dimittere usque ad confessionem anni sequentis? Ex p. 3. tr. 4. Res. 123. aliàs 124.

§. 1. Sotus distinguit, & ait hoc posse fieri dupliciter. Primo, quia peccata sciuntur quando homo confitetur, & omittuntur ex justa causa. Secundo, quia illa peccata fuerunt oblita. Si primo modo fiat, ait, quòd tenetur homo cum primum potest illa peccata confiteri. Si verò secundo modo fiat, adhuc distinguit, quia si oblivio fuit culpabilis, tenetur hinc itatim confiteri illa peccata; si verò fuit inculpabilis, non est talis obligatio. Hæc Sotus apud Nugnum *in addit. ad 3. p. tom. 2. q. 6. art. 5. disp. 6.* qui ipsius sententiam rigorosam vocat, sed probabilē.

Sup. hoc primo modo in Res. seq. & in aliis ejus anterior. & pro secundo modo, inferias in Res. 144. §. Secundo probari. & seq.

2. Apponam, etiam hic opinionem Medinæ *in sum. lib. 1. c. 14 §. 41.* ubi sic allerit: [Si los pecados que se le olvidaron se le acuerdan dentro del mismo año, en que se confesó, está obligado à confesarlos antes que el año se acabe, porque el precepto le obliga à que cada año se confiese una vez de todos los pecados, que se le acordaren acuerdase de dos, ò tres luego está obligado à confesarlos. Pero si era y a pasado el año quando se le acordó de los pecados, que antes havia hecho y se le havian olvidado en la confession del año pasado, no está obligado à confesarlos luego de ellos, basta que los confiese quando se confesare para cumplir con aquel año presente en que está.] Ita Medina.

3. Verum protius existimo absolute dicendum sine ulla distinctione, posse talia peccata non confiteri, usque ad confessionem sequentis anni. Et ita docent Villalob. *in sum. tom. 1. tr. 9. diff. 28. n. 7.* Sylvius *in addit. ad 3. p. q. 6. art. 5. quaritur 3. in fine. Io. de la Cruz in direct. p. 2. de sacram. Pœnit. q. 3. dub. 2. concl. 3.* Layman *in Theol. mor. lib. 5. tr. 6. c. 8. n. 13.* Filliuc. *tom. 1. tr. 7. cap. 3. n. 57.* Victoria *in summ. n. 137.* Fagundez *pr. 7. lib. 1. c. 4. n. 17.* Suar. *tom. 4. disp. 36. sect. 4. n. 6.* Tolet. *lib. 3. c. 8. n. 1.* Sylvest. *ver. confessio 1. n. 3.* Navarr. *c. 2. n. 10.* & alij, quia Ecclesia obligat tantum ad confitenda omnia peccata commissa illo anno, quantum memoriæ occurrunt, adhibita sufficienti diligentia, sed qui taliter confessus est, satisfacit præcepto. Ergo non tenetur iterum confiteri.

L RESOL.

hi hoc fu. §. 1. Affirmativè respondent communiter Doctores, & ita docet Navarrus *cap. 21. n. 45.* Henriquez *lib. 4. cap. 4. n. 6.* Valentia *tom. 4. disp. 7. q. 9. punct. 4.* Suarez *in 3. part. tom. 4. disp. 36. sect. 4. n. 2.* Layman *in Theol. mor. lib. 5. tr. 6. cap. 5. n. 8.* Coninch *de Sacram. disp. 5. dub. 8. n. 63.* Nugnum *in addit. ad 3. p. tom. 2. q. 6. art. 5. diff. 6.* Fagundez *pr. 2. lib. 1. cap. 4. n. 16.* & Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 9. diff. 28. n. 8.* ubi sic ait: [El que no se confesó el año, está obligado à confesarlos luego despues, y mientras mas lo dilata, mas peca.] Et ratio est, quia tempus Paschale, veluti implendi præcepti terminus propositus, non est ad obligationem finiendam.

2. Sed licet hæc opinio sit probabilior, ut bene notat Filiucius *tom. 1. tr. 7. cap. 4. n. 55.* tamen ipse *n. 54.* negativam sententiam probabilem putat. Primò, ob auctoritatem DD. Secundo, quia præceptum affirmativum determinatè obligat pro aliquo tempore, licet intra illud violetur, tamen eo transacto non obligat amplius, ut præceptum jejuniij, Horarum Canonicarum, Missæ, &c. Confirmatur, quia sic homo continuò peccaret, quando non confiteretur. Ita Filiucius, qui, ut dixi, probabilem hanc sententiam putat, quam absolute tenent Sylvester *verb. Eucharistia 3. q. 15. D.* Antoninus *p. 2. tit. 9. cap. 9. §. 3.* Tabiena *verb. communicare, n. 10.* Megala *in 1. part. lib. 5. cap. 3. n. 13.* Valentia *tom. 4. disp. 7. quest. 8. punct. 4. ver. Tom. 1.*

RESOL. LVII.

Quando quis ex aliqua iusta causa in confessione non confitetur aliquod peccatum, an teneatur statim alteri confiteri: vel possit non confiteri usque ad tempus, in quo obligat præceptum Confessionis?
Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. Ref. 54.

Sup. hoc in §. 1. Certe est varius esse casus, in quibus potest peccator, imò interdum tenetur confiteri aliqua peccata, tacendo alia mortalia, validamque nihilominus, & omnino utilem esse confessionem; sed difficultas est an postea tenetur peccator peccata mortalia, quæ ex iusta causa cum aliquo Confessario tacuit, statim ac commode sine periculo poterit alteri confiteri? Et affirmativam sententiam tenet Henriquez lib. 2. de penit. cap. 12. n. 3. qui in glossa, lit. F. citat Sotum. Sed probabilius mihi videtur sufficere, si illa peccata confiteatur cum accedat tempus, in quo obligat præceptum confessionis. Ita ex Suarez docet Jacobus Granado in de Sacram. controv. 7. tr. 9. disp. 5. sect. 1. n. 21.

RESOL. LVIII.

An peccatum ex iusta causa ommissum in confessione sit statim alteri Confessario, data opportunitate, confitendum, vel possit differri ad tempus annua confessionis?

Et notatur, quod peccata, quæ ex rationabili causa tacemus, sicut est, ut detestemur attritione, sicut alia, quæ in confessione explicantur.

Etiãque advertitur eum, qui habet iustam causam tacendi aliquod peccatum, non posse plura reticere, quam postulat iusta causa; unde si habet iustam causam tacendi furtum externum, vel peccatum reservatum, tenetur confiteri se habuisse voluntatem subripiendi, & actum internum in peccato reservato.

Et queritur, an qui ob vitandum scandalum debet sumere Eucharistiam, & habet peccata reservata; teneatur illa cum non reservatis Confessario manifestare, si non haberet potestatem in reservata? Ex part. 9. tract. 9. & Misc. 4. Ref. 57. aliàs 56.

Sup. hoc quod hic supponitur cum DD. infra in Ref. 63. & recitatur in principio Refol. 1. seq. not. & infra in Ref. 123. §. 1. vers. Quinto & addito Granado in Ref. 1. hujus not. §. Noradum est. paulo post initium, à vers. qui etiam optime. & infra in tr. 5. ex Ref. 37. §. 1.

§. 1. Suppono aliquando posse peccatorem teneatur, ut quando ex illo peccato grave damnum anime, corporis, famæ, vel fortunæ alteri probabiliter timetur. In his tamen casibus servandæ sunt hæc regulæ. Prima: si potes debes alium Confessarium adire, cui possis integrè confiteri; nec nisi urgente aliqua necessitate mortis, aut præcepto annua confessionis, vel sumendæ Eucharistiæ, aut magna utilitatis; alioqui differenda est confessio, præsertim quando brevi speratur copia Confessarii. Secunda: cum non potes peccatum in specie, vel actum externum, teneris saltem in genere, vel affectum internum confiteri, ea tantum circumstantia ommissa, ex cuius confessione posset peccatum in specie cognosci. Tertia regula sit quod interdum non solum potes, sed etiam teneris tacere peccatum in confessione: in iis videlicet casibus, in quibus non es dominus boni, cuius privatio ex tua confessione incurretur: ut in quibus timetur damnum spirituale

proprium, vel quodcumque damnum proximi.

2. Hoc supposito ad quaesitum Sot in 4. disp. 18. q. 2. art. 5. in solutione tertij argumenti in fine, & Henriquez lib. 5. de Sacramentis, cap. 12. num. 6. affirmat, illud statim esse confitendum, nec licite differri posse ad tempus, in quo iterum recurrit præceptum annua confessionis. Fundamentum horum Authorum est; quoniam, ut docet Concilium Florentinum in Decreto de unione Armen. ad confessionem pertinet, ut peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, suo Sacerdoti confiteatur integraliter. Quod etiam docet Tridentinum sess. 14. cap. 5. Sed hoc præceptum non implet qui peccata ex causa in confessione tacet; igitur tenetur statim atque confitendi opportunitas datur, illud confiteri, ut hoc præceptum adimpleat. Ex quo discrimen assignant inter peccata oblita, & ex causa ommissa: quod oblita non tenentur statim, sed possumus usque ad tempus sequentis anni differre, quando currit novum præceptum annua confessionis. Ratio quia illa non fuerunt in memoria peccatoris, quando peccator confitebatur.

3. Sed mihi magis placet opinio negativa Suarez de Penit. disp. 23. sect. 2. n. 8. cum sit eadem ratio ac de oblitis; quia qui ex iusta causa peccatum in confessione tacet præceptum confessionis adimplet; quia hoc non obligat, nisi ad integritatem formalem: ergo satisfactio præcepto de annua confessione: igitur non tenentur amplius illo anno confiteri. Confirmatur: quia per confessionem integram formaliter satisfacimus præcepto divino: ut patet de eo, qui in articulo, vel periculo mortis aliquod peccatum ex causa tacet; ergo etiam satisfacimus præcepto Ecclesiastico. Consequentia tenet à fortiori; antecedens constat; quia in eo casu ad confitendum obligat præceptum divinum. Nec obstat, quod qui in articulo, vel periculo mortis ex causa peccatum omisit, durante periculo, teneatur statim oblata occasione omisillum peccatum confiteri, quia hoc non oritur ex intrinseco jure talis confessionis, sed ex intrinseco periculo, ne possit amplius ingruente morte illud confiteri. Unde si periculum mortis cessaret, non tenetur illud statim confiteri, sed differre posset ad tempus annua confessionis. Concilium verò Florentinum, & Tridentinum, intelliguntur de confessione, quæ ordinariè fit; vel de peccatis, quorum peccator memoriam habet merè speculativam, sed practicam, & in actum redigendam.

4. Notandum est etiam hic, quod peccata, quæ ex rationabili causa tacemus in confessione, sicut esse ut detestemur attritione; sicut aliqua, quæ in confessione explicantur; eadem enim attritio, quæ est sufficiens dispositio pro confessio, est etiam sufficiens dispositio pro iis, quæ iusta ex causa tacentur. Nego autem, ea non subijci clavibus, saltem indirectè; ut oblita, quæ remittuntur simul cum confessio; nam subijci indirectè, est, ea hic, & nunc per signa contritionis, confessionem aliorum peccatorum à peccante manifestari, quantum, salvo omni alio præcepto, manifestari possunt. Et hæc omnia docet Amicus in Cur. Theol. tom. 8. disp. 13. sect. 7. n. 123. & sect. 8. num. 145. & seqq.

5. Nota etiam cum Trullenchi ubi infra n. 16. Eum, qui habet iustam causam reticendi aliquod peccatum, juxta superius dicta, non posse plura reticere, quam postulat iusta causa, seu periculum probabiliter imminens: unde si habeat iustam causam reticendi furtum externum, tenetur confiteri

Sup. hoc in Ref. præterita, & infra in Ref. 63. Notandum est, & in fine §. ult. Refol. 123. & ex Ref. 144. §. Secundo præbati, & leg. & supra in Ref. 56. quæ sim in primis lin. di. & Ref. cum eodem Soto hic citato.

Sup. hoc in Ref. præterita, & infra in Ref. 63. Notandum est, & in fine §. ult. Refol. 123. & ex Ref. 144. §. Secundo præbati, & leg. & supra in Ref. 56. quæ sim in primis lin. di. & Ref. cum eodem Soto hic citato.

Sup. hoc in Ref. præterita, & infra in Ref. 63. Notandum est, & in fine §. ult. Refol. 123. & ex Ref. 144. §. Secundo præbati, & leg. & supra in Ref. 56. quæ sim in primis lin. di. & Ref. cum eodem Soto hic citato.

Sup. hoc in Ref. præterita, & infra in Ref. 63. Notandum est, & in fine §. ult. Refol. 123. & ex Ref. 144. §. Secundo præbati, & leg. & supra in Ref. 56. quæ sim in primis lin. di. & Ref. cum eodem Soto hic citato.

confiteri se habuisse voluntatem surripiendi, nisi etiam ex hoc sequeretur periculum; idem in aliis peccatis; nam confessio debet esse integra, quantum fieri potest. Item eum, qui solum habet peccatum reservatum, posse in necessitate communicandi confiteri actum internum, & ab eo absolvi, quamvis penitens adhuc retineat obligationem presentandi se coram Superiore pro reservatione. Vide etiam Coninch de Sacrament. disput. 3. dub. 9. num. 95.

6. Sed obiter hic quæro, an qui ob vitandum scandalum debet sumere Eucharistiam, & habet peccata reservata, tenetur ne illa cum non reservatis Confessario manifestare, si non haberet potestatem in reservata? Et negativè respondet Alexander Alensis 4. part. quest. 18. memb. 4. artic. 5. §. 2. ad ult. Petrus de Soto lect. 10. de Confess. & alij relati à Suarez disput. 31. sect. 3. n. 8. quorum sententiam ipse meritò probabilem reputat: neque enim obligatis peccata fateri, nisi Sacerdoti ea integre, & perfectè judicare, ab eisque absolutionem concedere valenti; quia solum ob absolutionem sacramentalem obtinendam, est obligatio confitendi peccata.

7. Sed etiam probabiliter sententiæ affirmativæ adheret Trullench de Sacram. lib. 4. cap. 6. dub. 7. num. 17. Villalobos in Summa, tom. 1. tract. 9. difficultat. 37. numer. 3. Layman lib. 5. tract. 6. cap. 12. num. 11. Suarez ubi supra, & alij. Quia confessarius penitentem absolvens, necessario judicare debet absolutioni esse ritè dispositum: at hoc judicium convenienter habere non potest, nisi sibi manifestentur ea, quæ rectè dispositioni obviare possunt. Igitur cum peccata reservata huic possint dispositioni obviare, efficitur ea manifestanda esse. Quòd si respondeas, Confessarium obligatum esse judicare de penitentis dispositione juxta causam, cuius est legitimus iudex, reservatorum autem legitimum iudicem non esse, ac proinde non esse illi necessario manifestanda. Alias nunquam tibi liceret retinere peccatum in confessione, si eò tacito Confessarius cognoscere non posset ritè te esse dispositum. Obstat, quia esto Confessarius per se non iudicet de dispositione penitentis, nisi secundum causam sibi propositam, & penitens non semper obligatus sit omnem sui causam manifestare: at quando eam manifestationem absque gravi sui, vel alterius jactura præstare potest, videtur ad eam faciendam obligatus: quippè Confessarij sententia non tam in peccata confessà, quam in confidentem cedit; ipse enim est qui absolvitur. Debet ergo fateri, quæ ipsius absolutioni obviare possunt.

RESOL. LIX.

An omittens per unum annum confessiones, toties peccet, quoties non confitetur, oblata confitendi opportunitate? Ex part. 3. tract. 4. Resol. 134. alias 135.

§. 1. Affirmativam sententiam docet Bonacina de Sacrament. disputat. 5. quest. 5. sement. 2. punct. 4. numer. 30. quia quomodo fieri potest, ut aliquis teneatur quamprimum ad confessionem faciendam, & nihilominus non peccet eam præmittendo, oblata post annum opportunitate? Alioquin dicendum esset, facientem contra præceptum in re gravi non peccare mortaliter, quod nullus audebit asseveranter affirmare. Ita Bonacina.

2. Sed contrariam sententiam docet ex nostris Molfesius in Summa tom. 1. tractat. 7. capit. 10. numer. 37. ubi sic ait: Quod autem dicunt auctores contrarij durum sequi, & continuò peccare, si statim non confiteretur elapso anno. Respondetur non esse durum ex parte præcepti, sed ex parte non adimplentis. At non semper committit novum peccatum mortale, sed continuando, & aggravando peccatum commissum per omissionem confessionis in Paschate, & sic satis est confiteri tempus, à quo non est confessus peccata sua, nisi interveniat etiam contemptus præcepti, tunc enim esset hoc explicandum in confessione. Sic Molfesius, & Valentia tom. 4. disput. 7. quest. 9. punct. 4. ubi sic asserit: Neque tamen idcirco volumus toties aliquem de novo peccare, quoties elapso anno confessionem differt, cum possit confiteri, sed dicimus manere illum adstrictum eodem illo peccato, quod admisit, non confitendo intra annum, idque tandiù, tandiù anno elapso confessionem differt, ac proinde teneri illum statim confiteri sub illo eodem peccato. Sic Valentia.

3. Ego verò (ut supra approbatum est) puto probabiliter, quòd si quis in Paschate confessionem non fecit, non tenetur postea amplius confiteri, sed dato & non concessio hanc sententiam esse improbabilem, adhuc tamen contra Bonacinam puto in tali casu, quòd quanto diutius quis confessionem sine causa differt, tanto magis peccatum auget, non autem peccare denuò toties, quoties. Et ita docent etiam Layman in Theologia moral. lib. 5. tract. 6. capit. 5. num. 8. corollar. 1. Villalobos in Summa, tom. 1. tract. 9. diff. 88. num. 8. Nugnus in addit. 3. part. tom. 2. quest. 6. art. 5. diff. 5. & alij.

Suprà in Res. quæ hinc est 55.

RESOL. LX.

An quis in Paschate teneatur confiteri peccata venialia, ut adimpleat præceptum, si mortalia, quæ habet, ratione alicujus periculi, vel alterius infamie minimè confiteri possit? Ex part. 3. tract. 4. Resol. 75.

§. 1. Affirmativè respondet Didacus Nugnus in addit. ad 3. part. D. Thoma, quest. 6. art. 6. difficult. 1. quia præceptum annualis confessionis obligat, quando tantum sunt peccata venialia. Secundò talis homo, simpliciter loquendo, habet præceptum confessionis, sed potest illud adimplere confitendo venialia: ergo tenetur.

Sup. hoc in duabus Res. f. q. & in tom. 7. tr. 1. ex Res. 124. §. 1. per totum, & infra in tr. 5. ex Res. 33. §. 2. in fine, & in Res. 16. §. 2. ad medium, à vers. An qui. & in to. 4. tr. 4. ex Res. 47. §. 1. & ibi in tr. 3. ex Res. 146. §. Sed ego. à lin. 4. vel 5.

2. Sed contrariam sententiam docet Suarez in 3. part. tom. 4. disput. 36. sect. 6. num. 1. in fine, nam ut supra dictum est contra Alensem part. 4. quest. 18. num. 4. art. 2. Richardum in 4. dist. 17. art. 2. quest. 4. ad primum. Bonaventuram ibid. art. 2. quest. 1. & alios, quis non tenetur confiteri venialia ex præcepto Ecclesiastico de annua confessione, quia Ecclesia, ut rectè notat Becanus de Sacrament. cap. 36. quest. 6. num. 3. & alij, non fecit novum præceptum de confessione; sed solum determinavit divinum præceptum ad certum tempus. Ergo si non tenemur præcepto divino confiteri venialia, non tenemur etiam determinationi hujus præcepti.

3. Dicendum est igitur in casu proposito, quòd si aliquis non potest confiteri mortalia propter aliquod periculum, vel infamiam, non tenetur ad implendum præceptum annuæ confessionis, alia peccata venialia, quæ habet, confitendo.

INTON
LIBRARY
VOL. 1311
E III

RESOL. LXI.

An quis in Paschate teneatur confiteri peccata venialia, saltem si peccata mortalia habet, quae ex justa causa non debet aperire in confessione?

Et an Ecclesia sacramentalem confessionem de venialibus precipere minime possit?

Et an Clementina unica de statu Monachorum, ubi precipitur Religiosis S. Benedicti, ut semel in mense confiteantur, non obliget sub mortali, si habent tantum venialia?

Et quid sit dicendum, si Monachi etiam peccata mortalia habeant? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 124. alius 125.

Sup. hoc in Ref. praeterit. & in omnibus aliis ejus annor.

§. I. **A**ffirmativam sententiam docet Nugnus in *addit. ad 3. part. quest. 6. artic. 6. diff. 1.* quia talis homo, simpliciter loquendo, habet praecipuum confessionis, & potest illud adimplere confitendo venialia. Ergo tenetur.

2. Sed contrariam sententiam in terminis docet Suarez in *3. part. tom. 4. disput. 36. sect. 6.* Et ratio est, quia nullum praecipuum, nec quidem Ecclesiasticum obligat fideles ad confessionem peccatorum venialium; ut probant Vasquez in *3. part. tom. 4. quest. 90. art. 2. dub. 1.* Layman in *Theolog. moral. lib. 5. tract. 6. cap. 5. num. 18.* Fagundez *pr. 2. lib. 2. cap. ... num. 5.* & alij penes ipsos. Ergo si quis non potest confiteri ex justa causa peccata mortalia, non tenetur confiteri venialia.

Sup. hoc magis late in tom. 3. tr. 1. Ref. 23. & in Ref. 1. not. seq. 5. 1. & in Ref. 2. 5. Verum. à lin. 5.

3. Quae omnia ita vera sunt, ut aliqui Doctores asserant, Ecclesiam sacramentalem confessionem de venialibus praecipere minime posse, ut tradit Paludanus in *4. dist. 17. quest. 3. art. 4. concl. 2.* cui favent Sylvester *ver. confessio 1. quest. 13.* Sotus in *4. dist. 18. qu. 1. art. 3. arg. 2.* Henriquez *lib. 4. cap. 4. num. 10.* Rodriguez *qq. Reg. tom. 1. quest. 62. art. 1.* & alij, licet contrarium sentiat Benzoni de Jubilaeo *lib. 5. capit. 15. dub. 6.* Vasquez *loco citato, art. 2. dub. 3.* Suarez in *3. part. tom. 4. disp. 22. sect. 8.* Navarrus in *cap. placuit. disp. 6. de poenit. num. 122.* & alij.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 1. Ref. 24. à §. 2. usque in finem dictae Ref. & in tom. 7. tr. 1. ex Ref. 124. §. 2. & seq.

4. Sed quidquid sit de hoc, aliqui putant Clementinam unicam de statu Monachorum, ubi precipitur Religiosis S. Benedicti, ut semel in mense confiteantur, non obligare sub mortali, si habeant tantum peccata venialia, ut docet Nugnus in *addit. ad 3. part. quest. 6. artic. 5. diff. 7.* Molfesius in *summa, tract. 2. cap. 10. num. 21.* Megala in *1. part. lib. 5. cap. 4. num. 4.* & alij penes ipsos, licet absolute doceant Caetanus *tom. 1. opuscul. rit. 5. quest. 1.* & Cano *relect. de poenit. part. 5.* supradictam Clementinam non obligare sub mortali, etiam si Monachi peccata mortalia habeant; & ideo sic asserit Villalobos in *summa, tom. 1. tract. 9. diff. 28. n. 5.* [Los Monges Benitos tienen precepto en una Clementina de confesarle todas las vezes, que tienen conciencia de pecado mortal, el qual precepto se etiene à los de mas y solo obliga à pecado venial, como dize Henriquez *lib. 1. cap. 4. num. 10.* mas à mi pareceme que no esta en uso, sino de confesarle à su tiempo.] Ita ille.

Sup. hoc in Ref. 1. not. praeteritae in ejus §. ult.

5. Nota hic obiter contra Suarez *disputat. 36. sect. 2. num. 9.* Fagundez *pr. 2. lib. 1. cap. 2. n. 9.* & *lib. 2. cap. 1. num. 4.* Leandrum, & alios, cum, qui non habet conscientiam peccati mortalis, sed tantum venialium, non teneri ex vi saltem praecipui confessionis ad comparandum coram proprio Sacerdote, & illi dicere se non habere conscientiam peccati mortalis, quia si comparere deberet maxime ad hoc ut proprius Sacerdos cognosceret vultum sui peccatoris: at poenitentis vultus non debet cognosci à Sacerdote nisi in judicio confessionis: ergo ex quo semel cessat obligatio hujus judicij, cessat obligatio sic comparandi. Verum est, quod ratio scandali sedandi, si ortum est, ex eo quod quis non confiteatur, possit forte aliquando contingere talis obligatio comparandi, sed non ratione praecipui confessionis. Ita Vasquez in *3. part. tom. 4.*

Et an saltem sub veniali ex praecipuo Ecclesia teneatur confiteri aliqua venialia, qui peccato mortali caret?

Et an, qui non habet conscientiam peccati mortalis, sed tantum venialis teneatur saltem ex vi praecipui confessionis ad comparandum coram proprio Sacerdote, &c?

Et quid, si adsit scandalum? Ex *ps. 1. tract. 6.* & *Milc. 6. Ref. 61. alius 59.*

§. I. **N**egativè olim respondi, novissimè affirmativam sententiam tenet Pasqualigus in *Theolog. tom. 2. disput. 83. sect. 5. num. 35.* ubi sic ait: Dico tertio quando poenitens haberet unicum peccatum mortale, & illud non posset explicare, & urgeret praecipuum confessionis, teneretur confiteri venialia tacendo mortalia. Probatur, tunc, urgeret praecipuum confessionis. Ergo est implendum eo modo quo potest. Ita ille; qui citat Granadum, quem ego antea citaveram, & poterat adducere etiam Nugnum in *addit. ad 3. part. 6. art. 6. difficult. 1.*

2. Sed ego non recedo à sententia, quam docui cum Sanchez, & quam me citato docet Leander de *Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 3. q. 32.* & me citato Eminentissimus Lugo de *poenit. disp. 15. sect. 7. num. 175.* ubi sic ait: Idem videtur dicendum in casu, quo aliquis habeat unum solum mortale, quod sine gravissimo periculo dicere non potest suo Confessario: nam licet illi confiteatur alia venialia, & taceat illud mortale in iis casibus, quibus id licet tacere potest, atque adeo faciat confessionem formaliter integram, non tamen dicitur satisfecisse praecipuo confessionis annuae, sed debet illud mortale intra annum confiteri eidem, vel alteri Confessario, si possit absque illo periculo.

3. Dices, illa confessio venialium erat tunc debita ex praecipuo: nam qui non potest confiteri mortale quod habet, debet saltem confiteri venialia, ut absolvetur saltem indirectè ab illo mortali. Respondetur de obligatione, quam habet confitendi venialia in illo casu est dubium; pro nunc dico illam obligationem non esse ex praecipuo divino, vel Ecclesiastico confessionis, sed si quae est, esse ex obligatione non communicandi absque confessione, vel ratione charitatis propriae, vel ex alio capite. Ita Lugo.

4. Dicendum est igitur in casu proposito, nullum adest praecipuum obligans fideles in communi ad confitenda venialia. Notat etiam Leander *q. 33.* & quarit an saltem teneatur sub veniali ex praecipuo Ecclesiae confiteri aliqua venialia, qui peccato mortali caret; aut si in illo non caret, non potest aperire illud; & respondet negativè.

5. Nota hic obiter contra Suarez *disputat. 36. sect. 2. num. 9.* Fagundez *pr. 2. lib. 1. cap. 2. n. 9.* & *lib. 2. cap. 1. num. 4.* Leandrum, & alios, cum, qui non habet conscientiam peccati mortalis, sed tantum venialium, non teneri ex vi saltem praecipui confessionis ad comparandum coram proprio Sacerdote, & illi dicere se non habere conscientiam peccati mortalis, quia si comparere deberet maxime ad hoc ut proprius Sacerdos cognosceret vultum sui peccatoris: at poenitentis vultus non debet cognosci à Sacerdote nisi in judicio confessionis: ergo ex quo semel cessat obligatio hujus judicij, cessat obligatio sic comparandi. Verum est, quod ratio scandali sedandi, si ortum est, ex eo quod quis non confiteatur, possit forte aliquando contingere talis obligatio comparandi, sed non ratione praecipui confessionis. Ita Vasquez in *3. part. tom. 4.*

RESOL. LXII.

An si quis habens peccata mortalia, quae ex justa causa non potest aperire confessorio, teneatur saltem confiteri venialia, ut adimpleat praecipuum confessionis?

Sup. hoc in Ref. not. præterita, a §. Hoc supposito, & supra in Ref. 57. & infra ex Ref. 144. §. Secundo. & in aliis §§ earum annotationu. Sup. hoc in Ref. & §. not. primæ hujus Ref. & cum eodem G. anado hic citato, addito Su. rio infra in tr. 5. Ref. 37. §. 1.

Sup. hoc infra in Ref. 125. & lege ejus not. Cum eodem Granado tum, hic infra citato.

Sup. hoc infra in Ref. 71. §. 1. prope finem, a vers. Et tandem m. & in Ref. 123. ad lin. 2.

Sup. hoc in Ref. not. præterita, & in eisdem §§. & vers. & in Ref. 72. Sup. hoc infra in Ref. 124. & in Ref. 125. §. 1. vers. Secundo. & infra in tr. 4. lege doctrinam Ref. 53.

dicto quando videlicet penitens non confitetur aliquod peccatum ad evitandum damnum grave, Sotus, & Henriquez putant teneri, cum primum possit ea peccata, quæ tacuit confiteri. Sed probabilius est, quod Suarez affirmat, scilicet sufficere, si ita confiteatur cum item accedat tempus, in quo obligat præceptum confessionis. Et ita docet etiam Granado in 3. part. D. Theol. contr. 2. tr. 9. disp. 5. sect. 3. n. 2. 1. qui etiam optimè observat n. 2. 2. in casu, de quo loquitur licitè esse dimidiare confessionem, & tacere aliquod peccatum non solum quando adest præceptum divinum, aut Ecclesiasticum confessionis, sed etiam si longo tempore differenda esset confessio, etiam cum præceptum non obligat, rectè docet Suarez posse dimidiari, quia illud est notabile nocumentum, scilicet privari diu fructu hujus Sacramenti, & ad illud vitandum licebit non integrè confiteri, quando aliter non potest defectu confessarij. Si verò ex quo tempore elapso speraretur venturum confessarium, cui absque incommodo possint omnia peccata declarari, ille foret expectandus, quia præceptum divinum integritatis confessionis id saltem requirit.

6. Sed ex his observandum est, quid faciendum sit quando penitens sanus accederet ad confessionem in eo eventu, quo communionem sine gravi scandalo præmittere non posset, aliunde verò occurrit necessitas confessionis adeo longè ut tunc perfici non possit: dicendum enim est tunc licitum esse communicare præmissa contritione. Quod si forte contritio non eliceretur, & timeretur prudenter eliciendam non fore à penitente; probabile mihi est posse confessionem dimidiare, quia tunc casus urget vitandi scandali, quod est notabile nocumentum propter quod potest penitens dimidiare confessionem juxta dicta; & non vitabitur, nisi accedendo ad communionem: cum ergo ad hanc non liceat peccatori accedere, nisi præmissa confessione, aut certè contritione, in aliquibus casibus, qui crederet, se non nisi attritionem habere, deberet confessionem præmittere, ne alioqui novum peccatum committeret. Ita Granadus ubi supra.

7. Ex dictis jam apparet, me olim rectè consuluisse contra Medinam in sum. lib. 2. cap. 7. in fin. quod si tempus præcepti Ecclesiastici, & à fortiori divini, confessionis instaret, & vir ignoti idiomatis non habeat copiam confessarij, qui illum plenè intelligat, posse absolvi auditis iis peccatis, quæ aliquo saltem modo percipi potuerint à confessario: facit enim in eo casu quod potest, & moraliter censetur impossibilis major declaratio. Vide Granadum loc. cit. n. 2. Leand. de Sac. som. 1. tract. 5. disp. 6. q. 56. qui idem asserit dicendum esse de homine muto, surdo, aut balbutientis linguæ, quod etiam tenet Layman lib. 5. tract. 6. cap. 8. n. 9.

8. Et tandem si aliquis hic querat, quid faciendum esset, cum Parochus defert Eucharistiam ægroto statim communicaturo, & dum audit brevem reconciliationem advertit penitentem teneri ad longam confessionem eo quod per multum tempus mentitus fuerit in præcedentibus confessionibus. Respondeo, quod si ægroto mors imminet, ita ut non supersit locus integræ confessioni, audiat ea peccata, quæ pro temporis opportunitate declarare poterit, & facta generali accusatione cæterorum eum absolvat, & statim Divino pane reficiat; si verò mors non imminet, & saltem spatio dimidiæ horæ nequeat confessio tunc integra fieri, eliciat ægroto actum contritionis, & sumat Eucharistiam, differaturque confessio in aliud tempus, quia tunc licitum erit communicare non præmissa confessione, ut

scandalum additanti evitetur, si quidem confessio ritè tunc fieri non potest, & superest tempus, quo perfectè fiat. Ita Granadus ubi supra, & alij, quos ego alibi adduxi.

Alibi in Ref. not. præterita.

RESOL. LXIV.

An, quando adest periculum obliviscendi multa peccata, teneatur quis jure divino confiteri etiam ante annum? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 154. aliàs 155.

§. 1. **A**ffirmativè respondet Medina Complutensis C. de pœnit. tr. 2. q. 14. §. 2. sub fine, & ex moticis Didacus, Nugnus in 3. part. tom. 2. q. 6. art. 5. diffi. 1. concl. 4. quia jure naturæ tenemur ad faciendam integram confessionem; ergo quoties ex dilatione oritur periculum obliviscendi peccata, toties tenemur confiteri, unde sequitur multos, qui tantum confitentur semel in anno, violare hoc præceptum: atque aded sunt etiam in hac parte examinandi à Confessario, ut accusent se de tali violatione, saltem ad cautelam. Ita Nugnus.

2. Sed hæc opinio non est tenenda, & illam repellunt Turrianus de pœnit. q. 6. art. 2. disp. 1. q. 9. dub. 4. Villalobos in summa, tom. 1. tract. 9. diffi. 27. mem. 7. Coninch de Sacram. disp. 5. dub. 2. n. 33. Henriquez lib. 4. c. 4. n. 8. Sotus in 4. disp. 18. qu. 1. art. 4. concl. 7. Filiucius tom. 1. tract. 7. cap. 2. num. 36. & alij, quia sic etiam infra annum sæpè homo obligaretur confiteri, nam regulariter non potest homo recordari peccatorum unius anni. Cum autem Ecclesia determinat obligationem juris divini, si hoc sæpius requireret, malè Ecclesia fecisset, quod dici non potest. E contra, si quis peccata scriberet, ne traderet oblivioni, posset differre usque ad mortem. Ergo, &c.

3. Restat modò respondere ad argumentum Nugni. Dico igitur nos teneri integrè omnia peccata nostra mortalia confiteri, quorum, dum confitemur, recordamur, & moralem diligentiam adhibere, ut possimus prius ea omnia in memoriam revocare; non tenemur tamen extraordinariam aliquam diligentiam adhibere, ne ea obliviscamur, alioquin quando nollemus, aut etiam non possemus ea statim confiteri, teneremur ea statim scripto annotare, imò quicumque multa peccata fecissent, tenerentur ea prius scripto mandare, & ex charta confiteri, qui aliàs exponunt se alicui periculo, ne aliqua per oblivionem omittant. At hæc omnia sunt absurda. Ergo, &c.

Sup. hoc in Ref. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170.

RESOL. LXV.

An teneatur prævenire confessionem, qui timet, quod quando obligabit confessio, non erit copia Confessarij? Idem est de præcepto Communionis, & auditionis Missæ? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 69.

§. 1. **A**ffirmativè respondeo cum communi DD. quos citant, & sequuntur Suarez in 3. part. tom. 4. disp. 36. sect. 6. mm. 5. & novissime Fagundez pr. 3. lib. 1. c. 6. mm. 5. & Layman in Theol. mor. lib. 5. tr. 6. c. 5. n. 9. * nam si quis in die festo prævidet, se posse audire sacrum hora 9. teneatur anticipare tempus, & audire hora tertia, si in ea potest, & in nona non potest, & idem dicendum de præcepto communionis, ut supra dictum est.

Sup. prima diffi. hujus citati infra in Ref. 81. & in tr. 4. n. 9. ex Ref. 51. §. Sed in principio.

* Sup. hoc in tr. 4. n. 9. ex doctrina Ref. 144. post medium §. ult. & in tr. 9. ex Ref. 11. §. Sed prope finem.

2. Attamen Joann. de la Cruz in direct. conscient. part. 2. de sacram. Pœnit. q. 3. dub. 3. concl. 2. licet hanc sententiam teneat, contrariam verò putat etiam esse probabilem, sic enim asserit. Si times probabiliter, quòd quando obligabit confessio, non erit tibi Confessor etiam pro non referendis, teneris prævenire confessionem; ita D. Antonius, Durandus, Cano, Navarrus, & Ledesma contra alios oppositum probabiliter sentientes. Ita ille, & hoc etiam de præcepto communionis asserunt Azorius, ut supra visum est; nempe qui prævidet impedimentum futurum, ut Paschate Eucharistiam accipere non possit, non tenetur prævenire tempus, ut præceptum impleat.

RESOL. LXVI.

An extra articulum, & periculum mortis vigeat præceptum divinum confitendi peccata? Ex part. 11. tract. 8. & Misc. 8. Resol. 38.

§. 1. Aliqui inter quos est D. Thom. dist. 17. q. 3. art. 1. q. 4. Scotus in 4. dist. 17. q. 3. art. 3. Gabriel q. 1. art. 3. docent non obligare, nisi in articulo mortis; quia majoris obligationis nullum est idoneum fundamentum.

2. Alij verò dicunt hoc præceptum divinum obligare etiam extra articulum mortis, in tempore verò indeterminato. Ita Vasquez q. 90. art. 1. dub. 4. Suarez dist. illa 35. sect. 3. Coninch. disp. 5. dub. 2. & alij multi. Probatur ex potestate quam habent Sacerdotes ad ligandum pœnitentes, & obligandum ad opera, & satisfactiones in medicam, & custodiam novæ vitæ, ut definit Trid. sess. 14. cap. 8. & Can. 15. quod propriè tantum habet locum ante articulum mortis.

3. Notant verò prædicti Authores hoc tempus pro quo obligat, non fuisse à Christo determinatum, sed reliquisse Ecclesiæ determinandum, atque hac ratione putat Vasquez, si per impossibile Ecclesia non determinasset hoc tempus, tantum obligaret in articulo mortis. Atque hoc sensu putant hujus sententiæ authores admittendum esse doctrinam D. Thom. Scoti, & Gabrielis. Atque juxta hanc sententiam Ecclesia præcipiens confessionem semel in anno tantum, determinavit tempus præcepti Divini. Quod ergo teneamur confiteri est de jure divino, quòd autem semel in anno est de jure Ecclesiastico; atque hac ratione intelligit Vasquez Trid. cap. 5. cit. ubi verbis nuper relatis docet, per confessionem semel in anno juxta Concilium Lateranense implendum esse præceptum confessionis à Christo positum.

4. Hac sententia satis probabilis est propter auctoritatem tot, tantorumque virorum, secundum quam etiam necessariò dicendum est, quod etiam si quis intra annum confessus fuerit, & incidat in periculum mortis, teneatur iterum confiteri, si habeat conscientiam peccati mortalis. Nam id quod est de jure divino, non fuit ablatum per Ecclesiam.

5. Et hæc omnia observat Dicastillus de Sacram. tom. 1. tract. 8. disp. 7. dub. 2. num. 31. qui postea num. 34. asserendum absolute putat, præceptum Divinum solum esse confitendi omnia peccata mortalia semel in vita, & quia hoc præceptum in aliquo tempore vitæ implendum est: Inde oritur, ut qui confitutus jam in articulo mortis, nondum implevit tale præceptum confitendi mortale, teneatur tunc confiteri, quia jam positus in periculo, vel articulo

mortis, non restat juxta moralem estimationem aliud tempus, in quo tale præceptum impleatur. Unde non est aliquid argumentum, quod aliquid aliud probet circa hanc obligationem, ut Sanctus Thomas, Scotus, & Gabriel supra citati dixerunt.

6. Secum hæc omnia probabiliter dicta sint, non minus probabiliter docet Granadus in 3. part. D. Thoma controvers. 7. tract. 1. disp. 7. n. 5. quod præceptum Divinum Sacramenti pœnitentiæ suscipiendi, per se obligat extra mortis articulum. Sic sentiunt Covarr. in cap. Alma mater, part. 1. §. 1. n. 6. conclus. 2. Petrus de Ledesma in summa part. 1. de confessione cap. 9. conclus. 6. Victoria in summa q. 21. Sotus distinct. 18. quest. 1. artic. 5. Henriquez lib. 1. de Pœnitentiæ cap. 3. §. 4. & docti recentiores. Nec Sanctus Thomas loco supra relato nobis contrarius est: solum enim contendit, non esse per se loquendo, determinatum tempus, in quo obliget præceptum Divinum confessionis, secluso articulo mortis, quod quidem verum est, ut patebit ad secundam confirmationem; non verò negat, vagè in hoc, vel illo anno, seu aliquoties in vita obligare. Et eadem est mens Durandi, Gabrielis, atque Valentia.

7. Probatur assertio ratione: Præceptum Divinum suscipiendi Sacramentum Pœnitentiæ oritur ex eo quòd sit medium ex Divina institutione necessarium ad salutem; ergo per se loquendo, non obligat solum in articulo mortis, sed etiam in vita. Antecedens videtur certum omnino, & constat ex prima assertione. Consequentia verò probatur, quia institutio Sacramenti pœnitentiæ tanquam medijs, non est solum ad consequendam salutem in extremo periculo vitæ, sed ad restituendam vitam spiritualem post Baptismum deperditam: propterea enim à Trident. sess. 14. Can. 12. & alijs Patribus appellatur secunda tabula post naufragium, quia nimirum non solum illo utendum est, cum certa imminet mors, sed etiam cum est spes evadendi, & cum re ipsa evaditur mors. Et idem Trident. Canon. 1. definit institutum esse à Christo Domino Sacramentum pœnitentiæ pro fidelibus, quoties post Baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis: Ergo, cum vita spiritualis sæpe amittatur, sæpeque fideles in peccata labuntur, cum non est periculum proximum mortis corporalis, non solum erit necessarium necessitate medijs, ac proinde præcepti Divini in articulo mortis, sed etiam aliquoties in vita.

8. Confirmatur primò, quia non minus necessaria est realis susceptio Sacramenti pœnitentiæ homini lapsò, quam realis susceptio Eucharistiæ homini justo; sed per se loquendo tenetur homo justus ex vi præcepti Divini aliquoties in vita accedere ad Eucharistiam: ergo homo lapsus tenebitur per se loquendo, ex vi præcepti Divini accedere aliquoties in vita ad Sacramentum pœnitentiæ.

9. Confirmatur secundo, quia ita se habet pœnitentiæ ad fidelem lapsum, sicut Baptismus ad infidelem, ut docet Trident. sess. 4. cap. 2. & Sanctus Thomas supra eodem modo explicat utriusque Sacramenti obligationem: sed hic ante mortem tenetur non solum credere, sed baptizari, ut in materia de Baptismo tr. 4. disp. 2. cum Suarez, Valentia, & Henriquez probatum est: ergo, & ille accedere ad pœnitentiæ.

10. Et hanc opinionem præter Doctores citatos tenet etiam Amicus in cursu Theol. 1. 8. disp. 17. sect. 4. n. 52. qui citat Vasquez, Valentiam, Nugnum, Sotum, & alios. Quoniam, ait ipse, cum hoc Sacramentum non tamen sit institutum ad remittenda peccata

NTON
Opera
1311
E III

in Res.
p. 2. de in
alij sp.
2000.

§. 1. hoc
casu in fi-
ne no-
quod im-
verò, quod
in corio.
& est bre-
viter in 1-
tra Res.
114. are
mili. rest.
de hanc do-
vni solum
molum.

§. 1. hoc no-
tum in 1-
tra Res.
in ju-
lic. in
1. 1. 4.
& hic
à in Res.

prima
lic. hunc
li. infra
tes. 8. 11.
& in 1-
Res. 11.
sed in
ceptio.

up. hoc
1. 3. 11-
doctrina
1. 4. post
ium. 1.
& in 1-
ex Res.
9. Sol.
pe hinc.

peccata præterita, sed etiam ad præcavenda futura; cumque efficacissimum frantum sit ad peccata præcavenda, obligatio ea distinctè alteri homini manifestandi; cum hoc maximè abhorreat humana superbia, quæ in omnibus suam semper querit æstimationem, & famam apud homines, non fuit expediens, illud usque in articulum, vel periculum mortis differre, eo quod tunc non haberetur alter principalis finis, propter quem hoc Sacramentum est institutum, ut per illud homines à peccatis committendis abstinere, & eaque facilius præcaverent. Qui fructus, & emolumentum neque per contritionem, neque per alia media haberi potest.

1. Confirmatur: nam sapientissimus Deus hoc Sacramento non solum voluit humana occurrere imbecillitati, remittendo peccatori peccata sola attritione disposito; sed etiam efficaciam frantum hominibus imponere, ne tam facile in peccata prolaberentur: quod hoc medio suavius, efficaciusque excogitari non potuit, ut si non amor Creatoris, vel metus futuræ gehennæ, saltem præfens respectus humanus, & naturalis horror manifestandi occulta sua scelera alteri homini, homines à peccando compesceret.

RESOL. LXVII.

Dato, quod præceptum divinum confessionis obliget extra articulum mortis, queritur, quo alio tempore obliget?

Et an, si Pontifex abrogaret præceptum Ecclesiasticum confitendi singulo anno, remaneret præceptum divinum vage, & indeterminatè?

Idem est de præcepto Eucharistico, in quo casu valide, sed illicitè Pontifex posset abrogare Eucharisticum præceptum.

Et quid cum aliquo in particulari in utroque casu?
Ex part. 1. 1. tract. 8. & Misc. 8. Resol. 3. 9.

Quoad omnem contentum in hac Res. in tom. 3. et lege doctrinam Res. 25. & 26. per totas, & 51. & 52.

§. 1. **A**D hoc dubium sic respondet Granadus in 3. part. D. Tho. controvers. 7. ar. 1. disp. 8. n. 8. seclula verò lege Ecclesiastica, vix potest quidpiam præscribi: nam primò non obligat, cum primò homo peccat, ut rectè probat argumentum. Secundò non obligat, quando si differatur confessio, obliviscetur homo suorum peccatorum: tum quia, qui illa scriberet, non timeret oblivionem, & sic cessaret obligatio præcepti: tum etiam, quia homines præsertim vitiosi varia peccata obliviscuntur eò quod semel in anno confiteantur: & tamen nemo obligabit illos per se loquendo ad frequentiores confessiones. Tertio non mihi placet quod Henriquez supra §. 4. docet scilicet gravem conscientia remorsum esse signum instantis præcepti: nam ob aliquam vehementem inspirationem Divinam solet semel & iterum, & sæpè sentiri gravis conscientia remorsus, & non propterea obligabitur peccator Divino præcepto ad confitendum sæpè singulis annis. Quarto idem Henricus ait, forsan quolibet quinquennio obligare hoc Divinum præceptum. Sed fortè hoc tempus longum est. Quintò verisimile est, quod Dominicus Soto ubi supra, §. sed arguitur rursus, annotavit, hoc tempus Ecclesiæ definiendum relictum fuisse à Deo: quare qui intra annum confitetur, præceptum hoc Divinum implet: si tamen (inquit) ultra biennium confessionem differret, imò forsan ultra annum, non esset satis Christianæ familiæ consultum,

Et Victoria supra, de jure, inquit Divino tenetur confiteri, quando Ecclesiæ determinavit. Et Ledesma supra: Si quis per annum, vel paulò plus differret confessionem, peccaret contra præceptum Divinum confitendi. Hucusque Granadus.

2. Sed sententiam Henriquez, quam ipse forsitan laxam existimat, tanquam probabilem admittit doctus, & amicissimus P. Anton. Escobar in Theologia moral. ultima editionis, tract. 1. ex. am. 12. cap. 1. n. 3. ubi sic ait: Quidnam obligationis tempus? Ut minimum articulus mortis esset, si paulò ante non esset impletum. Scio probabiliter defendi obligare quarto, vel quinto quoque anno, nisi jam ab Ecclesiæ annua confessio esset imperata. Ita ille.

3. Vide etiam Amicum in curs. Theol. tom. 8. disp. 17. sect. 4. n. 60. & Præpositum in 3. part. q. 3. de confessione dub. 4. n. 21. ubi sic ait: Divinum præceptum videtur etiam per se obligare aliquoties in vita. Probatur ex eo, quod contritio videatur hoc modo obligare extra mortis articulum, cum ergo præceptum confessionis videatur esse appendix præcepti contritionis, videtur similiter aliquoties in vita obligare.

4. Dices, non potest assignari tempus, quo præcisè obliget, ergo præcisè determinatione Ecclesiæ non obligabit.

5. Respondeo, negando consequentiam: quia licet non possit dari præcisè tempus, quo præceptum urgeat, potest tamen probabiliter assignari terminus, quem si quis transgrediat, sit reus peccati contra illud præceptum commissi: quemadmodum licet non possit assignari ab homine indivisibilis terminus, quo præcisè obliget præceptum charitatis ad amorem Dei super omnia, non ideo videtur posse probabiliter dici, quod illud non obliget extra mortis articulum. Ad asserenda hujusmodi præcepta sufficit, quod ex fine illorum colligatur nos videri teneri ad eam per illam præscriptum aliquoties in vita ponendum, & ut ratio suadeat, esset peccatum nimium expectare, spectato fine præcepti. Qua ratione spectato fine præcepti Divini confessionis, qui est reconciliatio hominis cum Deo, non videmus posse differre confessionem ultra sex, vel saltem septem annos. Ita ille.

6. Unde ex his apparet, quod si Summus Pontifex abrogaret præceptum Ecclesiasticum confitendi singulo quoque anno, remaneret præceptum Divinum confitendi vage, & indeterminatè, modo quo supra explicatum est, prout diversimodè sentiunt Doctores; & ideo alij dicerent non obligare nisi in articulo, & periculo mortis; alij verò dicerent in singulis quinquenniis, ut præter alios Valb. in cap. omnis utriusque sexus de pœnit. n. 10. Alij verò eò modo quo supra explicatum est.

7. Notat verò, quod in tali casu Pontifex validè abrogaret præceptum Eucharisticum, sed tamen illicitè; Unde Amicus ubi supra disp. 18. sect. 3. n. 22. sic asserit: Respondeo omnino esse in Summo Pontifice auctoritatem, non solum in hoc præcepto dispensandi, vel in longinquius tempus differendi, sed penitus abrogandi. Fundamentum est: quia Pontifex habet supremam potestatem in omnibus leges, & præcepta humana. Abrogato autem præcepto Ecclesiastico, maneret tantum præceptum Divinum, vage, & indeterminatè obligans. Si verò queratur, an id licitè fieri possit, communis sententia est: numquam licitè fieri posse, ut illud omnino abrogetur, cum nulla dari possit rationabilis causa talis abrogationis. * Tamen licitum esse possit, ut cum aliquo in illo interdum dispensetur, vel in diuturnius tempus differatur. Ita ille, & Ego.

Ergo, cui etiam adde Averſam de Sacrament. Pœnit. quæſt. 15. ſect. 1. §. 4.

RESOL. LXVIII.

An præceptum confessionis obliget propter periculum incidendi in plura peccata, ſi differatur confefſio? Ex part. 1. 1. tractat. 6. & Miſc. 6. Reſolut. 60. alias 62.

Ad hoc dubium reſpondet Joannes Pontius in *Curs. Theol. diſp. 45. q. 6. conl. 2. n. 3*. Queritur hic, an hoc præceptum obliget ad conſtitendum propter periculum incidendi in plura peccata, ſi diu maneat abſque confefſione. Affirmativam partem tenent Cajet. Petr. de Soto, Suar. Filliuc. Fagund. citati à Cardin. de Lugo, qui tenet oppoſitum, & dicit id eſſe de mente Theologorum communiori, quod an verum ſit nolo examinare. Sed certè fundamentum præcipuum ipſius non ſufficit: nempe quod frequentia confefſionis ideo conducit ad vitanda peccata, quia conſtitens dolet efficaciſſe de peccatis, & proponit ea evitare; ex vi autem talis doloris, & propoſiti magis determinatur ad non peccandum: ſed ſine confefſione poteſt habere hujusmodi dolorem, & propoſitum: ergo non eſt neceſſaria iplamet confefſio. Hoc inquam fundamentum non ſufficit, quia major eſt falſa; illa enim non eſt ſola cauſa; ſed quia per confefſionem ponitur in ſtatu gratiæ ereptus à ſervitute demonis, & propterea majorem habet congruitatem, ut recipiat à Deo gratiam ſuperandi tentationes occurrentes, quam ſi eſſet inimicus Dei ob ſtatum peccati.

2. Itaque concludo cum Authoribus partis affirmativæ, addendo tamen, quòd obligatio currat quando ſine magno detrimento quis conſiteri poſſet: nam ſi tale occurreret, poſſet proponendo vitare peccata, ſperare non deſuturam gratiam qua tentationes ſuperaret.

3. Objicies: præceptum Eccleſiaſticum de confefſione ſemel in anno eſſe ſuperſuum; ſi quis teneretur communius conſiteri, & hinc etiam oritur, quòd fideles poſſent colligere ſe non eſſe obligatos ad frequentius conſtitendum ex mente Eccleſiæ; quæ non limitaret tale tempus, ſi putaret eos obligari ad id frequentius faciendum.

4. Reſpondeo negando ſequelam, quia illud præceptum haberet hanc utilitatem, ut moverentur fideles ad non continuandum peccatum non conſtitendi, quòd committerent omittendo confefſionem ſemel, & ſæpius in anno ultra annum; & etiam ut præcepto Eccleſiæ magis invitarentur ad faciendum id, ad quòd aliàs obligarentur. Nec verum eſt, quòd ex illo præcepto fideles poſſint rationabiliter colligere, quòd non habeant obligationem ſæpius conſtitendi: ſed tantum quòd non habent illam ex obligatione Eccleſiæ. Et hæc omnia docet Pontius *loc. cit.* quibus adde Coninch, Granadum, Fagundez, Nugnum, Filliuc. Molfeſium, quos citat Leander.

5. Sed ego non aſſentior opinioni negativæ Cardinalis Lugo quam latè tractat, & firmat de *pœnitent. diſputat. 15. ſect. 4. non. 22. cum ſeqq.* & illam docet etiam Reginald. *tom. 1. lib. 6. cap. 1. non. 29.* ubi ſic ait: Secundum dubium eſt, an obligatio conſtitendi tunc contingat cum confefſio cenſetur eſſe medium moraliter neceſſarium ad ſuperandam aliquam tentationem, ſeu occaſionem peccandi.

Tom. I.

6. De eo autem tria videntur tuenda. Primum eſt negari non poſſe quin frequentè conſiteri, ſit optimum, & utiliſſimum remedium adverſus tentationes; quoniam per confefſionem ritè obitum, anima pondere peccatorum exonerata, & divini gratiæ habitu tecta, & roborata, valentior redditur ad ſpiritualem pugnam.

7. Secundum eſt, propoſitam neceſſitatem moraliter loquendi non niſi rarò poſſe contingere: quia cogitari non poteſt caſus in quo nequeat tentatio ſuperari, aut novum peccatum mortale vitari, aliter quam per confefſionem Sacramentalem. Nam ad vincendam quamcumque tentationem, & periculum peccandi mortaliter ſuperandum, poteſt ſufficere divinum auxilium excitans nos, & adjuvans. Quòd non dari efficacè niſi præcedente ſacramentali confefſione, nulla ratio perſuadet; præſertim cum ipſa confefſio, ut debite fiat, requirat potius ſuperationem tentationis, quàm contra; quandoquidem conjunctum habere debet firmum propoſitum non peccandi mortaliter de cætero, data quacumque occaſione, quòd eſt tentationem ſuperaffe.

8. Tertium eſt: dato caſu, in quo revera hic, & nunc in hac perſona, & cum his circumſtantis confefſio exiſtimatur eſſe medium neceſſarium ad vincendi tentationem, & periculum peccandi mortaliter, tunc obligationem eſſe conſtitendi, non quidem ortam ex præcepto confefſionis, ſed ex præcepto quo homo tenetur vitare peccatum illud, de quo tentatur cum lapſus periculo. Tale enim præceptum obligat, ut ad vitationem peccati, ſic & ad media, quæ ſunt ad illam neceſſaria: ſicque confefſionem omittendo in eo caſu mortaliter peccatur, non quidem transgreſſione præcepti divini de confefſione: ſed alterius per quòd prohibetur peccatum illud, cuius probabili periculo quis exponit ſe per eam omiſſionem. Ita Reginaldus, cui adde dictum Leandrum *de Sacram. tom. 1. tr. 5. diſp. 3. q. 17.* ubi teſtatur, eam ſententiam docuiſſe duos magnos viros ſuæ digniſſimæ Religionis Fratrem Franciſcum à Sancto Juliano, & Fratrem Eugeniũ à Sancto Gregorio. Et probat ſupradictam ſententiam, quia ad hoc quòd confefſio in eo caſu obligaret, deberet quis ſibi perſuadere, illam eſſe unicam, & ſingulare remedium ad vitanda peccata: ſive in communi, ſive in particulari, & hæc perſuaſio eſſet falſa, cum revera confefſio non ſit tale remedium: Ergo. Minor probatur primò, quia plura alia remedia reperiri poſſunt, ut jejunia, flagellationes, &c. Secundò; quia licet confefſio ad hoc utiliſſima ſit; non tamen eſt remedium efficacè, & infallibile; nam confefſio ſolum habet efficaciam circa peccata præterita: circa futura verò licet habeat aliqualem, non tamen infallibilem: ergo tota obligatio hæc provenire ſolam poteſt ex falſa hominis perſuaſione: ergo ſolam intervenire poteſt hic obligatio, quam quis per conſcientiam erroneam ſibi imponit.

9. Remanet igitur ſatis probabiliter firmata noſtra ſententia contra Pontium, & alios, quæ à multis ſcrupulis, & obligationibus liberabit Confefſarios, & Pœnitentes, & iplimet adverſarij, ut Pontius, velint, nolint, tanquam probabilem conantur admittere.

RESOL. LXIX.

An propter periculum incurrendi nova peccata teneantur fideles ad conſtitendum frequentius, quam ſemel in anno?

M E

Respondeo affirmativè; nam, ut advertit Hurtado de penitentia, disputat. 8. dispo. 4. conveniunt communiter Doctores eum, qui non potest aliter confiteri, quam nutibus, aut aliis signis distinctis à voce, & à scriptura, ad id tene-ri tempore præcepti, sive pure divini, sive annuæ confessionis, quia confessio potest absque incon-venienti dictis signis fieri; & ideo Naldus in sum- ma, ver. mutus, num. 1. sic ait: Mutus & surdus à nativitate potest confiteri, & absolvi; sed hoc in- tellige de muto & surdo admodò perspicacis ingenij, quod signis & nutibus percipiat, vel saltem in ge- nere detestationem peccati, & propositum abiti- nendi de cætero, & secundo urgeat necessitas præcepti confessionis; & primum dictum satis pro- batur, quia aliàs iste actus judicialis indebitè exercetur, nempe absque causæ cognitione. Se- cundum autem appetitè deducitur à simili de ameni- tibus à nativitate, quibus non est danda Eucha- ristia, nec quidem in articulo mortis, nisi cum aliquando erant suæ mentis compotes, devotio- nem ostenderint in hujusmodi Sacramento. Sancti Thom. 3. parti. quest. 80. art. 1. & tandem idem probatur à simili de muto solum, & ignorante idioma Confessarij, qui potest confiteri, & absol- vi tempore præcepti, si tamen explicet aliquid quod à Confessario intelligatur. Ita Naldus, Cui adde Leonem de officio Confess. p. 1. recollectio. 18. num. 97. & Megala in instruct. part. 1. lib. 5. cap. 8. num. 11. asserentes in tali casu sufficere mutum explicare ea peccata, quæ potest judicio prudentis. Idem etiam docet Valboa in cap. omnis utrius- que sexus, de penit. n. 37.

2. Notandum est etiam hîc Antonium Fernan- dez in Instruct. Confess. p. 1. document. 4. n. 33. do- cere, Confessarium tempore quo obligat præcep- tum confessionis, posse absolvere mutum, qui præbet signa doloris, etiam si nullum possit ex- ejus signis intelligere peccatum, & alius non ab- sit Confessarius, qui melius intelligat, quod à fortiori procedit in articulo mortis.

RESOL. LXXII.

An mutus, si sciat scribere, teneatur confiteri per scripturam, ut integram faciat confessionem? Ex p. 5. tract. 6. Ref. 4.

Affirmativam sententiam docet Petrus de la Fay de penit. in addit. 3. p. D. Thom. quest. 9. art. 2. disput. 2. conclus. 4. Fagund. ubi in- fra. Megala in Instruct. part. 1. lib. 5. cap. 6. num. 6. Henriquez lib. 2. de penit. cap. 3. num. 8. & Grana- dus de Sacrament. in 3. parti. D. Thom. controu. 7. tract. 1. disp. 9. sect. 1. num. 4. ubi sic ait: Mutus, qui novit scribere, debet per scriptum confiteri sub ea cautela, ut in una papyro referat numerum, in alia habeat scriptas species peccatorum. Proba- tur, quia qui obligatur aliqua lege, præsertim Ec- clesiastica & magni momenti, maxime si ordi- natur ad implendam legem divinam, tenetur adhi- bere diligentiam, & apponere media saltem non magnæ difficultatis ut legem servet; sed lex annuæ confessionis est Ecclesiastica & magni momenti, ordinaturque ad implendum præceptum divinum confessionis, quia alioqui non constat extra mor- tis articulum de tempore determinato quo per se obligat: ergo qui obligantur hac lege, tenentur adhibere diligentiam, & apponere media non ma- gnæ difficultatis ut illam servent. Rursus scribere

Tom. I.

peccata, & scripto confiteri, non est medium ma- gnæ difficultatis: ergo qui aliter non potest, te- netur scripto confiteri. In hoc certè discursu ni- hil est quod indigeat probatione, præter ultimum antecedens, quod facile persuadetur; nam scri- bere peccata non est tam immensus labor, & cum mutus ea revocat in memoriam, potest simul scri- ptis mandare. Deinde ea tradere scripta Confessa- rio potius diminuit ruborem, quo suffunditur, qui verbis propriis ea declarat. Periculo autem publi- cationis potest facillime occurrì; nam ex propria domo usque ad Ecclesiam potest charta in mani- bus afferri ne decidat, & cum primum lecta sit à Confessario potest comburi, aut in minutissimas partes discindi; non est ergo periculum publica- tionis, quod alicujus momenti sit: quòd si aliquan- do contingat chartam ea lere, aut propter incu- riam non discindi, & sic in manus aliorum deve- nire, id certè raro continget, & propter casum tam præter communem rerum eventum non est deob- ligandus homo à lege tanti momenti; sic enim etiam accidere potest à Confessario non servari sig-illum, aut confessionem aulici ab alio quàm à Confessario, & non propterea licet absolute deob- ligare homines ab hoc præcepto. Huc usque Granad. cui etiam adde Alphonium de Leone de officio Confess. p. 1. recollect. 15. n. 34. & Doctores, quos citat & sequitur Hurtado de penit. disput. 8. offic. 4. hæc opinio est probabilis.

2. Sed non minus probabilem contrariam sen- tentiam esse existimo, quoad fatentur ipsimet ad- versarij: unde Fagundez p. 2. lib. 1. c. 6. n. 9. ubi sic asserit: Dubium tamen est utrum excludatur pœ- nitens ab obligatione confessionis Quadragesimæ, quando non potest confiteri nisi per scriptum, præ- sente tamen Confessario, quia, verbi gratia, vel pœnitens est mutus, vel Confessor furvus, & non potest se aliis nutibus ipse pœnitens explicare; & certè hæc de re opinio est pro utraque parte pro- babilis. Ita ille. Et ideo Naldus in summa, verbi. Mutus, num. 2. sic ait: Mutus etsi sciat scribere, non tenetur confiteri propria peccata per scriptu- ram, tradendo nempe ipsam Confessario legen- dam; & ratio est, quia talis modus confessionis de se est publicus, est enim scriptura de se publi- ca, unde exponit se pœnitens probabili periculo amittendi scriptum, & quamvis non exponat, quia statim potest rumpi, tamen ille modus con- fiteri est de se & ex natura sua publicus, & ne- mo tenetur sic publice confiteri, ne periculo infamie se exponat, non enim præcepta Ecclesiastica cum tanto rigore obligant. Deinde non tenemur ex vi præcepti confessionis confiteri per interpre- tem, quamvis Catholicus & fidelis sit, & quam- vis ad sigillum teneatur, quia ille modus confes- sionis de se est publicus: ergo neque etiam ex vi ejusdem præcepti annualis confessionis tenebimur confiteri per scriptum, cum æque publicus hic modus confessionis sit, atque ille. Et ita hanc sen- tentiam docent etiam Martinus Ledesma in 2. p. 4. quest. 8. artic. 3. Victoria in summa, num. 173. Dominicus Sotus in 4. distinct. 18. questione secun- da, artic. 6. Navarrus cap. 21. num. 36. Barbo- sa in Decret. Gratian. pari. 2. de penitent. dist. 2. cap. 89. num. 3. Valentia tom. 4. disput. 7. quest. 11. punct. 1. & alij: Unde, ut dixit, utraque opinio est probabilis.

M 2 RESOL.

RESOL. LXXIII.

An surdus reneatur confiteri, & quid cum eo agere debeat Confessarius?

Et si saltem sciat scribere, an reneatur scribere, & confiteri per scripturam? Ex part. 5. tract. 6. Resolut. 5.

Sup. hoc infra in Ref. 123. à lin. 1. & supra ex Ref. 63. §. ex dictis, in fine.

§. I **A**D hoc dubium respondet Possévinus de officio Curato, c. 7. num. 15. ubi sic ait: Quæritur quid agendum cum surdo? Respondetur, caveat Curatus ne ab aliis audiatur. Excipiat illius confessionem in remotiori, & hunc non interroget, nisi de puris necessariis in mortalibus, & evitet fatigationem suam, & surdi, si novit scribere, bonum erit, scribat peccata venialia generali collatione, faciat confiteri. Ita ille. Sed ex superiori resolutione satis probabiliter firmatum est, neque surdum teneri scribere peccata.

Sup. hoc lege doctrinam Ref. præterita, & aliarum ejus not.

RESOL. LXXIV.

Exponitur casus curiosus de confessione quadam valida per litteras, videlicet in Anglia aliquis Catholicus cum esset ad mortem damnatus, & Hæretici nolent permittere confiteri cum Confessario Catholico, si haberet commoditatem scribendi ad aliquem Confessarium, an possit per litteras confiteri, & rogare Confessarium, ut se immisceret inter adstantes prope patibulum, & illum tunc presentem, & Confessarium intuentem, voce secreta illum absolvere?

Et deducitur posse Confessarium absolovere moribundum, si internuntius, qui vocavit Sacerdotem nomine ægroti, & postea non adest præsens coram Sacerdote & ægroti, quando Sacerdos absolvit moribundum sensibus destitutum. Ex p. 11. tr. 7. & Miscell. 7. Refol. 30.

Sup. hoc infra in Ref. 76. signanter in §. 1. à verb. ut pro hac, & in §. ult. & legem etiam Ref. & §. annot. primæ post seq. hujus Refol.

§. I **H**is diebus de hoc casu interrogatus fui, videlicet si in Anglia aliquis Catholicus esset ad mortem damnatus, & hæretici nolent permittere illum confiteri cum Confessario Catholico, si haberet commoditatem scribendi ad dictum Confessarium, an possit per litteras confiteri, & rogare Confessarium, ut se immisceret inter adstantes prope patibulum, & illum tunc presentem & Confessarium intuentem voce secreta absolvere? Casus quidem est non minus curiosus, quam difficilis. Et prima facie negativè videtur respondendum, stante decreto Clementis VIII. unde novissimè Pater Pasqualigus firmavit in Theol. tom. 2. disp. 82. sect. 8. num. 42. Non solum non posse absolvi absentem, sed nec confessionem fieri absenti in ordine ad absolutionem obtinendam à presenti; de sumitur ex eodem decreto Clementis VIII. nam damnavit utramque propositionem, nempe & quod possit fieri confessio absenti, & quod Confessarius possit absolovere absentem; unde Paulus V. die 18. Augusti 1605. decrevit, ut ex tractatu de penitentia quem ediderat Suarez, deleteretur sect. 4. disp. 21. quia in ipsa tenebat, quod licet non possit absolvi absens, possit tamen confessio fieri per litteras absenti, & ita explicabat decretum Clementis VIII. Probatur, quod confessio fiat secreto apud solum Sacerdotem, ut est in praxi atque adeo coram ipso personaliter, est ex institutione

Christi, ut decernit Tridentin. sess. 14. can. 6. Ergo non potest confessio Sacramentalis, qua sufficit pro Sacramento fieri absenti. Consequentia probatur. Validitas Sacramentorum pendet ex institutione Christi, ita ut si aliter fiant, quam instituta sint, non sint valida. Ergo confessio facta absenti non erit sufficiens pro hoc Sacramento: unde Tridentin. cap. 2. sess. citat. docet: Quod Christus voluit peccatores fisci ante Tribunal Confessarij tanquam reos. Ita Pasqualigus. Unde Alvarez, & alij asserunt, quod licet Confessarius possit absolovere moribundum, si accersivit confessarium pro internuntium, vel per litteras, & adveniens Sacerdos ægrotum invenit impotentem ad confessionem faciendam, & ad alia signa sensibilia, adstantes tamen fide digni affirmant ægrotum voluisse confiteri; Negant tamen posse Confessarium absolovere moribundum, si internuntius qui vocavit Sacerdotem nomine ægroti, monuit quidem Sacerdotem voluntatis penitentis, & postea non adest præsens coram Sacerdote, & ægroti. Sicut etiam putat in supradictis duobus casibus infirmum confiteri per litteras, & nuntium contra decretum Clementis VIII. Ergo erit illicitum.

2. Sed ego ad omnes casus supradictos affirmative respondendum esse censeo, quia dictum decretum Clementis VIII. non officit in supradictis casibus, & non est intelligendum in casu necessitatis, quando aliter confiteri non potest, & quando licet confessio efficiatur per litteras, vel per nuntium, tamen absolutio datur à Confessario præsentem penitente, ut accidit in casibus supradictis, loquitur igitur decretum Clementis VIII. de confessione stricta, non autem de confessione minus stricta, & in universaliori acceptance ut probat, & explicat Cardinalis Lugo ubi infra sect. 4. n. 72. & Leander. Dico igitur moribundum posse absolvi à Sacerdote præsentem, licet testes non repeant testimonium coram ipso infirmo. Quia quamvis dicta per testes confessio facta fuerit in absentia, tamen postea absolutio datur in presentia penitentis, quod sufficit ad valorem Sacramenti, ut non fiat contra decretum Clementis VIII. Nam illa confessio facta à penitente per testes non est confessio strictè, sed magis universaliter sumpta, quæ in defectum rigorosæ confessionis acceptatur ad profertentiam sententiam absolutionis. Decretum autem Clementis VIII. solum loquitur de confessione strictè accepta, quæ fieri nequit nisi in presentia Confessarij.

3. Et ita hanc sententiam latissimè, & doctissimè probat Pater Bardi in selectis lib. 10. q. 13. per totam omnino videndus, & me citato Eminentissimus Cardinalis Lugo de Sacram. Penit. disp. 18. sect. 1. n. 35. ubi sic ait: Alij generaliter loquuntur, quomodocumque illud confitendi desiderium Confessario innotuerit, posse Sacerdotem absolovere penitentem presentem sensibus destitutum. Pro qua sententia plures assert idem Diana loc. cit. dicens illam esse probabilem, quod idem affirmat Bonacina in eam magis inclinans in presentia disp. 5. q. 5. sect. 2. punct. 2. §. 4. n. 10. & in nona editione tom. 3. disp. 2. de censur. q. 3. punct. 33. ubi dicit ita Romæ à multis judicatum fuisse. Quod quidem videtur esse omnino juxta mentem, & verba Pauli V. in Rituali Romano, ubi absque ulla limitatione, aut distinctione dicitur: Si desiderium confitendi per se, vel per alios ostenderit, absolvendus est. In casu autem posito verificatur tota illa conditio, cum infirmus per alios desiderium confitendi ostenderit

ergo

ergo juxta regulam illam à Pontifice propositam absolvendus est. Quod ipsum ex aliis decretis supra adductis colligitur, quæ absque tali limitatione loquuntur. Si enim in Arausiano dicitur: Si voluntatis præterite testimonium aliorum verbis habeat. Et in Carth. dicitur: Dent testimonium, qui eum audierunt. Et in decreto Eusebij Papæ dicitur: Si idonea testimonia habuerit, quod ipse pœnitentiam petisset. Denique S. Thom. in dicto opusc. 65. generaliter dixit: Si infirmus qui petit absolutionem amittit notitiam, vel loquelam antequam Sacerdos adveniat, debet à peccatis absolvi. Cum non petatur talis conditio testimonij in præsentia ipsius infirmi exhibendi, non est cur à nobis talis conditio apponatur.

4. Ratio autem sumitur ex dictis sect. præced. quia nimirum illa non est confessio strictè, sed magis universaliter sumpta, quæ in defectum strictæ confessionis acceptatur ad proferendam sententiam absolutionis. Decretum autem Clementis VIII. loquitur, ut diximus, de confessione strictè accepta, quæ fieri non potest valide aut licitè, nisi in præsentia Confessarij. Nec obstant verba Leonis Papæ: nam ipse mentionem fecit testimonij circumstantis: quia ita communiter fieri solet, quod præsentis sint, qui testantur voluntatem, & desiderium infirmi. Sicut ob eandem rationem dixit, testimonia fidelium circumstantium, quia nimirum semper solent illi esse fideles, & tamen si fideles non essent, sed infideles, fide tamen digni, & de quorum veracitate non dubitaretur, non negaret Leo illud testimonium sufficere, parum enim refert character testificantis, cum testificatio illa non ordinetur ad conferendū Sacramentum ipsi testificantis, cuius infidelis non esset capax, sed solum ad manifestandam voluntatem infirmi; & ad faciendam fidem de illa, ad quæ non est incapax infidelis. Sicut ergo non alligatur S. Leo ad testimonium fidelium, ita nec ad testimonium solum circumstantium. Et hæc omnia docet Lugo ubi supra; cui adde Leandrum de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 5. q. 45. & omnia superius dicta docet etiam novissime Martin. de San Joseph in mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tr. 6. de pœnit. n. 6. ubi hæc asserit: [Y aunque los testigos que dicen al Confessor las señales de penitencia del penitente (que ya carece de sentido) bastará el testimonio para que el Sacerdote le absuelva debaxo de condicion; Porque el decreto de Clemente Ottavo que prohibe absolver en ausencia, se deve entender quando la confession, y absolucion son en ausencia, y no quando la absolucion es en presencia;] Quia verba legis sunt accipienda secundum sensum grammaticalem, & in priori significato, l. 1. §. qui in perpetuum, ff. si ager vestigal. l. 1. §. si is, qui navem, ff. de exercit. action. §. quod jus quidem civile instituta, de jur. nat. gentium, & civil. c. penult. de sent. excomm. & debent intelligi in eo significato qui est aptior, l. quoties idem serm. ff. de reg. jur. Ita Martinus.

5. Nec obstat dicere cum aliquibus adversariis, quod pœnitens ut pœnitens debet esse præsentis Confessario, at homo ut se accusans est pœnitens ut pœnitens: ergo homo, ut se accusans debet esse præsentis Confessario. Nam respondet Bardi ubi supra §. 3. n. 7. distinguendo, pœnitens ut pœnitens debet esse præsentis, quando recipit absolutionem, concedo: quando facit confessionem, nego: (loquendo in casu necessitatis, & essentialiter distinguo etiam minorem, homo ut se accusans sive per se ipsum immediatè, sive per alium & mediatè concedo, semper per ipsum immediatè nego minorem, Tom. 1.

codemque modo distinguendo consequens; In primo sensu concedo, in secundo verò nego consequentiam.

6. Nec etiam obstat dicere cum Alvarez & aliis, quod si moribundus validè confitetur per inter-nuncium absentis Sacerdoti, etiam sanus hoc modo valide confitetur, sed hoc est absurdum, ut omnes fatentur; ergo, &c. sequela probatur, quia casus necessitatis cum non mutet essentialia Sacramenti, non facit ut confessio valida sit invalida.

7. Respondeo, confessionem invalidam ex multiplici capite provenire posse; videlicet ex defectu integritatis, ex defectu dispositionis, &c. in casu autem qui ponitur confessio facta absentis sine ulla necessitate erit invalida, quia pœnitens aperiendo conscientiam, & peccata per internuncium absentis Sacerdoti, & sine ulla necessitate, peccat contra Ecclesiæ præceptum, & consequenter ex defectu dispositionis non perficitur Sacramentum; non autem erit invalida ex defectu sufficientis materiæ: hoc ipsum concedere debent adversarij: nam admittentes confessionem factam per testes coram moribundo, aiunt absque necessitate hoc fieri non posse, ac proinde retorqueri potest idem argumentum. Et tandem non obstant verba Catechismi, quo sic habetur, *Nemin omnino neque per nuncium, neque per literas peccata confiteri licet*: ergo Catechismus damnat confessionem factam absentis; nam respondet doctissimus Bardi, locum citatum esse intelligendum per se, non autem in casu necessitatis & per accidens, quando aliter fieri nequit, & patet hoc modo locutum fuisse Catechismum, quia præscribendo modum quo facienda sit confessio, videlicet secretè & occultè, subdit illa verba citata, & tamen certum est confessionem interdum fieri posse cum aliis, & hoc admittere debent adversarij, dum volunt validam esse confessionem in casu necessitatis, si fiat per alios testantes coram moribundo sensibus destituto. Ergo, &c.

8. Patet igitur ex superius dictis satis probabiliter in casu proposito posse reum, cui denegaturum est confiteri cum Confessario Catholico, scribere ad ipsum per Epistolam peccata sua, non ut in absentia absolvatur, nam hoc esset contra decretum Clementis, sed ut postea, quando ipse duceretur ad patibulum, & esset præsentis coram ipso Confessario tunc illum absolvere. Nam in tali casu ex necessitate, nec valens aliud agere confitetur per scriptum, & Confessarius postea absolvit illum præsentem, sicuti asserunt DD. posse Confessarium postquam ex oblivione dimisit pœnitentem absque absolutione, posse illum, inquam absolvere, dum adhuc extare in Ecclesia videt. Itaque in nostro casu ut in simili docet Ylambert. in 3. p. tom. 3. de Sacram. pœnit. disp. 18. sect. 10. n. 3. Decretum Clementis non obstat, nam pœnitens ille, videlicet reus, est non tantum corporaliter præsentis, dum absolvitur, sed etiam ipsa ejus confessio, quæ per literam fuit antea ab eo explicata, censetur adhuc esse, & durare mortaliter, quatenus non est revocata. Imo ego puto in casu nostro fuisse confirmatam non repetitam per oculorum injectionem in Confessarium, ut ad illum reus pœnitens antea scripserat. Ergo, &c.

Sup. hoc. fra in tr. 4. Resol. 20.

RESOL. LXXV.

An in Paschate, vel articulo mortis teneatur per scripturam confiteri, qui alio modo non potest, ut verbi gratia mutus, & surdus, vel infirmus

firmus, qui loqui non potest? Ex p. 3. tract. 4. Ref. 127. alias 128.

Sup. hoc pro furdo supra Refol. 73. & pro infirmo, qui loqui non possit, infra in Ref. 1. post seq. in fine & in Ref. 80. §. ult. & in alio §. earum annotatio- num.

Afirmative respondet Nugnus in ad- dir. ad 3. part. q. 9. art. 3. Turrianus de penit. q. 9. art. 2. disp. 32. dub. 2. qui citant Suarez, Petrum Sotum, & Gabrielem. Idem docent Becanus de Sacram. cap. 37. q. 7. n. 2. Vasquez in 3. p. tom. 4. q. 91. art. 4. dub. 5. num. 2. ubi ita ait, quod non obstat scriptum perdi posse, quod absoluta confessione potest statim rumpi, & paulo ante confessionem ita scribi, & custodiri, ut non perdat, nec etiam obstat, quod surripere potest Sacerdos, sic enim etiam posset ipse eodem modo manifestare crimina, quae voce audisset in confessione, & nihilominus tenemur confiteri, & aequale est damnum utrobique.

2. Hanc sententiam videtur etiam docere Layman in Theolog. moral. lib. 5. tract. 6. cap. 6. num. 4. ubi ait: Qui perpetuo mutus est, & scribere nescit, ad confessionem annuum nutibus, quatenus potest, faciendam obligatus esse videtur. Unde supponit in illis verbis, si scribere nesciat, quod si mutus scribere sciat, tenetur confiteri per scripturam, intellige semper praesente Confessario. Vide etiam Sylvest. ver. Confessio, 1. quest. 15. & Suarez tom. 4. disp. 16. sect. 6.

Sup. hoc mu- to supra in Ref. 72. &c.

3. At his non obstantibus contrariam sententiam tenendam esse puto, & ita docent Ioann. de la Cruz in direct. conscient. p. 2. de Sacram. Penit. q. 3. dub. 7. concl. 1. Sotus in 4. dist. 18. q. 2. art. 6. Valentia tom. 4. disp. ... q. 11. punet. 1. Filliucius tom. 1. tract. 7. n. 63. & Henriquez lib. 4. c. 4. num. 4. in glossa littera A, ubi sic asserit. Non tenetur praeccepto Ecclesiae confiteri per scriptum etiam mutus, aut infirmus, qui loqui non potest. Sic ille. Vide etiam Villalobos in Summa tom. 1. tr. 9. diff. 32. num. 3. & alios communiter, quia peccata scribere & scriptum Confessario tradere, insolitus est confitendi modus, & plerumque non vacat omni periculo publicationis, & hoc sufficit; quare Ecclesiastica lex in tali casu non obligat. Quid verò dicendum in articulo mortis? dic, ut in seq. resol. resolvemus.

Qua hic est infra Refol. 78.

RESOL. LXXVI.

An confessio per litteras aliquando possit esse valida post Decretum Clem. VIII. Et an Sacerdos ita penitentem absolvens peccet mortaliter? Et an, qui per litteras, vel intermedium Sacerdoti peccata sua manifestavit absenti Confessario, post se absolvi, postquam Confessarius accessit ad illum, dummodo adhuc vivat? Ex p. 5. tract. 14. & Misc. Refol. 60.

Sup. hoc lege supra la- tam doctri- nā Ref. 74. & ne dele- ras videre Resolatio- nes duarum ultimarum annotatio- num hujus Ref. & Re- solutiones earum an- notationū.

AD hoc dubium Philippus Gamachaus Alex doctissima, & inclyta facultate Parisiensi Doctor Sorbonicus in 3. part. D. Thom. de Sacram. Penit. cap. 20. §. 4. responder. Et in primis ait, nullam esse questionem si penitens sciat dictum decretum, & prohibitionem Ecclesiae; tunc enim mortaliter peccat, ac proinde ponit obicem gratiae, sicque ejus absolutio omnino evadit nulla; sed autem penitens laborat ignorantia invincibili, & bona fide agat, tunc quidem mortaliter peccat Sacerdos eum absolvendo, quia vel scit, vel scire tenetur absolutionem hanc esse illicitam. Nihilominus tamen simpliciter videtur adhuc valida

absolutio, tum, quia Clemens VIII. non statuit aperte contrarium, nec ait nullam esse talem absolutionem, sed tantum non licere; multa enim prohibentur, quae si fiant, rata sunt, tum quia communis est haec Theologorum sententia, ut ejusmodi confessio valida censeatur. Ita Paludanus, Sylvester, Navarrus, Adrianus, Corduba, Ledesma, Medina, Taperius, & alij. Tum, quia accedit bona fides penitentis; cum e contrario loqui videatur Clemens VIII. desertis verbis de his tantum, qui prudenter, & scienter contra prohibitionem auri fuerint confiteri. Ita Gamachaus. Et pro hac sententia facit etiam Kellifonius in 3. p. tom. 2. q. 9. art. 3. dub. 3. ubi docet, validam esse absolutionem, si confessio fiat per scriptum, & absolutio de- tur penitenti praesenti. Et testatur ex Cardinali Bellarmino Clementem VIII. declarasse viva voce, se non intendisse prohibere absolutionem penitentis in praesentia, qui tamen confessus fuerat in absentia.

Sup. hoc lo- re- & signa- ter in Ref. not. peno- ritate a prin- cipio.

2. Sed haec opinio aliquibus non placet, per ea, quae adversus Coninch satis firmavi in 3. p. tr. 3. de absolutione morib. resolut. 7. nam in suo decreto Clemens VIII. confessionem factam absente Sacerdote non solum illicitam, sed etiam invalidam esse determinavit. Ex quo etiam refellunt alij qui opinionem Jacobi Mancini in append. ad praxim infirm. pract. 4. dub. 2. num. 3. & Coelestini in compend. Theologiae moral. tr. 1. cap. 21. num. 3. do- centium agrum, qui per litteras, vel per inter- nuntium Sacerdoti peccata sua manifestavit ab- senti Confessario, posse absolvi, postquam con- fessarius accesserit ad illum, dummodo adhuc vi- vat, & in hoc casu non transgreditur decretum Clementis VIII. cum nisi praesentem absolvat jux- ta mentem dicti Pontificis. Ita Coelestinus. Vide me ipsum loco citato, & in 4. p. tr. 4. resol. 92. De declaratione autem Clementis VIII. quam asserit Kellifonius, non constat authenticè.

Qua hic est infra 104. Refol. 64. a lege em- pto- rum, & R. fol. equi- not.

Qua hic est infra 104. Refol. 64. n. ejus §. ult.

RESOL. LXXVII.

An esset absolvendus, qui sine causa praebet Confessario peccata scripta, & de illis praesente se accusaret? Et quid est dicendum, si quis magnum pudorem sentiret, si proprio ore peccata confiteatur; an peccet mortaliter, si per scriptum confiteatur, praesente Sacerdote? Et quid, si agrotus per gutturis angorem confiteri absolvi non possit, & scribere peccata facile possit? Ex p. 3. tr. 4. Ref. 126. alias 127.

Negative videtur respondendum ex Fa- gundez praec. 2. lib. 3. cap. 1. n. 8. ubi sic ait: Extra necessitatem ipsa confessio, & accusatio semper faciendae est ore, & peccaret mortaliter ille, qui cum bene possit proprio ore confiteri, per signa, nutus, & interpretem (adde tu, & per scrip- ta) confiteretur. Et ratio est, quia mutaret con- suetudinem Ecclesiae, quae mutatio est gravis, & in re gravi. Et ita etiam docet in terminis hanc sententiam Sylvius in addit. ad 3. p. quest. 9. art. 3. conclus. 2. Vide etiam Filliuc. tom. 1. tract. 7. cap. 1. num. 14. Coninch de Sacrament. disp. 6. dub. 1. con- clus. 3. num. 3. Suarez in 3. p. tom. 4. disp. 21. sect. 3. n. 5. & 6. & alios.

Sup. hoc lo- fra in Refol. 80. §. Nota hic.

2. Non reticebo tamen contrariam sententiam docere Villalobos in Summ. tom. 1. tr. 9. diff. 31. n. 1. ubi ita asserit: [De lo dicho se infiere, que

De Sacram. Pœnit. Ref. LXXVIII. &c. 139

si uno dieſſe ſus peccados eſcritos, y ſe confeſſaſſe dellos en preſencia del ſacerdote, podria ſer abſuelto, ſi lo hizieſſe ſin cauſa, ſeria grave peccado venial, por que ſe apartare del uſo comun de la Ygleſia, mas ſi lo hizieſſe con cauſa razonable, no ſeria peccado.] Et hoc ultimum concedunt etiam Coninch, & Fagundez ubi ſupra. Molſeſius in ſumma tom. 1. tract. 7. cap. 11. num. 9. & Vaſq. in 3. part. tom. 4. q. 91. art. 4. dub. 4. num. 7. quidquid aſſerit Syluius I.C. Unde ſi quis magnum pudorem ſentiret, ſi proprio ore peccata confeſſeretur, non peccaret mortaliter, ſi per ſcriptum confeſſeretur preſente Sacerdote, quia conſuetudo proprio ore conſitendi non obligat tam graviter in hoc caſu, ut etiam præter DD. citatos, docet Layman in Theol. mor. lib. 5. tract. 6. cap. 6. num. 3. ubi ponit alium caſum in praxi facile occurrentem, nempe, quod, ſi agrotus, per gutturis angorem confeſſeri abſolute quidem voce poſſit, ſed vix, aut ægre, compellendus non erit, ſi peccata ſcribere facile poſſit, voce confeſſionem facere.

RESOL. LXXVIII.

An in articulo mortis teneatur confeſſeri per interpretem, ſi quis alio modo non poteſt?
Et quid præ adimplendo præcepto annue confeſſionis?
Et difficultas eſt, quando quis in articulo mortis dubitat de ſua contritione, an tunc teneatur confeſſeri per interpretem omnia peccata mortalia? vel in tali caſu, an poſſit confeſſeri aliqua peccata venialia, & generatim omnia mortalia, dicendo ſe confeſſeri alia omnia peccata, quibus Deum offenderit?
Et an in tali caſu interpres teneatur ad ſigillum?
Ex part. 3. tract. 4. Refol. 128. aliaſ 129.

§. 1. Dico primò, quod præcepto Eccleſiaſtica nemo tenetur ad conſitendum per interpretem, quia hæc aliquo modo publica confeſſio eſt, quam Eccleſia percipere non ſolet, & idè in Concilio Lateranenſi dicitur; Omnia ſua ſola peccata confeſſatur proprio Sacerdote, & ita docent DD. quos citant, & ſequuntur Turrianus de pœnit. queſt. 9. art. 2. diſput. 32. dub. 1. Layman in Theol. moral. lib. 5. tract. 6. cap. 6. num. 5. Fagundez præc. 2. lib. 2. cap. 6. num. 6. Villalobos in ſum. tom. 1. tract. 9. diſſic. 32. n. 3. Joan. de la Cruz in direct. conſcient. part. 2. de Sacram. pœnit. q. 3. dub. 7. concl. 1. Filiucius tom. 1. tract. 7. c. 3. n. 62. & alij, quos citat Sancius in ſelectis diſp. 32. n. 8.

2. Dico ſecundò contra Turrianum ubi ſupra, & Suarez tom. 4. diſp. 36. ſect. 6. quod in articulo mortis, ſi pœnitens habet probabilem exiſtimationem de ſua contritione, non tenetur confeſſeri per interpretem; quia tunc confeſſio non videtur moraliter neceſſaria ad ſalutem, nec Deus videtur obligare cum tanto onere, & quia talis confeſſionis modus de ſe eſt publicus. Ergo, &c. Si autem probabiliter dubitet de ſua contritione, tunc ex charitate tenetur confeſſeri per interpretem, ne ſe exponat periculo damnationis, quia cum abſolute teneatur Deo ſatisfacere, meritò in caſu dubio obligatur. Ita DD. citati, quæ aded vera exiſtimo, ut patet cum Vaſquez in 3. p. tom. 4. q. 91. art. 4. dub. 3. num. 6. quod ſi talis confeſſus ſit omnia peccata, & poſtea nullum commiſiſſet mortale, licet tamen poſtea alicuius, quod prætermiſit propter obligationem, non tenetur articulo mortis confeſſeri per interpretem, quamvis tenebatur

confeſſeri, ſi poſſet ſecretò ſoli Confefſori, quia de tali peccato per confeſſionem factam fuerat indirectè abſolutus.

3. Sed difficultas eſt, quando quis in articulo mortis dubitat de ſua contritione, an teneatur confeſſeri per interpretem omnia peccata mortalia? Ad hoc ita reſpondet Nugnus in addit. ad 3. part. q. 9. art. 3. diſſic. 2. ad arg. 1. Videtur mihi (ſalvo meliori iudicio) quod poterit talis pœnitens tacere peccata maioris infamie. Ita Nugnus, & poſt illum Fagundez præc. 2. lib. 1. cap. 6. n. 8. Suarez in 3. p. tom. 4. diſp. 26. ſect. 6. num. 5. Henriquez lib. 4. c. 4. num. 4. Layman in Theol. mor. lib. 4. tract. 6. cap. 6. num. 5. Et ratio eſt, quia in tali caſu non tenetur facere confeſſionem materialiter integram, ſed formaliter.

4. At plus addit Coninch. de Sacram. diſp. 5. dub. 10. num. 7. quia in rigore putat aliquem in tali caſu poſſe confeſſeri aliqua peccata venialia, & generatim omnia mortalia, dicendo ſe confeſſeri alia omnia peccata, quibus Deum offenderit. Ita Coninch, quem poſtea ſequitur Molſeſius in ſumma, tom. 1. tract. 7. cap. 11. num. 12. licet conſulendum ſit, ut tali caſu moribundus omnia peccata confeſſatur, quia interpres tenetur ſervare ſigillum, ut omnes communiter tenent, contra Caictanum, Victoriam, & Sotum, quos citat, & ſequitur Joan. de la Cruz in direct. part. 2. de Sacram. Confeſſ. q. 3. dub. 7. concl. 1. Sed ſi aliquis vellet confeſſeri aliqua venialia, & mortalia in genere, confeſſio eſſet valida, quia opinio Coninch, & Molſeſij eſt probabilis.

RESOL. LXXIX.

An in articulo mortis teneatur quis confeſſeri per interpretem?
Et quid præ adimplendo præcepto annue confeſſionis?
Et quid dicendum, quando pœnitens exiſtens in peccato mortali habet probabilem exiſtimationem de ſua contritione, & eſt in articulo mortis?
Et quid maximè, ſi dubitatur de ſua contritione, an tunc teneatur confeſſeri per interpretes, ne ſe exponat periculo æternæ damnationis?
Et in dicto caſu, an poſſit pœnitens ea peccata confeſſeri, quæ cum minori infamia explicare poteſt, tacitis iis, ex quibus notabilis infamia ſibi, vel alteri ſequi poteſt? Ex part. 5. tract. 3. Refol. 72.

§. 1. Negativam ſententiam docet Vaſquez in 3. p. tom. 4. q. 99. art. 4. dub. 3. Coninch de Sacram. diſp. 8. dub. 10. num. 75. & alij. Probatur hoc §. 1. in ex cap. omnis utriusque ſexus, de pœnit. & remiſſ. ubi dicitur: Omnis fidelis utriusque ſexus, &c. teneatur ſolus confeſſeri ſua peccata proprio Sacerdote, ubi illa particula ſolus fatiſ indicat neminem teneri per interpretem confeſſeri, ut ex Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 1. ubi dicitur neminem teneri confeſſeri niſi ſecretò apud ſolum Sacerdotem, & ratio eſt, quia præcepta Eccleſiaſtica non obligant cum tanto onere; & confirmatur, quia ſi ſcirem quod Confefſor uni ſoli meum peccatum eſſet revelaturus, non tenerer ei confeſſeri, ut Doctores communiter aſſerunt, etiamſi ille teneatur ad ſigillum, quando ſibi conſtat quod Sacerdos confeſſionem revelat: ergo eodem modo non tenebor illud confeſſeri, quando vel unus alius præter ipſum Sacerdotem hoc debet audire.

2. Sed aliqui putant in mortis articulo homines obligari

Sup. hoc in Ref. ſeq. §. ult. & in Ref. 1. poſt ſeq. §. Nota vero & infra in tr. 4. Ref. 47. ex doctrina §. ult. ante mediū, verſ. Multi.

Sup. hoc in Refolutio- bus not. præterita, & in eisdem §. 5.

Sup. hoc in ſia in tr. 8. Ref. 39. & in Ref. 33. §. ult. verſ. Tertio. & in tom. 5. tr. 9. ex Ref. 49. §. 5. Sed quid. prope ſinem, & ex Ref. 83. §. 1. in fine.

Sup. doctrina, & quaſi contenta in hoc §. 1. in Ref. præterita, §. 1. & infra lege doctrinam. §. 1. Ref. 147.

ge doctrinam, Ref. 1. not. præterita, & ex Ref. 2. §. ult. & signatur in principio Ref. seq.

obligari ad confessionem per interpretem, quando nullo alio modo potest quis aliquid saltem peccatum immediatè declarare Confessario, quod probatur auctoritate Angelici Magistri D. Thom. in *addit. ad 3. part. q. 9. art. 3. ad 2.* ubi affirmare videtur præceptum contritionis obligare ut medio interprete quis confiteatur, cum aliter non potest, quod in aliquo casu verum esse debet, ne alioqui à tanto doctore recedamus. Canus autem existimat S. Thomam in hoc tantum casu fuisse locutum. Idem docet Sylvester, ex Dominicana familia. Secundò probatur ratione, nam ipsum naturæ lumen, & multo magis gratia, manifestat teneri hominem in articulo mortis diligentiorè suæ salutis curam gerere, posthabito mundano honore, aut alia difficultate: ergo si reus sit culpæ lethalis, tenetur eam confiteri Sacerdoti medio interprete si aliter non possit. Probatur consequentia primò, quia aliter non exiguo damnationis periculo exponetur, nam sine confessione non deletur culpa lethalis, nisi per contritionis actum (saltem si non recipiat aliud Sacramentum,) contritionem autem veram habere valde difficile est, præsertim in articulo mortis, cum ex una parte corporis imbecillitas impedit animi promptitudinem; ex altera timor gehennæ ad attritionem alliciat. Si autem confiteatur, certum est sufficere attritionem, saltem si existimetur contritio, quamvis revera contritio non sit; & ita docet Jacobus Granadus *de Sacramentis in 3. part. contr. 7. tract. 1. disp. 9. sect. 6. num. 28.* ubi citat Suarez, & Canum.

Sup. contentio in hoc §. in Ref. 1. not. primæ hujus Ref. à §. 2. usque in finem dicte Ref. & infra in Ref. seq. in §. Nota verò, & sec. & in alio §. ejus annot.

3. Notandum est tamen etiam stando in prima sententia, quòd si penitens existens in peccato mortali habet probabilem existimationem de sua contritione, nec ex præcepto propriæ charitatis, tenetur in articulo mortis confiteri per interpretem, quia tunc non videtur ea confessio moraliter necessaria ad salutem, nec Deus videtur obligare cum tanto onere, & quia ille modus confessionis de se est publicus: si autem probabiliter dubius est de sua contritione, tunc ex præcepto divino & naturali propriæ charitatis tenetur confiteri per interpretem, ne se exponat periculo æternæ damnationis, quia cum absolutè teneatur Deo satisfacere, meritò in casu dubio obligatur. Potest tamen tunc penitens ea peccata confiteri, quæ cum minori infamia explicare potest, tacitis iis, ex quibus notabilis infamia vel sibi, vel alteri sequi potest, non enim in eo casu tenetur facere confessionem materialiter integram, sed formaliter, & ita docet Fagundez *pr. 2. lib. 1. cap. 6. mon. 8.* Hurtadus *de Sacram. Pœnit. disp. 8. diff. 2. Præpos. in 3. p. q. 4. de confess. dub. 1. num. 68.*

RESOL. LXXX.

An ex divino præcepto quis in articulo mortis teneatur confiteri per interpretem?

Et quid, si non esset securus de sua contritione, sed de ea dubitat?

Et in tali casu, an sufficiat confiteri unum tantum peccatum mortale, & reliqua in genere?

Et an satis sit peccata venialia confiteri?
Et notatur aliquem posse validè per scripturam confiteri Sacerdoti presenti, dando ipsi legendam, & significando se accusare de omnibus illis, quæ scripto tradit.

Imò, & cum possit aliter confiteri, nullum est præceptum prohibens talem confessionem.

Sed difficultas est, an penitens teneatur se accusare

de illis peccatis scriptis postquam à Confessario lecta fuerunt, vel sufficiat antea?

Et an, qui non potest aliter, teneatur confiteri per scripturam?

Et an, si Confessarius fuit presens, cum peccatum committeretur à penitente, vel quia audivit, sufficiat penitenti dicere, accuso me de illo peccato, quod vidisti me committentem, vel quod audivisti me commisisse heri, vel nudius tertius? Ex part. 1. 1. tract. 7. & Misc. 7. Resolut. 1.

§. 1. **N**egativè respondi cum communi sententia Doctorum, à qua nominatim contra me discedit Eminentissimus Cardinalis Lugo de *pœnit. disp. 15. sect. 5. à num. 66.* ubi sic ait: Loquendo verò de præcepto divino, licet hoc non obliget ad confitendum peccatum cum gravi detrimento extrinseco, ut tradunt communiter Theologi: non tamen apparet ejusmodi detrimentum sequi ex confessione facta per interpretem fidelem, & prudentem, cui non minus quàm ipsi Confessario fidere possit penitens. Suppono enim, interpretem etiam obligatum manere secreto, atque aded totum detrimentum esse, quòd peccata, quæ alias nota esse deberent uni, manifestentur duobus. Hoc autem non esse tanti ponderis, ut excuset ab obligatione divini præcepti probari potest ex aliis casibus, in quibus non obstante ejusmodi detrimento, obligat confessionis præceptum. Ita Lugo, qui postea multa argumenta adducit pro hac sua firmata sententia.

2. Sed puto non esse recedendum à contraria sententia, quam communiter docent DD. & ideo nominatim contra Card. Lugo insurgit novissimè Joan. Pontius *in cur. Theol. disp. 45. q. 6. concl. 3. n. 45.* respondens ad omnia ejus argumenta, & ita me citato tenet novissimè Leander *de Sacram. tom. 1. tr. 5. d. sp. 6. q. 10.*

3. Probatur hæc communis opinio à nostro Paqualigo *in Theol. tom. 2. disp. 82. sect. 7. num. 35.* quia præceptum confessionis nunquam obligat ad confessionem publicam, ut decernit Trident. *sess. 15. cap. 5.* Ergo, nec ad confessionem per interpretem; consequentia probatur. Ex eo quod non adest obligatio ad confessionem publicam, sequitur tantum quod adit ad secretam. Ergo non ad confessionem per interpretem. Consequentia ista probatur, secreta confessio est illa; quæ apud solum Sacerdotem manifestantur peccata, ut docet Trident. citat. Ergo non est confessio per interpretem. Confirmatur, Sacramentum penitentia est iudicium, quod exercetur inter Deum & hominem, & Sacerdos intervenit ut gerens vicem Dei. Ergo non obligat ad confessionem per interpretem. Consequentia probatur. Præceptum obligat tantum quòd tale iudicium potest exerceri secundum formam institutam, nempe inter penitentem & Deum; non autem quando esset exercendum cum hominibus; fit autem coram hominibus quando fit per interpretem.

4. Dico secundo, neque ex generali obligatione procurandi propriam salutem tenetur quis in articulo mortis confiteri per interpretem. Probatur, præceptum confessionis non obligat nisi ad eam confessionem quæ fieri potest, ita ut sufficiat etiam unicum peccatum explicare, aut etiam solum exhibere signum externum contritionis, quando aliud non est possibile. Ergo quando opus esset interprete, sufficit explicare per nutus propria peccata Sacerdoti eo modo quo possunt explicari.

§. Nota

5. Nota verò, quòd licet non sit præceptum divinum particulare de confitendo per interpretem; ad illud tamen quem obligati posse ex præcepto charitatis, quando scilicet in articulo mortis non esset securus de contritione, sed de ea dubitat; an verò si probabiliter judicat se habere contritionem. Qui etiam ulterius putant in tali casu sufficere, quod unum peccatum mortale sic confiteatur, & reliqua in genere. Imo Coninchus existimat sufficere confiteri peccata aliqua venialia; quia sic indirectè absolvetur à reliquis, etiam si solum habeat attritionem.

6. Sed Pontius ubi supra observat quòd si in tali casu sufficit confessio unius peccati mortalis aut venialis, vix unquam occurrere posse obligationem, etiam ex charitate confitendi cum interprete; quia vix unquam fieri potest, quin aliquo signo possit quis significare aliquod peccatum mortale aut veniale; sufficeret autem id facere. Concludit itaque non esse præceptum ullum confitendi per interpretem, nisi in articulo mortis ratione periculi defectus contritionis, cum non posset ullis signis ullum peccatum confiteri, & tunc sufficere confiteri unum peccatum etiam veniale in particulari, ac reliqua in generali. Sed in favorem amantissimi Domini mei Card. de Lugo fiant DD. ejus sententiam non esse singularem, nam illam docet *supplem. D. Thom. in 3. part. q. 9. art. 3. ad 2. Canus relect. de Pœnit. part. 5. & ex Theologis neotericeis Ludovicus Caspensis in cur. Theol. tom. 2. disp. 4. sect. 15. n. 120.*

7. Nota hic obiter, aliquem posse validè & licitè confiteri per scripturam Sacerdoti præsentem, dando ipsi illam legendam, & significando se accusare de omnibus illis, quæ scripto tradit; quando aliter confiteri non potest. Imò & cum posset etiam aliter nullum est præceptum prohibens talem confessionem, modò saltem postquam Sacerdos legit peccata, pœnitens dicat: Accuso me de omnibus illis peccatis, quæ legisti in illo scripto, nam sicut secundum omnes, si Sacerdos cognosceret peccatum commissum à pœnitente, utpote qui esset præsens cum committeretur, aut qui id audiret, sufficeret pœnitenti dicere: Accuso me de illo peccato, quod vidisti me committentem, aut quod audivisti me commississe heri, aut nudius tertius, ut tenent authores communiter: ita in proposito dicendum est à pari.

8. Sed difficultas est, an pœnitens teneatur se accusare de illis peccatis scriptis postquam à Confessario lecta fuerunt, vel sufficiat antea. Cardinalis Lugo videtur putare illud requiri, & non sufficere quod dicat antecessenter: *Accuso me de peccatis quæ leges in illa scriptura*: sed revera tamen existimo sufficere quod accuset se ante; nam illa accusatio manet moraliter post lecta peccata, & ex eo quod non retractet se, & maneat expectans absolutionem post lecta peccata, sufficienter innotescit Confessario, quod etiam post lecta peccata accuset se de illis. Per quod patet ad ea, quæ proponit Lugo in oppositum. Et ita tenet Pontius ubi supra, n. 48. & Leander de Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 6. q. 15. contra Sotum, & Candidum, opinionem Cardinalis de Lugo tenentes. Valdè enim accidentarium est quod ante vel post de illis pœnitens ore se accuset, sicut est quod antea, vel post de illis contritionem habeat, dummodo ad absolutionem ab illis præcedat.

9. Sed si aliquis hic querat, an qui non potest aliter, teneatur confiteri per scripturam? Plures quos citat & sequitur Pasqualigius in *Theol. tom. 2.*

contr. 82. sect. 14. n. 18. negativè respondent alij, quos citat & sequitur Leander de Sacram. tom. 2. tract. 5. disp. 6. q. 17. affirmant. Sed ego utramque opinionem puto esse probabilem, nisi aliquis dicat distinguendum esse cum Pontio in cur. Theolog. disp. 45. q. 6. concl. 3. n. 48. nam si quis posset scribere coram Sacerdote, quia ex natura rei nullum est periculum morale publicitatis majoris per talem confessionem, quam per vocalem: cum possit pœnitens chartam statim rumpere, sic ut amplius legi non possit, & in hoc casu teneretur sic confiteri, & procederet sententia affirmativa Leandri, & aliorum; vel si non posset scribere coram Sacerdote, tunc non esset obligatio scribendi illa antea, nam facilè charta, in qua scriberentur ante perdi posset & sic peccata publicari, & in hoc casu non teneretur ita confiteri, & procederet opinio negativa Pasqualigi, & aliorum.

RESOL. LXXXI.

An qui v. g. in India, vel in partibus Infidelium timent non posse habere Confessarium tempore mortis, teneatur anticipare confessionem, ut adimpleat præceptum divinum confitendi in articulo mortis? Ex quo sequitur infirmum, qui perseverans in articulo mortis, seu periculo, iterum peccavit mortaliter post confessionem tunc factam, teneri iterum confiteri. Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. Ref. 37.

§. 1. **N**egativè respondet nominatim contra me P. Leander de Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 3. quest. 11. Probatur primò, quia in hoc casu, nullo modo adest periculum mortis, in quo tempore est præceptum Divinum confitendi: ergo ante illud nequit obligare. Secundò, qui non est confessus in articulo mortis, non tenetur, eo articulo elapso, postea confiteri ad implendum præceptum Divinum; ergo à fortiori non tenebitur quis confiteri ante adventum prædicti articuli. Sic in simili tenet Azorius tom. 1. institut. moral. lib. 13. cap. 41. quest. 13. & reputant probabile Joannes à Cruce in *summ. de pœnitent. quest. 3. dub. 3. conclus. 2.* & Joannes Sancius in *select. disputat. 11. num. 90. pagin. 91.* & tenent alij moderni. Nec argumentum contrariorum multum obstat; est enim discrimen manifestum. Quia in dicto casu, jam obligat præceptum audiendi Missam; cum ergo in hora tertia, verbi gratia possit quis illud adimplere; verè ad id tenetur: In nostro autem casu non sic; cum nondum obliget præceptum confessionis pro articulo mortis. Hucusque Leander.

2. Sed ego puto non esse recedendum à communi sententia, quam olim docui, & præter Doctores à Leandro citatos, illam docet Amicus in *cursu Theol. tom. 8. disp. 17. sect. 4. num. 43.* ubi sic ait: certum est hoc præcepto obligari etiam illos, qui sunt in probabili periculo mortis: ut primò parturientes, vel quæ maximas expertæ sunt in partu difficultates; qui bellum, vel periculosam navigationem aggrediuntur; qui probabiliter putant se ante mortem copiam Confessarij non habituros; hi enim omnes ante articulum, vel periculum mortis confiteri tenentur, dum copiam Confessarij habent, & conscientia peccati mortalis stimulantur. Ratio omnium est: quia cum omnes teneamur ante mortem hoc præceptum adimplere, imminente periculo mortis, vel probabili dubio, quòd

Sup. hoc supra in Ref. 65. & in co. 5. tract. 9. et Ref. 21. 5. sed contra, riam. in principio.

NTON
LXXXI
om. 10 II
E III

quòd non finis ante mortem Confessorem habituri, tenemur, cum primum possumus, hoc præceptum adimplere. Ita Amicus; cui adde Roecafal in *praxi Theol. mor. tom. 2. lib. 4. de prac. Eccl. c. 2. n. 16.* asserentem, omnes docere ad observandum præceptum Divinum, quod si aliquis credat in periculo mortis non posse confiteri, teneri prævenire confessionem.

3. Idem docet Dicastillus de *Sacrament. tom. 2. tract. 8. disp. 7. dub. 2. num. 21.* ubi sic ait: Asserendum est, hoc præceptum Divinum confitendi peccata per se obligare, non solum in articulo mortis Physico, sed etiam in periculo, quod certissimum est, & concedunt omnes Authores; unde obligat in morbo gravi, & in periculosa navigatione, & quando instat prælium, & quando delicta femina primum parit, vel qua partus difficile habere solet, & quoties homo habet peccatum mortale non confessioni jam prius subditum, & probabiliter timet, si secundò non confitetur, postea non habiturum copiam Confessarij ante mortem, vel periculum mortis, ut accidere potest in India, vel in aliqua captivitate. Qui omnes casus appellantur, articulus, seu periculum mortis; quatenus, nisi tunc confessio fiat, est periculum decedendi sine confessione.

4. Ex hac doctrina sequitur, infirmum, qui perseverans in articulo, seu periculo mortis iterum peccavit mortaliter post confessionem tunc factam, teneri iterum confiteri; quia præceptum Christi est confitendi omnia peccata mortalia in vita, est autem periculum tunc decedendi sine illius peccati confessione, nisi tunc confessio fiat, ac propter eandem rationem, imò à fortiori tenetur confiteri, qui nunc habet copiam Confessarij, quam postea non habebit per totam vitam, ut contra aliquos (quorum sententiam probabilem putat Joannes de la Cruz in *directorio part. 2. penit. q. 3. dub. 3.*) notavit Lugo *disp. 15. n. 37.* Hæc omnia Dicastillus.

RESOL. LXXXII.

An servi Christiani Infidelium, si tempore Paschatis non habeant copiam Confessarij, teneantur elicere actum contritionis de peccatis mortalibus perpetratis? Ex part. 3. tractat. 7. Refol. 63. alias 62.

Sup. hoc in
fià ex Ref.
164 §. ult.
prope finem,
à vers. Et
sic. & infra
ex Ref. 85.
Vide quinque
que lin. ult.
§. Sed omnes.

§. 1. **R**espondeo, quòd Henric. l. 1. de *penit. cap. 6. num. 8.* docet, eum qui tempore Paschatis, seu eo tempore, quo obligat hoc præceptum, non potest actu confiteri, teneri, confiteri, seu elicere actum contritionis, quia inquit, Deus non præbet inducias ultra tempus Præcepti, per Ecclesiam designatum. Oppositum tamen existimo probabilius cum Suarez *disp. 15. de penit. sect. 6. n. 13.* quia, quando Ecclesia obligat ad aliquem actum externum, non tenemur ad internum, si externus actus haberi non potest, eò quòd ad internum secundariò obligamur, sic qui divinum officium persolvere non potest aliquo die, non tenetur pro illo tempore attendere ad Deum. Et ita etiam docet Trullench in *Decalogum. tom. 1. lib. 3. cap. 4. dub. 2. num. 15.*

RESOL. LXXXIII.

An meretricis, qua in Paschate non sunt confessio,

privantur Ecclesiastica sepultura, & incidant in censuram aliquam Synodalem si exeat?

Et an Pueri, qui decimum quartum annum, vel ad minimum duodecimum nati non sunt, in nullo modo incurrant dictas penas, si non confiteantur in Paschate? Ex part. 10. tr. 12. & Misc. 2. Ref. 36.

§. 1. **N**egativè respondet Leandrus de *Sacrament. tom. 1. tract. 5. disp. 3. q. 58.* ubi sic ait: licet Meretricis peccent mortaliter, non implendo annuæ Confessionis præceptum, non tamen incurunt præfatas penas. Primò: quia tales nunquam denunciantur, etiam si per multos annos non confiteantur. Secundò; quia illarum miserimus status permittitur ab Ecclesia ob vitanda majora incommoda; non ergo ab illa puniuntur; nam aliàs nullo modo diceretur permitti, si tam rigida pena earum peccatum puniretur. Ita ille, qui citat Vivaldum, Sà, Grassum, Rodriquez, & Zerolam; quibus ego addo novissimè Martinum de San Joseph in *man. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 6. de penit. num. 12.* sic asserentem. Las penas puestas por la Iglesia à los que no cumplen con el precepto annuo de la Confession, son privacion de sepultura Ecclesiastica, y del ingreso de la Iglesia però no se incurren ipso facto, si no despues de la sentencia del Juez. No incurren estas penas los niños antes de quatorze años, y las niñas antes de doze, que es la edad de la pubertad, porque piadosamente se puede creer, que la Iglesia no quiere castigar antes de esta edad. Sanch. in *Summ. lib. 1. cap. 12. num. 7.* Henriquez *lib. 8. cap. 42.* Fagundez *precept. 2. lib. 1. cap. 3. num. 15.* Lugo *disput. 15. num. 150.* Valquez, *quest. 90. art. 2. dub. 4. y es comun.* Y lo mismo creo se deve dezir de las rameras, de qui en permite la Iglesia su maltrato; y por el mismo caso se ha de dezir, que no las quiere castigar con tal rigor, y nadie las denuncia de esta gente perdida. Ita ille. Vnde Emmanuel Sà, etiam in Editione correctà à Magistro Sacri Palatii, quam penes me habeo impressà Venetiis anno 1614. apud Georgium Valentium, *verb. Confessio, n. 43.* idem asserit.

2. Verum pro affirmativa sententia Leandrus citat Fagundez, *precept. 2. lib. 1. cap. 3. num. 10.* & 11. & Cardinalem Lugo de *Sacram. Penitentia, disp. 15. num. 149.* Sed Lugo, ut legentibus patebit, loquitur ibi de Pueris, qua ætate obligentur ad præceptum annuæ confessionis & nihil agit de hac quaestione. Idèd tu cogita. Et ut verum fatear hic Romæ Meretricis, quæ in Paschate non receperunt Sacramentum Penitentia, si moriantur absque confessione, privantur Ecclesiastica sepultura, & in quodam loco extrà Portam populi sepeliuntur.

3. Puto tamen satis probabile id quod asserit Martinus ubi *suprà*, nempe quod pueri, qui decimum quartum annum, vel ad minus duodecimum nati non sunt, in nullo modo incurunt prædictas penas, id est, nullo modo plectendi sunt ingressu Ecclesie, & privatione Ecclesiastica sepultura; nec excommunicatione, quia piè creditur, usque ad eam ætatem, piam matrem Ecclesiam noluisse pueros censuris ad sua præcepta servanda cogere. Et ita me citato tenet etiam cum pluribus Leandrus ubi *suprà*, *quest. 57.* & etiam me citato Trullench in *Decalog. tom. 1. lib. 3. cap. 4. dub. 2. numero 12.* quicquid probabiliter etiam in contrarium asserant alij.

RESOL.

RESOL. LXXXIV.

An in articulo mortis sit facienda confessio laico, quando non adest Sacerdos; unde confessio, quam faciunt nauata inter se ipsos, imminente naufragio, reprobari videtur? Ex part. 5. tract. 3. Ref. 73.

§. 1. **N**on desinam hic apponere verba Philippi Gamachari in *Summa Theol.* tom. 3. de Sacram. Pœnit. c. 16. ubi sic ait: Respondemus peccatorum confessionem posse aliquando fieri apud laicum, modo id prudenter, & servatis servandis, non tamen fieri eo sensu, eoque animo; ut sit vere sacramentalis; & laicus det absolutionem, id enim dicere esset hæreticum. Legatur Concilium Tridentinum *sess.* 14. c. 10. & qui peteret absolutionem à laico, esset sacrilegus, & laicus præsumens dare, fieret irregularis: probant Doctores ex cap. si quis, &c. ex *litteris*, extra de Clerico non ordinato. Potest igitur solum fieri talis confessio ad maiorem humilitatem, & contritionem, & placandam iram Dei, ad redimendam aliquam partem pœnæ peccatis debita; siquidem erubescencia, & confusio cum sit res valde diffidilis, plurimum iuvat, favente charitate, ad minuendam eiusmodi pœnam, estque magna pars pœnitentia, ut eodem loco habet S. August. Imò concedimus peccatorem non solum posse, sed aliquando etiam debere confiteri laico in articulo mortis, quando non potest ullum invenire Sacerdotem, & tamen ex hypothesi iudicat se consilio indigere ad salutem suam, nec aliud occurri consilium, quam laici viri prudentis ac probi, vel quia fortassis questio est de rebus ad lites, ad restitutionem aliquam pertinentibus, vel agitur de admonenda tertia persona, ut furtum restituat, respiciat, sibi caveat, veniam concedat, si ægrotus fuerat illi causa peccandi & perditionis; hæc enim omnia possunt fieri consilio, & ministerio laico, quale etiam est, si ægrotus offenderit alterum, & graves cum eo gesserit inimicitias, nempe ut tunc studeat, quantum in se est, ei reconciliari, sive præsentis, sive absentis, & palam id profectatur, removendo scandala, quæ olim præbuisset, ad id enim iure divino & naturali obligatur; aut si ægrotus experiatur vehementes tentationes, timeatque præsens naufragium vel præsumptionis, vel desperationis, nisi consulat virum prudentem, à quo auxilium, & consolationem accipiat, tunc enim tenetur ulcus aperire laico, si desit Sacerdos; alias non tenetur communiter. Hucusque Gamachaus. Cui adde Turrianum de Sacram. pœnit. *disp.* 23. *dub.* 1. Coninck de Sacram. *disp.* 8. *dub.* 1. *num.* 6. Hurtadum de Sacram. Pœnit. *disput.* 10. *difficult.* 1. Præpositum in 3. *part.* 9. 7. de Ministro pœnit. *dub.* 1. *num.* 20. & Jacobum Granado de Sacram. in 3. *part.* *concl.* 7. *tr.* 10. *disp.* 1. *n.* 8. qui bene observat talem confessionem ex humilitate, vel ad capiendum consilium; faciendam laico tempore mortis fieri debere non sine delectu, & maturo consilio. Imò non videtur approbare Sahagun de Villasantè in cap. decernimus, *numer.* 113. de *iudiciis*. Valquez in 3. *part.* *tom.* 4. 93. *art.* 1. *dub.* 2. *num.* 2. & ego aperte reprobo cum Marchino de peste *part.* 3. *cap.* 11. *num.* 7. Unde cum Fagundez *prac.* 2. *lib.* 7. *cap.* 31. *num.* 8. puto ineptam prorsus esse confessionem illam, quam quidam nauatè in temporali- bus, & periculis extremis deficiente Sacerdote efficiunt alij alijs peccata sua confitentis, cum ne-

que valida sit, neque ad capiendum consilium necessaria, & ideo hic abusus omnino evellendus est; & eis consulendum, ut in eo periculo de salute curent, per veram contritionem.

2. Neque obstat Concilium Constantiense in Bull. Martini V. in qua condemnantur hæreses Joann. Wiclephi. & Joan. Huss. & inter alias interrogationes, quæ ibi proponuntur pro iis, qui sunt suspecti de illa hæresi, unam esse, utrum credant quod Christianus ultra contritionem cordis habita copia Sacerdotis idonei; soli Sacerdoti de necessitate salutis confiteri teneatur, & non alteri, nec laicis, quantumcumque bonis & devotis; ubi cum additur, habita copia Sacerdotis idonei, videtur indicari in absentia illius esse necessarium confiteri laico. Dicendum tamen est, argumentum à contrario sensu licet alioqui sit magni ponderis, nihil tamen valere, quando id, quod à contrario infertur, est prohibitum & definitum. Unde cum in Tridentino *sess.* 14. *cap.* 6. *can.* 10. definitum de fide sit solus Sacerdotes, non alios esse Ministros huius Sacramenti. Si quis dixerit Sacerdotes, qui in peccato mortali sunt, potestatem ligandi & solvendi non habere, aut non solos Sacerdotes esse ministros absolutionis, &c. anathema sit: nullius est momenti argumentum quod infertur à contrario, maxime quia in Concilio Constant. Bulla solam proponitur interrogatio de eo, quod ad fidem pertinet, cætera ad questionem Theologicam dimittens.

RESOL. LXXXV.

Quandam obliget præceptum contritionis?

Et an; qui peccavit, teneatur præcepto affirmativo habendi contritionem de peccatis iam remissis, quoties memoria occurrunt?

Et quid, si Sacerdos administraturus sit Sacramentum, & non sit Sacerdos Confessorius, an tunc teneatur conteri de peccato, quod habet? Ex part. 5. tract. 13. & Misc. 1. Resol. 33.

§. 1. **H**ic casus erit multum plausibilis iis, qui sup. his omnibus opinionibus contentis in hac Ref. lege latam doctrinam Ref. seq. & signanter pro hac prima opinione ibi recitantur in principio, & quavis non plene sup. hoc lege tamen supra, §. ult. Ref. 69. & signanter in tom. 7. *tr.* 4. ex Ref. 56. §. Sed his. ad medium, à verf. Cam igitur. & lege etiam Ref. & 55. not. seq.

2. Prima opinio est Guillelmi Parisiensis *tract.* de pœnit. *cap.* 19. Argentina in 4. *dist.* 17. *artic.* 4. Majoris *quest.* 2. Petri Soto *lect.* 13. de pœnit. Sylvestri *verb.* *contritio*, *num.* 4. & Divi Antonini 3. *part.* *tit.* 14. *cap.* 18. afferentium, præceptum contritionis, statim ac commissum est peccatum mortale, obligare.

3. Secunda opinio est Marfilij in 4. *quest.* 12. *artic.* 1. Viguierij in *inst.* *cap.* 16. §. 4. Petri Soto ubi supra, aientium peccatorem teneri præcepto ipso contritionis in diebus festis.

4. Tertia opinio est Adriani in 4. *quest.* 3. de Confessione, & Petri Soto dicentium, peccatores obligari præcepto contritionis, quando magna aliqua calamitas populo imminet.

5. Quarta opinio est Dominici Soto in 4. *sententiar.* *dist.* 17. *quest.* 1. *art.* 6. qui docet, peccatorem teneri præcepto ipso contritionis, quando est in periculo probabili oblivionis peccatorum.

6. Quinta opinio est Suarez in 3. *part.* *tom.* 4. *disputat.* 15. *sect.* 6. Coninck *disputat.* 3. *dub.* 3. Ochagavia *quest.* 16. & aliorum, qui tenent, peccatorem teneri ante articulum mortis ad non multum differendam contritionem, postquam commissum fuerit peccatum mortale, nullum tamen

men determinatum tempus assignat, pro quo peccator obligatur.

Sap. doctri-
na contenta
in hoc § in
Ref. seq. §.
Dico itaque
& seqq. sed
lege cam
per totam
& non pige-
bit, & vide
infra doctri-
nam Ref. 91.
& 92. & la-
te in tom. 3.
tr. 1. ex Ref.
42. §. Ex fu-
pradictis, &
inferius in
tr. 4. cursum
in §. ult. ad
mediū, vers.
Et propter
Ref. 7. & pro
parte etiam
brevis in
tom. 7. tr. 4.
ex Ref. §. 6.
ult. ad me-
diū, vers.
& in articu-
lo mortis, &
pro conten-
to in quin-
que lin. ult.
huius §. Sed
omnes lege
supra Ref.
82. & c.

7. Sed omnes has opiniones optimè refellit Hurtadus Complutensis *disput. 3. de penit. difficult.* 4. ubi cum Caietano *in summ. verb. contritio*, & Valq. *in 3. part. tom. 4. quest. 86. art. 2. dub. 6.* docet peccatorem præcepto ipso contritionis non teneri, nisi in articulo mortis, aut in periculo, quando medio sacramento Pœnitentiæ justificari non potest; nam alias peccator exculatur ab obligatione præcepti contritionis, quando alia via justificatur; & ratio est, quia tota obligatio præcepti contritionis oritur ex necessitate justificationis: ergo cessat, cessante dicta necessitate. Et ita ego hanc sententiam teneo, quam præter Doctores citatos tenet etiam Villalobos *in summ. tom. 1. tract. 9. difficult.* 21. *num. 4. & 5.* Dico igitur peccatorem, qui Sacramento non justificatur, teneri in actu secundo ratione sui & per se in articulo, & in periculo mortis extra hæc tempora per accidens ratione præcepti alterius virtutis à charitate distinctæ; ut quando administrandum est aliquod Sacramentum, & non adit Confessarius, tunc, ut dixi, per accidens ex virtute Religionis, ut dignè manifestentur Sacramenta, teneretur elicere actum contritionis.

8. Unde ex his contra Alexandrum *4. part. quest. 68. membr. 2. artic. 2.* Richardum *in 4. dist. 14. artic. 9. quest. 1.* Gabrielem *quest. 3. dub. 1.* Paludanum *dist. 17. quest. 1. art. 3.* & Sylvestrum *verb. contritio, quest. 2.* dicendum est eum, qui peccavit, non teneri præcepto affirmativo habendi contritionem de peccatis jam remissis, quoties memoria occurrunt, quia non modò hæc obligatio durissima videretur absque fundamento, sed etiam contra rationem; præceptum enim istud, ut dictum est, idè obligat in actu secundo; quatenus indigemus justificatione à peccatis, & reconciliatione cum Deo. Ergo qui semel ab illis justificatus est, manet exemptus ab obligatione illius. Et ita docet Caietanus *in 3. part. quest. 84. art. 8. & 9.* Petrus Sotus *lect. 13. de penit.* Dominicus Sotus *in 4. dist. 14. quest. 1. artic. 9.* Suarez *disp. 15. sect. 8.* & alij.

RESOL. LXXXVI.

An peccator post peccatum teneatur statim ad aliquam penitentiam imperfectam?

Dicitur imperfecta, quia ad perfectam, v.g. contritionem non tenetur.

Et hæc opinio procedit etiam quoad Religiosos, qui non statim, ac peccant, tenentur conteri. Ex part. 11. tr. 8. & Misc. 8. Ref. 51.

Alibi in Ref. præterita, & signanter lege ibi §. Prima. & §. Sed omnes. & vide etiam §. 5. eorum annotat.

§. 1. **D**ixi ad aliquam penitentiam imperfectam, ad perfectam enim contra aliquos dicendum est peccatorem post peccatum statim non teneri, ut ex communi sententia Doctorum alibi probatum est, & patet ex communi sensu fidelium, atque usu; neque enim Confessarij in confessione inquirunt, an statim atque quis peccaverit, habuerit contritionem; nec penitentes de eo peccato se solent accusare, nimisque difficile esset homines sub novo peccato mortali astringere ad penitentiam statim agendam; indeque sequeretur, eum, qui post peccatum penitentiam differt, continè, ac semper peccare, & saltem toties, quoties advertit se esse in statu mortalis, postquam de illo confiteri, & non convertitur. Præterea non sufficienter Ecclesia detrimasset præceptum

confessionis semel in anno, si pœnitentia esset statim, atque quis peccat instauranda. Nec audiendi sunt, qui admittunt illam ignorantiam esse in multis, & inde excusati (multos tamen esse) quis timens culpam gravem in dilatione penitentia, nam ij tenerentur admittere (& revera admittunt) fati reprehensibilem in Confessariis, vel ignorantiam, vel injuriam. Imò indignè videntur sentire de corpore totius Ecclesiæ, & ejus Prælati, dum talis instructio, & noticia non intimatur, & explicatur subditis in obligatione præcepti naturalis, quod esset hoc si re vera existeret. Tandem cum præceptum penitentia sit præceptum quoddam affirmativum, proinde atque præceptum dilectionis, meritò cenleri debet non obligare statim, & (ut aiunt) semper, & pro semper, sed certo quodam tempore ut latius postea dicam.

2. Sed difficultas est an, saltem ut diximus, peccator post peccatum teneatur ad aliquam penitentiam imperfectam; & affirmativam sententiam tenet Pater Sfortia Pallavicinus *in essent. Theol. l. 7. cap. 25. num. 259.* ubi sic ait: Censemus quidem peccatorem statim post peccatum teneri ad aliquam penitentiam imperfectam, quæ sit retractio, & detestatio divini contemptus & eandem obligationem esse, quoties peccatum non antea retractatum memoria occurrit; Quæ utique obligatio non debet conicere homines in scrupulos; tum quia intelligitur posita sufficienti advertentia, tum quia potest aliquis sequi opinionem probabilè oppositam.

3. Cæterum nostra conclusio speculativè loquendo probatur à fortiori ex opinione plurimum Scholasticorum, qui hanc eandem obligationem admittunt, quoties iterum atque iterum redit in memoriam peccatum commissum. Et quidem ea sententia potest validè suaderi, quia pertinet ad dignitatem Dei, ut quoties occurrerit memoria quod illum graviter offendimus, toties accersamus illam actionem. Quis enim constitutus ante faciem alicujus Principis, & memorans se fuisse perduellem putat se posse sine contemptu Principis non offendere aliquam displicentiam de ejusmodi crimine à se parato? Et id porro facillimum est in casu nostro, supposito, quod homo nolit illud peccatum approbare (si enim positivè approbaret, committeret sine dubio novum peccatum) & supposita sufficienti advertentia, quam diximus. Et id videtur indicasse D. Thomas *3. part. qu. 84. art. 8. in corp.* ubi ait: Penitentia interior debet durare usque ad finem vitæ, semper enim debet homini displicere quod peccavit: si enim ei placeret peccasse, jam ex hoc ipso peccatum incurreret, & fructum veniæ perderet. Subdit verò: In Patria manere illam displicentiam sine dolore: Et licet prædicta verba excludant solum actum positivum complacentiæ, tamen ex alia parte videntur exigere actum positivum displicentiæ: nam præcindere ab utroque actu non est pœnitere, & sic non probaretur conclusio S. Thomæ, quod penitentia debet durare tota vita, & quod eatenus non durat in patria, quatenus penitentia præter displicentiam dicit dolorem, cujus Beati sunt incapaces.

4. Veruntamen quidquid sit de prædicta sententia, saltem rationes supra indicatæ evincunt peccatorem statim teneri ad primam retractationem, ubi memoria peccati occurrit. Videtur enim magnus contemptus Principi facere hunc actum. Ego scio, quod ultima vice mihi placuit graviter offendere Principem, & tamen nolo retractare hanc

hanc meam ultimam voluntatem, quamvis sciam meos omnes actus interiores versari in conspectu ipsius Principis. Hucusque Pater Pallavicinus. Sed quia ipsemet fatetur contrariam sententiam esse probabilem, ego huic adhareo; nam video communem usum fidelium, & Confessoriorum, esse in contrarium; nec enim de isto peccato penitentes se exultant, nec de illo Confessarij interrogare solent. Ergo.

5. Et nota nostram opinionem procedere etiam quoad Religiosos, non enim statim quod committunt peccatum tenentur de illo confiteri. Et ita contra Divum Bonaventuram in 4. *distinct.* 17. *part.* 2. *art.* 2. *quest.* 2. Cajetanum in 2. 2. *quest.* 66. *art.* 3. & alios docet ex Vasquez; Lugo, Hurtado, Pater Leander de Sacramentis tom. 1. *tractat.* 5. *distinct.* 32. & Ochagavia de Sacrament. *tractat.* 1. de *penit.* *quest.* 15. teneri solum secundum congruentiam, vel consilium debere specialiter Religiosos expiare animam post peccatum commissum statim; quia ejus status majorem perfectionem requirit.

6. Dico itaque cum Dicastillo de Sacram. tom. 2. *tract.* 8. *disp.* 3. *dub.* 3. *num.* 25. & 26. & aliis penes ipsum, peccatorem præcepto contritionis non teneri per se loquendo nisi in articulo, aut periculo mortis: fundamentum est, quia tantum videtur contra rationem, & contra charitatem erga Deum (ex qua sola oritur obligatio propria præcepti contritionis) permanere in æternum in inimicitia Dei.

7. Excusabitur ergo juxta dicta in præcedentibus duabus dubitationibus, quando alia via quis justificatur, quia tota obligatio præcepti contritionis provenit ex necessitate justificationis, ut diximus, qua cessante cessat obligatio, cum sit factus amicus Dei. Et hanc sententiam ego alibi docui, & docent doctores, quos etiam me citato adducit Leander ubi infra, & novissime Ludovicus Abellij in *medull.* *Theolog.* 1. 2. c. 5. *sect.* 8. qui citat Gamacham, & Isamberti.

8. Scio Eminentissimum Dominum meum Cardinalem Lugo de *penitent.* *disp.* 7. *num.* 234. contrarium docere, nempe non solum in mortis articulo, sed etiam antea urgere præceptum penitentiae, quod probat ex dignitate Dei offensi, in cuius contemptum redundare videtur, si quis adeo parum curet de reconciliatione cum Deo procuranda, & velit per totam vitam in ejus amicitia perseverare. Explicat exemplo. Constat (inquit) non fieri absque Principis indignatione & offensione, si post delictum in Principem commissum, potens aliquis obtinere Principis pacem & gratiam, & de ea nihil curet, sed differat venie petitionem, & reconciliationem ad finem vitam.

9. Verum adversus illum insurgit sapientissimus Dicastillus ubi *supra* *dub.* 5. *per totum*; & respondens ad argumentum Cardinalis n. 63. sic ait: Hoc ergo fundamento scripturae rejecto videamus illud, quod prius statuit de contemptu dignitatis Dei. Atque in primis ad id quod ait, videtur aperte colligi ex dignitate Dei offensi, cum sit argumentum per vocem *videtur*, possumus vulgari modo respondendi simili argumento, dicere, *non videtur*, præterit (ut ille ait) aperte, in quo sumus melioris conditionis. Nam asserenti, & contendenti obligationem aliquam esse, incumbit illam probare, non neganti; & quidem supposito quod non statim quis teneatur surgere à peccato, quia possit licite differre penitentiam absque peccato, etiam

veniali, ut ipse cum communi sententia admittit, non facile assignabit extra articulum, & periculum moriendi sine penitentia, tempus in quo urgeat præceptum. Atque ut notabamus *supra* *num.* 38. dum responderemus tertie objectioni, que quidem contendeant, velle manere in peccato esse illicitum; distinguendum est inter actum qui sit approbatio peccati commissi, & status in quo de præfenti est quis peccator, quod diximus esse illicitum: & inter actum quo quis vult non tam citò adhibere medium, quo se liberet à peccato, & hoc negavimus esse peccatum, nisi ex aliis circumstantiis extrinsecis obligatio proveniat, ut (inquam) ibi id notabamus; ita, & hic dicendum est pro obligatione de qua agimus extra periculum prædictum. Nam seculo præcepto positivo, aut alia circumstantia extrinseca (de quo postea) negamus esse peccatum differre, aut velle differre penitentiam, & putamus eandem esse rationem pro non surgendo à peccato extra prædictum periculum. Quapropter sicut non possumus affirmare cum fundamento, quod seculo præcepto positivo non penitere extra annum, sit per se peccatum, nec ipse Lugo affirmabit, id aperte colligi ex dignitate Dei offensi, in cuius contemptum redundare videatur (verba sunt ipsius) si quis adeo parum curet de reconciliatione cum Deo procuranda, ut velit (per totum annum) in ejus inimicitia perseverare (alioquin omnes, qui semel tantum in anno, dum confitentur, penitent, speciale peccatum, seclusa ignorantia haberent) ita hoc ipsum non possumus cum fundamento affirmare de non penitentia extra prædictum periculum. Si enim nunquam penitere extra prædictum periculum redundat in Dei contemptum, ut ille putat, ita intra annum unicum non penitere in ejusdem contemptum redundaret, quia satis notabile tempus est integer annus, ut quæ omisso diuturnitate, seu redundare videtur in contemptum eo tempore censetur redundare, minus quidem, quam si non peniteret per multos annos, redundaret tamen, & solum differret contemptus à contemptu penes magis, & minus; quod si ea diuturna mora in inimicitia est contemptus; non potest non censeri gravis contemptus mora unius anni, qualem moram gravem putat Ecclesia in eo, qui cum possit, omittit per annum integrum liberari ab excommunicatione. Quæ nimirum ex illa tam diuturna mora præsumit hominem contemnere, vel Ecclesie mandatum, vel vim censuræ, & potestatis Ecclesiasticæ, vel quod credat nullam esse potestatem talem, atque adeo procedit etiam contra illum tanquam contra suspectum de fide Catholica, quod non faceret, si aliunde satis constaret illam moram non esse ex tali contemptu, aut defectu fidei, sed ex imbecillitate, & fragilitate humana, aut nisi putaret sufficere ad id præsumendum unius anni motam. Sic etiam Princeps ille quem asert in exemplum Eminentissimus per annum, aut etiam per unicam hebdomadam, si omitteret subditis reconciliari, indignaretur, quod id interpretaretur, & præsumeret Princeps esse contemptum, non quia mora præcisè, & formaliter esset contemptus ipse, sed quia esset aliquod signum illius. Hucusque Dicastillus. Qui postea plura alia contra dictum Cardinalem proponit. Et tandem *num.* 68. sic concludit. Quod si forte dicatur etiam in nostro casu posse assignari aliquod tempus, ultra quod omitteret penitentiam, sit contra talem obligationem peccatum grave (in quam partem ipse videtur inclinare ex occasione redarguens Con-

chum n. 243, in sine) assignando tres, aut quatuor annos, itaut fatendum esset peccare proculdubio contra hoc præceptum speciale eum, qui ad id tempus penitentiam, & veniam petitionem differret: hoc sane est assumere, & supponere probandum, & affirmare id, de quo est controversia: nostri enim Authores nullum quantumvis longum tempus admittunt secluso præcepto positivo, nec ullum vident argumentum quod ad id cogat, nisi quod videtur, qui negligit penitentiam, Deum offensum negligere, ad quod nos respondemus, non videtur. Imo neque in ipso mortis articulo, si omitteret, non ex vi præcisæ omissionis peccaret peccato contemptus (quo peccato commisionis non peccatur, nisi per voluntatem directam) sed peccaret peccato omissionis actus debiti charitatis, cujus præceptum tunc urget, quidquid sit, an simul etiam peccaret contra obligationem procurandi suam salutem æternam, & vitandi æternam damnationem. Ita ille. Unde à fortiori non videtur admittenda opinio Patris Sfortia Pallavicini in *asser. Theol. lib. 7. cap. 25. n. 268.* asserentis speculative loquendo, probabile esse non licere decernere dilationem penitentiae ultra annum.

10. Non deferam tamen hic adnotare sententiam Cardinalis Lugo docere Coninch, Granadum, Ochagaviam, Candidum, & alios, quos citat, & sequitur Leander de *Sacram. tom. 1. tract. 5. disput. 1. quest. 37.* qui optimè subdit nostram sententiam non esse fallam, & improbabilem, ut immeritò illam vocat Nugnus in *addit. ad 3. part. quest. 2. artic. 3. dub. 3.* Sed iste Auctor sapè sapius fædè labitur in censurandis Doctorum virorum opinionibus, & Leander ubi *suprà* pro nostra sententia adducit 16. Doctores, & inter illos Cajetanum, Sotum, & Durandum omnes Dominicanos. Unde nostram sententiam Lelsius in *3. p. D. Thoma, q. 8. de tempore contritionis dub. 2. num. 7.* vocat valde probabilem.

11. Ex dictis infero, quod etiam stando in opinione Cardinalis Lugo, & aliorum, puto non esse admittendum id, quod docet Nugnus ubi *suprà*, & Reverendissimus Candidus *tom. 5. disp. 24. art. 16. num. 5.* ubi sic ait: Qui manet in aliquo peccato per octo, & fortè etiam per sex menses, & non elicit aliquem actum contritionis, tenetur in confessione postea se accusare de violatione præcepti contritionis. Sic ille. Sed pace viri doctissimi, & amiceissimi, puto nec teneri penitentem illud peccatum omissionis contritionis elicendæ explicitè in confessione explicare. Nec Confessarium interrogare, saltem regulariter loquendo, de peccato illo. Primò, quia nullus fidelis de transgressione præcepti diligendi Deum supra omnia, nunquam interrogamus penitentes, eo quod ex confessione ipsa, satis constat nobis, aut illud servaverint, vel non; sic non tenemur interrogare specialiter penitentes, an satisfecerint præcepto dolendi de peccatis post ultimam confessionem; quia ex ipso penitentis statu, & confessione, qua se accusat de confessione per annum plusquam omiſſa, innotescit satis illa transgressio. Et ita nostram sententiam tenet Cardinalis Lugo ubi *suprà* num. 242. & seq. & post illum Leander *suprà* citatus quest. 39.

RESOL. LXXXVII.

An existens in peccato mortali, quando elicit actum contritionis propter administrationem alicujus Sacramenti: tenetur ad examen conscientiae, &

commemorationem omnium peccatorum? Idem queritur, quando quis ex defectu Confessarii ad vitandum scandalum celebrat absque prævia confessione. Et advertitur non requiri distinctas contritiones pro distinctis peccatis, sed sufficere unam pro omnibus. Sed docetur tamen sub præcepto naturali teneri peccatorem ad examen, & recogitationem omnium peccatorum? Ex part. 11. tract. 5. & Misc. 5. Resolut. 55.

§. 1. **C**asus sunt satis practicabiles, & quidem curiosi; & ad illos affirmativè respondet Melchior Canus inter præstantissimos Theologos ordinis Prædicatorum doctissimus in *Relect. de præm. 3. part. ad 3. principalem rationem dubitandi conclus. 2. & 3.* idem etiam tenet Scotus in *4. sent. distinct. 27.* putant enim contritionem secundum se, & præciam suam rationem requiri aliquod examen conscientiae, vel commemorationem peccatorum ad justificationem extra Sacramentum penitentiae. Probatur hæc opinio, quia quod postulat votum, seu propositum confitendi peccata, postulat illud, quod requiritur ad peccatorum confessionem: sed contritio baptizatorum postulat propositum confitendi Sacramentaliter peccata mortalia; Sacramentalis autem confessio requirit examen conscientiae, & commemorationem singularium mortalium, ergo & contritio baptizatorum postulat etiam examen conscientiae, & commemorationem singularium peccatorum mortalium.

2. Sed ego contrariam sententiam teneo cum *Sup. hoc loco Ref. seq.* D. Thom. in *qq. disputatis de veritate quest. 28. art. 5. ad 3.* Cajetano *opusc. de contrit. quest. 2. & aliis.* Probatur, si vera contritio præcisè spectata requirit examen conscientiae, & omnium peccatorum commemorationem; vel id requirit ex præcisâ ratione contritionis qua contritio, vel ex aliqua ordinatione Dei, non primum, quia contritio dicit solummodo detestationem & dolorem de peccatis, cum proposito satisfaciendi, & de cætero non peccandi, ubi nulla fit mentio examinis conscientiae, vel commemorationis peccatorum: & potest aliquis omnia sua peccata in confusio tantum considerata efficaciter detestari, emendationem vitæ, & satisfactionem apud se statuere, ut patet in Zachæo *cap. 19. S. Luca in Latrone cruci affixo, cap. 15. sancti Mercurii*: igitur contritio spectata præcisè, non postulat necessariò examen conscientiae.

3. Nec potest responderi istos nunc commemoratos fuisse excusatos, vel propter impotentiam, vel propter necessitatem; nam Zachæo, cum nec morbo, nec morte impediretur pramittere ejusdem examen, & peccatorum suorum commemorationem suæ contritioni, quam tamen ex ipsa lectione Evangelij satis constat eum non præmississe. Et hæc omnia procedunt etiam quoad secundum dictum, nempe quod *contritio non requirit aliquod examen conscientiae ex ordinatione Dei*: quia talis ordinatio, nullibi extat, nec habetur ex traditione; imò potius colligitur contrarium: nam passim legimus in sacris litteris hominem justificatum iri per conversionem ad Deum, & statim ad primam contritionem de peccatis: at ejusmodi conversio potest plerumque fieri sine recogitatione omnium peccatorum in particulari: ut patet in exemplis supra relatis.

4. Nec quidquam facit in contrarium quod Ezechias

Ezechias c. 38. Isa. dicat Deo, *RecoGITabo tibi omnes avaritias meas in amaritudine animæ meæ.* & cap. 18. Ezechielis dicat Deus, *Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis, & custodierit omnia præcepta mea, vita vivet.* ubi penitentia comparatur custodia mandatorum Dei, quæ debet esse singulorum.

5. Hæc inquam non faciunt in contrarium, nam docent tantum quid sit *utitius, & magis expediens, non autem quid præcisè tantum sit necessarium*, nec ex facto Regis Ezechia licet inferre, quod Deus jubeat idem, & eodem modo præstari ab omnibus penitentibus, quod à Rege Ezechia præstitum est; nam dantur quidam gradus inter penitentes alij alijs perfectiores: at hoc inquirimus quod absolute sit necessarium contritioni, non autem, quid utitius, & magis expediens.

6. Confirmatur hæc opinio, quia contritio Baptizatorum extra *Sacramentum*, nihil addit supra contritionem in lege naturali, & Mosaicâ præter propositum constituendi peccata sacramentaliter, quatenus Christus Dominus statuit nullum peccatum mortale Baptizatorum esse remittendum, nisi per ordinem ad subjectionem clavibus Ecclesiæ factam in re, vel in voto, ut patet ex dictis supra de sensu verborum formæ Sacramenti penitentia, sed contritio cum tali proposito potest haberi absque examine conscientia; quatenus homo potest conteri de omnibus peccatis suis mortalibus in confuso, & in genere, extendendo virtualiter actum contritionis suæ ad omnia, & singula sua mortalia; & potest etiam simul habere firmissimum propositum expressum de illis subjiciendis Ecclesiæ clavibus tempore, modo, & occasione debitis, absque quod tunc de illis sigillatim, & in particulari cogitet. Nec item Christus Dominus requiritur examen istud in contritione Baptizatorum, extra Sacramentum penitentia desiderasse, sive sacras litteras, sive traditiones, sive Patrum testimonia consulamus: igitur contritio Baptizatorum, extra Sacramentum Penitentia, spectata præcisè, non postulat aliquod conscientia examen. Restat modo respondere ad argumentum pro sententia Melchioris Cani, & aliorum adductum; & idem nego ejus majorem; magna est enim distinctio inter rem, & propositum, seu votum de re ipsa, ut patet in Baptismo, ad cuius votum sufficit, ut sit efficax volitio percipiendi Baptisimum tempore, loco, & modo debitis, nihil aliud in particulari designando tanquam simpliciter requisitum ad tale votum: at quia suscepcio Sacramenti consistit in praxi, & praxis postulat ea omnia, quæ sunt Sacramentum essentialia fieri eo modo, quo fert institutio Sacramenti, & Sacramentum penitentia postulat essentialiter confessionem, seu accusationem omnium peccatorum mortalium, & circumstantiarum speciem mutantium; ut docebitur agendo de confessione, idem postulat consequenter penitentem facere enumerationem singulorum suorum peccatorum mortalium, quæ tamen enumeratio, seu illorum recordatio extra Sacramentum non requiritur in contritione. Et hæc omnia invenies magis firmata apud Nicolaum Isambert, Professore Regium Sorbonæ 3. part. D. Thoma. tom. 2. de Sacrament. Penitent. disp. 11. & 2. & 3. cui adde me citato Dicaftillum, de Sacrament. tom. 2. tr. 8. disp. 2. dub. 8. num. 174. Idem docet Petrus Sotus Lect. 13. de penit. circa finem. Ledesma 2. part. 4. quest. 1. art. 6. Victoria in summa de Sacramentis quest. 115. Idem docuit etiam Major in 4. distinct. 17. quest. 3. Vega lib. 13. in Tom. 1.

Trident. cap. 25. Suarius disp. 4. sect. 6. assertio me 1. 2. & 3. Valquez ad quest. 80. artic. 2. dub. 7. Coninch ad eandem quest. disp. 2. dub. 8. & alij multi recentiores in quibus Cardinalis Lugo disp. 5. num. 90.

7. Itaque dicendum est, quod hæc penitentia de peccatis in confuso vere est propter Deum, amore amicitia summè dilectum, ut supponimus, ac proinde impossibilis cum omni peccato, ergo sufficiens ad amicitiam Dei, & justificationem extra confessionem. Unde Concilium Trident. sess. 14. cap. 4. rationem contritionis, quæ ad justificationem requiritur, explicat sine ullo examine, quod ante confessionem esse debet juxta doctrinam ejusdem cap. 5. ubi docet ad confessionem necessarium esse hoc examen, quia nimirum propter confessionem singulorum peccatorum ex vi ejusdem præcepti requiritur; cum tamen ad justificationem in Sacramento Baptismi solum sit penitentia in confuso sufficiens. Adde, quod confederatio peccatorum vitæ antecedentis circa singula peccata etiam in specie, non potest fieri in multis casibus sine longa temporis mora. Contra verò perfecta conversio ad Deum per penitentiam sufficientem ad justificationem, contingere potest etiam in magnis peccatoribus tempore brevissimo. Ideo Chrylостomus Episc. ad Theodorum Lapum, & refertur in cap. talis de penitentia, disp. 3. dixit, *Deum quantumque, & quolibet brevi tempore non despiciere penitentiam.* Patiter S. Leo Episc. 91. *Misericordia* (inquit) *divina non possumus tempora deservire, apud quem nullas paritur moras vera conversio.* Et S. Coelestinus Papa Episc. 2. c. 2. *Vera* (inquit) *ad Deum conversio mente potius est existimanda, quam tempore*, signum ergo est, conversionem veram per penitentiam de omnibus peccatis posse excitari ex cogitatione in confuso, per quam quis intelligat se per culpas esse offensum, & inimicum Deo.

8. Non me latet circa præsentem questionem Sup. hoc in mediam sententiam existere, convenit enim cum secunda non requiri distinctas contritiones pro distinctis peccatis, sed sufficere unam pro omnibus, docet tamen sub præcepto naturali teneri peccatorem ad examen, & recogitationem omnium peccatorum; est Alenf. 4. part. quest. 17. mem. 3. art. 8. §. 2. Bonaventura in 4. distinct. 16. part. 2. art. 2. quest. 1. S. Thom. 3. part. q. 87. art. 1. in 4. dist. 17. quest. 2. art. 2. questiuicula 6. & art. 3. questiuicula 3. prima 2. quest. 113. art. 5. ad 3. de veritate q. 8. artic. 5. ad quartum, Capreol. in 4. d. 16. q. 1. art. 3. ad quintum. Richard. distinct. 167. art. 4. q. 2. Durand. dist. 17. quest. 2. ad 1. Soti quest. 2. art. 3. Major. dist. 14. q. 2. §. 2. principaliter. Medina Cod. de penitentia tract. 1. quest. 3. Cani Relect. de penitentia p. 3. circa finem. Bellarmin. lib. 2. de penit. cap. 11. propositione 5. Valent. disp. 7. de contrit. q. 8. punct. 6. Nugnuz in additione ad tertiam partem q. 2. art. 6. dub. 1. conclus. 2. Probat hæc opinio, quia penitentia formalis de omnibus & singulis peccatis, est de jure natura requisita ad perfectam reconciliationem cum Deo; sed hæc haberi non potest sine distincta peccatorum recogitatione. Major constat ex dictis: nam perfecta reconciliatio supponit saltem in voto perfectam retractationem offensæ; hæc autem fieri non potest, nisi per formalem detestationem omnium, & singularium offensarum: nam omnis alia imperfecta est, & virtualis tantum. Minor probatur, quia cum detestatio sit actus voluntatis, non potest esse formalis, & expressa, nisi de objecto distinctè cognito: ergo

detestatio, quæ fertur in peccata in communi, & confusè tantum cognita, non est formalis, & expressa omnium, sed virtualis tantum, & implicita. Nec est eadem ratio de proposito servandi præcepta; quia hoc sufficit, ut feratur in præcepta confusè cognita: nam finis huius est, confirmare animum ad observantiam divinatorum præceptorum, quod haberi potest sive confusè sive distinctè ad ea feratur: At finis detestationis peccatorum est, ea ex animo retractare, & condignam poenam sumere, quatenus offensa Dei sunt, qui finis eo perfectior habetur, quo distinctius ea cognoscuntur: cum ergo non teneamur singulas offensas singulis detestationum actibus retractare, saltem tenebimur omnes distinctè recogitatas uno retractationis actu detestari, quem S. Thomas appellat penitentiam specialem, & distinctam.

9. Verùm his non obstantibus ego satis probabiliter non recedo à sententia, quam docui, & idèd illam, tanquam probabilem etiam adversarij admittunt, unde Amicus in *Curs. Theolog. Tom. 8. disp. 4. sect. 6. n. 143.* sic ait: Dico tertio, tenetur peccator ex vi efficacis dilectionis Dei, in actu contritionis inclusæ sub præcepto naturali ad distinctam recogitationem omnium mortalium: quamvis opposita opinio probabilis sit, & præcisè securæ; Ita ille, & idèd stante probabilitate, & securitate huius sententiæ, patet responsio ad dubium propositum in titulo præsentis resolutionis, idèd negativè respondeo. Nam in illis casibus cum Sacerdos existens in peccato mortali non teneatur confiteri, sed tantum per actum contritionis se constituere in gratia, sequitur, eliciendo actum contritionis extra Sacramentum, detestando peccata in confuso, quatenus sunt offensa Dei, esse sufficientem ad remissionem peccatorum, ut possit Sacramenta in gratia ministrare, absque aliquo examine peccatorum. Et idèd dicendum videtur de Sacerdote, qui ad vitandum scandalum non habens copiam Confessarij astringitur ad celebrationem Missæ: nam sufficit absque peccatorum examine elicere actum veræ contritionis, & sacrificium offerre, & licet in his casibus esset valde utile, & pium, singula in particulari recogitare, ad facilius excitandam perfectam poenitentiam per discussionem gravitatis cuiusque peccati, non tamen id esse necessarium, ita, ut ex confusa sola consideratione non possit haberi.

10. Adde, quod idèd amicus ubi *suprà n. 155.* stando in sua opinione docet, illam peccatorum recogitationem non requiri ut medium ad contritionem; sed solum, ut præceptum; unde non est necesse, ut illam præcedat; sed potest subsequi, & in opportunum tempus differri.

RESOL. LXXXVIII.

An qui confitetur peccatum oblitum, vel peccata alias confessæ iterum confitetur, debeat necessariò elicere novum dolorem? Ex part. 11. tract. 5. & Misc. 5. Ref. 21.

Sup. hoc primo infra in Resol. 95. §. Nota hic & in Ref. 245. & in alio §. earum annotationi.

§. 1. **C**asus est practicabilis, & plures serupulos pro his qui frequentant confessiones expellet. Ego primus post Ledesnam de illo olim tractavi; postea, me tamen citato, illum discussit Eminentissimus Cardinalis Lugo, sed novissimè me citato etiam pertractat Dicastill. de *Sacr. 1. 2. rr. 8. d. 6. dub. 12. n. 160.* Ubi sic ait: Afferendum est non solum quando novum peccatum quis fate-

tur, quod oblivione non dixerat, sed quando eadem omninè peccata novæ confessioni subijciuntur, sufficere autem dolorem, vel physicè vel moraliter manentem adhuc. Ratio est, quia potest idèd dolor per novam confessionem novæ absolutioni subijci, non minus, quando eadem peccata sola, nullo addito de novo peccato, novæ absolutioni per novam confessionem significantem denudè talem dolorem, quam, quando peccatum oblivione omissum subijciuntur, & antiqua peccata non minus possunt subijci sub illo dolore, quam si nulla eorumdem peccatorum confessio, & absolutio præcessisset. Nam, quod aliud peccatum simul addatur, vel non addatur, non refert, si alioquin dolor, & nova confessio illum manifestans adsint cum cæteris requisitis, quod ex jam dicendis amplius confirmabitur, & declarabitur. Atque hæc est sententia, quam absolutè sequitur Ledesna citatus, & testatur esse magis communem, & postea sequutus est Lugo, & ante ipsum Diana.

2. Confirmatur ex praxi Ecclesiæ, & Confessariorum posse confirmari nostram sententiam, quia pauci sunt (si tamen sunt) qui sint solliciti de movendo poenitente, ut in reconciliationibus renovet dolorem (ut rectè notavit Lugo) signum ergo est prius habitum dolorem sufficere.

3. Obijcies ex dictis sequi posse, aliquem toto anno quotidie confiteri eadem peccata; non renovato dolore, quem habuit initio anni, quod videtur absurdum.

4. Respondet Lugo *suprà n. 35.* id pendere ex alia questione, ad quam omnes tenentur respondere, scilicet quanto tempore possit dolor antecedere confessionem, vel absolutionem, ut dici possit habere moralem unionem cum ipsa in ordine ad constituendum unum Sacramentum. Omnes enim debent assignare aliquod tempus, intra quod ea partes debeant concurrere, ne fortè propier longam distantiam non possit esse unio moralis inter partes adèd distantes. Hæc ille, & quidem verissimè; voluissent tamen ut aliquam regulam nobis assignaret, vel suam in ea re iudicium aperuisset. Solum addidit *dolorem priorem interrompi per peccatum subsequens; atque adeo ex eo etiam capite, debere iterum renovari.* Ex his concludit rem totam. Sed quid si toto anno non fuerit interpositum peccatum? Quid, si supervenient phrenesim, vel aliam mentis alienationem? malum ab aliis audire quid sentiam, quam per me discernere. Hæc quidem difficultas non solum est pro iterata absolutione, & novo Sacramento; sed æque pro primo, an quævis distantia sit sufficiens, vel quanta debeat esse propinquitas. Ego sanè in tom. præcedente tractat. 1. *disputatione prima, dubio 6.* egi de similitudine requisita inter materiam, & formam Sacramentorum, ubi primò quidem dixi arbitrio prudentis relinqui debere. Deinde majorem requiri propinquitatem in quibusdam, ut in Baptismo, Confirmatione, Unctione, &c. quam in Matrimonio, & Penitentia, quæ duo naturam contractus & iudicij sequuntur, adèd ut Matrimonium multis diebus post datum ab uno contrahente consensus perficiatur, ut quando inter absentes celebratur. Et absolutio confertur etiam sequenti die, dummodo non interveniat novum peccatum, & sæpè fit, quando homo est alienatus à sensu, & prius aliqua ratione (de quo suo loco) fuerat confessus. Unde, si post confessionem ritè factam incidit in amentiam perpetuam, & Confessarius qui exceperat, vel incitavit, vel alia causa non statim absolvit, etiam si multis diebus distulerit absolvere,

Sup. hoc in Ref. 149. & in alio §. not.

Sup. doct. na sequitur huius §. infra in Ref. 94. 95. & in Ref. 96. §. post media, à ver. Tamet si cursum in alio §. eadè annot.

absolvere, posset id facere, tota enim illa distantia videtur physica, non moralis. An verò tunc, si ille Confessarius non absolvisset, & non posset jam, aut nollet, posset alius illum absolvere, saltem sequens sententiam (de qua dicemus *disp. 9. dub. 10.*) quod testimonio aliorum habito de voluntate, aut petitione confessionis possit absolvi; posset dubitari, non solum propter universalem rationem dubitandi, sed propter specialem, quod illa confessio, aut intentio illius non fuerit facta, aut directa ad alium Confessarium, nisi ad illum quem elegerat. Nihilominus juxta eam sententiam existimo posse, imò & debere absolvi, quia cum ille voluisset confiteri, & confessus esset, censetur voluisse habere absolutionem meliori modo & via, qua posset & deberet illam velle, cumque tunc ita deberet esse (saltem virtualiter in voluntate generali servandi legem Dei) paratus ad obligationem confessionis aliqua ratione implendam, ex tunc non sit alia ratio confitendi, seu accipiendi absolutionem, censetur voluntas generalis ad hunc etiam casum se extendere. Sic ergo censuram salvo meliori iudicio. Hucusque Dicastillus; cui ego nunc absolute adhæreo, & sententia superius firmata à fortiori admittenda videtur, quando si quis actu perseveret in eodem actu physico, & reali doloris, & simul det novum signum confessionis, ut contingere potest in eo, qui cum non possit loqui est sibi presens, & dolet, & perseverat in actu doloris, & nunc uni Sacerdoti exhibet signa, quibus significat se peccasse, & velle absolvi, & absolvitur, postea verò alteri supervenienti Sacerdoti iterum signa exhibet, perseverante semper eodem actu doloris, & iterum absolvitur, idque sæpius fiat eodem actu perseverante, non puto posse negari, quod quantum est ex eo capite, ea Sacramenta valeant. Quod potest facile declarari & probari. Nam si idem dolor (etiam physicè idem) post unam confessionem & absolutionem cessaret, & ante alteram iterum resumeretur, satis esset pro secundo Sacramento, quod autem non fuerit interrupta duratio, nihil videtur ob stare, quo minus, existentia illius doloris tempore novæ confessionis & absolutionis sit satis.

RESOL. LXXXIX.

An quando quis confitetur iterum peccata jam confessâ, reneatur elicere novum actum contritionis?
Ex p. 3. tr. 4. Res. 115. aliàs 116.

§. 1. **H**ic casus frequenter accidit, & ideo affirmativam sententiam tenent aliqui, nam materia proxima pœnitentiæ non est sola confessio, sed & contritio, & satisfactio. Ergo totum est repetendum.
2. Sed contrariam sententiam putat esse probabiliorum Joan. de la Cruz *in direct. conscient. p. 2. de Sacram. pœnit. q. 1. dub. 6. concl. 2.* nam repetita sola confessione vocali, repetitur materia proxima, etsi non totaliter, & hoc factum est ut iterum repetatur forma. Et sic patet responsio ad argumentum oppositum, præterquam quod repetita confessione vocali, repetitur saltem virtualiter dolor in ordine ad confessionem vocalem. Si arguas, nam etiam factum est repetere dolorem eorumdem peccatorum sine nova confessione vocali, cum contritio, sicut & confessio, sit pars sacramenti Pœnitentiæ. Ad hoc nego antecedens: nam etsi contritio sit abso-

lutè principaliter necessaria in confessione, tamen confessio in ratione partis Sacramenti est præcipua, imò contritio non est pars Sacramenti in ordine ad confessionem vocalem, cum non sit signum sensibile, nisi in quantum per confessionem manifestatur, & sic si non repetitur confessio, etsi repetatur contritio, non repetitur materia proxima sensibilis. Ita Joan. de la Cruz.

3. Et ante illum hanc etiam sententiam docuit ex eadem familia Dominicana Petrus Ledesma primarius Professor sacre Theologiæ in Academia Salmanticensi, & quia Codex rarus est, & hæc opinio satis curiosa, ponam per extensum ejus verba, itaque sic aserit *fol. 217.* [Duda es si bastara repetir la confession vocal de los mismos pecados para poderse iterar la forma o si sera necessario repetir tambien el dolor interior. Parece ser necesario, porque la materia proxima deste Sacramento son los actos del penitente contricion è confession, luego para hazer nueva materia proxima necesario es repetir no solamente la confession de los pecados, sino tambien el dolor interior dellos. En esta dificultad algunos ombres doctos discipulos de sancto Thomas enseñan, que para repetir la forma sobre los mismos pecados, no basta repetir la confession, sino que es necesario repetir el dolor de los pecados, y tenerle de nuevo, y de otra manera seria pecado, y sacrilegio. Pongamos exemplo en uno que se confesso de un hurto, y le absolvieron deste tal parabolver à ser absuelto deste mismo hurto, no basta que se vuelva à confessar del, y que aga nueva confession, es necesario que renueve el dolor, y no basta perseverar en el antiguo dolor, con que se confesso la vez passada. A esta duda mi parecer es, que aunque esta sententia referida tenga alguna probabilidad, lo contrario es mas probable, y mas comun entre los Doctores, y esto se ha de seguir de manera, que si el penitente se buelve à confessar del mismo pecado sin renovar el dolor, sino perseverando en el antiguo con que se confesso la primera vez, le pueden muy absolver de nuevo, sin escrupulo ninguno. Esto se prueba, porque aviendo nueva confession, aunque no se varia el dolor interior, se varia la una parte destas, que es la confession se varia la materia proxima, come es claro, luego muy bien se podra bolver à pronunciar la forma de nuevo sobre la tal materia proxima que es distinta. De lo qual facilmente se responde à la razon de dudar de la contraria sententia, diciendo, que aunque la materia proxima son aquellas obras del penitente contricion y confession, como se varia la materia proxima, aunque no totalmente y segun todas sus partes. Tambien se podria dezir, que aunque perseverare el mismo dolor, repetiendo las confessiones en alguna manera se repite el dolor en ordine à ellas, por lo menos virtualmente, como dizen los Theologos.] Hæc omnia Ledesma, ex quibus Confessarij sedabunt multos scrupulos, præsertim illorum, qui confitentur de peccatis venialibus Ordinariis, & cum illis de aliquo peccato mortali aliàs confesso, & absoluto, nam in tali casu, & in tali confessione secundum sententiam horum Doctorum, non tenentur elicere novum actum doloris, & contritionis. Sed ego contrarium teneo cum Henriquez *lib. 4. c. 26. num. 7.* & Fillucio *tom. 1. tract. 6. c. 6. n. 77.* debet enim semper adesse novum motivum erubescentiæ, & doloris, quoties quis confitetur, quod videtur probabilius, & tutius.

RESOL. XC.

An dolor de peccatis semper exigatur tempore absolutionis? Ex part. 10. tract. 16. & Misc. 6. Refol. 31. alias 30.

Sup. hoc supra in principio Refol. 88. & in Ref. 89. & infra ex Ref. 95. § idem & ex Ref. 107. §. Notandum est, post mediam. verf. Quando vero. & in Ref. 145. cursim in §. 5.

§. 1. **A**ffirmativam sententiam nominatim contra me tenet novissime doctus, clarus, & acutus Auctor Pater Bernal Societatis Jesu, de *Sacr. disp. 6. sect. 4. n. 74.* ubi sic ait. Hinc obiter elicio in consequenter dixisse Petrum Ledesma, & Joannem à Cruce, quos approbat Antonius Diana *Ref. mor. p. 3. ref. 116.* cum qui solum affert ad confessionem peccata, de quibus jam ritè confessus, & absolutus fuit, etiam si doloris actum non continuaverit, non teneri novum elicere. In consequenter, inquam, loquuntur, quoniam ipsi censent, dolorem esse veram, & propriam Sacramenti partem, & materiam proximam: ergo debet adesse moraliter, dum ponitur forma. Dicunt jam adesse virtualiter primum illum dolorem, hoc ipso quo adest confessio de solis iis peccatis, de quibus ille conceptus fuit. Sed contra, quia materia Sacramenti non est dolor existens moraliter, virtualiter, sed moraliter verè. Contra rursum, quoniam actus contritionis omnium mortalium, qui in vita commissus, quia præceptum contritionis per se obligat saltem tempore mortis? Ex p. 3. tr. 4. Ref. 97. alias 98.

2. Sed licet ego hanc sententiam, ubi supra docuerim, non ausus sum tamen sententiam Ledesmae, & Jo. de la Cruz tanquam improbabilem dammare, ut etiam mecum sentit Eminentissimus Cardinalis Lugo de *Sacram. penit. disp. 14. sect. 34.* ubi post multas rationes pro confirmatione hujus sententiae adducens, sic tandem asserit: Pater Joannes de Salas in *manuscriptis de penit. q. 84. art. 10.* relata sententia aliquorum recentiorum, qui dicebant, requiri novum dolorem, sicut novam confessionem ad valorem secundi Sacramenti; ipse dicit, contrarium verius esse, & sufficere, quod partes sensibiles sint novae, & addit, satisfactionem, licet sit pars sensibilis, posse fortasse eandem esse partem duplicis Sacramenti. Eandem sententiam indicavit obiter quidam alius Magister Salmaticensis in hac eadem materia, dicens, illam non videri improbabilem: clarius autem, & expressè eam docuit Petrus de Ledesma in *Summa, c. 4. Sacrament. Penitentiae*, & Joannes de la Cruz in *Director. p. 2. de Sacram. Penit. q. 1. dub. 6. concl. 2.* Apud alios nihil invenio pro hac parte, nec etiam contra illam, quam quidem Ego non audeo reprobare. Ita Cardinalis Lugo, cui etiam adde, me citato Thomam Tamburinum, in *opusculo de Confess. lib. 1. c. 2. §. 5. n. 7.* & hanc sententiam post hæc scripta invenio docere etiam, me citato, doctum Patrem Leandrum de *Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 7. q. 4.* ubi sic ait: An quando qui iterum confitetur eadem peccata, à quibus jam directè fuerat absolutus, teneatur habere novum dolorem eorumdem peccatorum? Probabiliter respondeo, non teneri ad habendum novum dolorem formalem. Quia repetita confessione vocali, repetitur, saltem virtuali-

ter, dolor præcedentis confessionis, perseverantis adhuc moraliter, & virtualiter. Sic Petrus Ledesma in *Summa, c. 4. de penit. vers. La secunda audas, pag. mibi 322.* Ubi hanc sententiam esse probabiliorum, & communiorum inter Theologos, Jo. de Cruce in *suo directè, p. 2. de penit. q. 1. dub. 6. concl. 2. fol. mibi 174.* Salas in *manuscriptis, de penit. q. 84. art. 10.* Quos novissime refert, nec audeo reprobare P. Lugo *disp. 14. à n. 31. & seqq.* Imò potius illorum sententiam validis argumentis confirmat: & meritò. Quia, (ut Diana dicit) Ex ea possunt Confessores multos scrupulos sedare, præsertim illorum qui confitentur de peccatis venialibus ordinariis, & cum illis de aliquo peccato mortali, alias confessio, & absoluto: nam in tali casu, & in tali confessione non tenentur elicere novum actum doloris, & contritionis. Huc ulque Leandrus. Poterat igitur magis blandè Pater Bernal, ubi supra, circa præsentem difficultatem se gerere.

RESOL. XCI.

An in articulo mortis etiam post confessionem factam, tamen cum attritione cognita, teneatur elicere actum contritionis omnium mortalium, qui in vita commissus, quia præceptum contritionis per se obligat saltem tempore mortis? Ex p. 3. tr. 4. Ref. 97. alias 98.

§. 1. **H**ic casus omnibus deserviet. Nam quis est homo qui vivet, & non videbit mortem? Affirmativam sententiam docent Suarez in *3. p. tom. 4. disp. 15. sect. 4. n. 17.* Nugnus in *3. p. tom. 2. q. 2. art. 4. dub. 4.* Zambranus de *casu occur. temp. mor. c. 4. dub. 1. n. 4.* & alij. Probatur hæc opinio; nam unusquisque tenetur ex charitate propria certam facere salutem suam omnibus mediis possibilibus. Sed quamvis practicè verum sit attritionem cognitam sufficere cum Sacramento Penitentiae, tamen hoc non est de fide certum, & idem falsum esse potest. Ergo saltem vir doctus, qui totum hoc scit, & advertit, tenetur in morte elicere actum contritionis, vel amoris Dei super omnia, & hoc non faciendo mortaliter peccabit. Ita Suarez, primus auctor hujus opinionis.

2. Sed contrariam sententiam, & meritò, docent novissime doctus Fagund, *præcep. 2. lib. 2. c. 4. n. 13.* Becanus de *Sacram. cap. 35. n. 3.* Layman in *Theol. mor. lib. 4. tr. 6. c. 2. n. 6.* Coninch de *Sacram. disp. 3. dub. 1. n. 5.* & Faber de *penit. in 4. sent. dist. 14. q. 2. disp. 18. c. 3. n. 71.* cum aliis. Primò; quia nec in Scripturis, neque in Conciliis habetur tale præceptum charitatis. Secundò, nemo tenetur, neque ex propria charitate, neque ex alio præcepto amplius facere, quam id, quod Ecclesia docet ad salutem esse necessarium. Sed Ecclesia per Concil. Trid. docet ad salutem, & ad gratiam impetrandam à Deo, sufficere attritionem cognitam simul cum Penitentia sacramento. Ergo non tenetur quis ad amplius. Tertio quia ex ista opinione sequeretur incertum esse, non sufficere attritionem cum Sacramento ad obtinendam salutem. Sed hoc dicere est falsum, ergo frustrà requiritur alia certitudo extrinseca. Quarto, ex hac opinione sequeretur nunquam licere homini confiteri cum sola attritione, quia semper se committeret periculo peccandi mortaliter, vel saltem non excipiendi gratiam, quod est omnino falsum. Ergo, &c. Quintò, quia ex ista sententia, non omnes homines tenerentur in tali casu elicere actum

Sup. hoc in Ref. seq. & late in tr. 4. tr. 1. ex Ref. 42. §. Ex hoc practico, & seq. & hic supra ex Ref. 101. §. 4. & 5. & 6. & 7. & 8. & 9. & 10. & 11. & 12. & 13. & 14. & 15. & 16. & 17. & 18. & 19. & 20. & 21. & 22. & 23. & 24. & 25. & 26. & 27. & 28. & 29. & 30. & 31. & 32. & 33. & 34. & 35. & 36. & 37. & 38. & 39. & 40. & 41. & 42. & 43. & 44. & 45. & 46. & 47. & 48. & 49. & 50. & 51. & 52. & 53. & 54. & 55. & 56. & 57. & 58. & 59. & 60. & 61. & 62. & 63. & 64. & 65. & 66. & 67. & 68. & 69. & 70. & 71. & 72. & 73. & 74. & 75. & 76. & 77. & 78. & 79. & 80. & 81. & 82. & 83. & 84. & 85. & 86. & 87. & 88. & 89. & 90. & 91. & 92. & 93. & 94. & 95. & 96. & 97. & 98. & 99. & 100. & 101. & 102. & 103. & 104. & 105. & 106. & 107. & 108. & 109. & 110. & 111. & 112. & 113. & 114. & 115. & 116. & 117. & 118. & 119. & 120. & 121. & 122. & 123. & 124. & 125. & 126. & 127. & 128. & 129. & 130. & 131. & 132. & 133. & 134. & 135. & 136. & 137. & 138. & 139. & 140. & 141. & 142. & 143. & 144. & 145. & 146. & 147. & 148. & 149. & 150. & 151. & 152. & 153. & 154. & 155. & 156. & 157. & 158. & 159. & 160. & 161. & 162. & 163. & 164. & 165. & 166. & 167. & 168. & 169. & 170. & 171. & 172. & 173. & 174. & 175. & 176. & 177. & 178. & 179. & 180. & 181. & 182. & 183. & 184. & 185. & 186. & 187. & 188. & 189. & 190. & 191. & 192. & 193. & 194. & 195. & 196. & 197. & 198. & 199. & 200. & 201. & 202. & 203. & 204. & 205. & 206. & 207. & 208. & 209. & 210. & 211. & 212. & 213. & 214. & 215. & 216. & 217. & 218. & 219. & 220. & 221. & 222. & 223. & 224. & 225. & 226. & 227. & 228. & 229. & 230. & 231. & 232. & 233. & 234. & 235. & 236. & 237. & 238. & 239. & 240. & 241. & 242. & 243. & 244. & 245. & 246. & 247. & 248. & 249. & 250. & 251. & 252. & 253. & 254. & 255. & 256. & 257. & 258. & 259. & 260. & 261. & 262. & 263. & 264. & 265. & 266. & 267. & 268. & 269. & 270. & 271. & 272. & 273. & 274. & 275. & 276. & 277. & 278. & 279. & 280. & 281. & 282. & 283. & 284. & 285. & 286. & 287. & 288. & 289. & 290. & 291. & 292. & 293. & 294. & 295. & 296. & 297. & 298. & 299. & 300. & 301. & 302. & 303. & 304. & 305. & 306. & 307. & 308. & 309. & 310. & 311. & 312. & 313. & 314. & 315. & 316. & 317. & 318. & 319. & 320. & 321. & 322. & 323. & 324. & 325. & 326. & 327. & 328. & 329. & 330. & 331. & 332. & 333. & 334. & 335. & 336. & 337. & 338. & 339. & 340. & 341. & 342. & 343. & 344. & 345. & 346. & 347. & 348. & 349. & 350. & 351. & 352. & 353. & 354. & 355. & 356. & 357. & 358. & 359. & 360. & 361. & 362. & 363. & 364. & 365. & 366. & 367. & 368. & 369. & 370. & 371. & 372. & 373. & 374. & 375. & 376. & 377. & 378. & 379. & 380. & 381. & 382. & 383. & 384. & 385. & 386. & 387. & 388. & 389. & 390. & 391. & 392. & 393. & 394. & 395. & 396. & 397. & 398. & 399. & 400. & 401. & 402. & 403. & 404. & 405. & 406. & 407. & 408. & 409. & 410. & 411. & 412. & 413. & 414. & 415. & 416. & 417. & 418. & 419. & 420. & 421. & 422. & 423. & 424. & 425. & 426. & 427. & 428. & 429. & 430. & 431. & 432. & 433. & 434. & 435. & 436. & 437. & 438. & 439. & 440. & 441. & 442. & 443. & 444. & 445. & 446. & 447. & 448. & 449. & 450. & 451. & 452. & 453. & 454. & 455. & 456. & 457. & 458. & 459. & 460. & 461. & 462. & 463. & 464. & 465. & 466. & 467. & 468. & 469. & 470. & 471. & 472. & 473. & 474. & 475. & 476. & 477. & 478. & 479. & 480. & 481. & 482. & 483. & 484. & 485. & 486. & 487. & 488. & 489. & 490. & 491. & 492. & 493. & 494. & 495. & 496. & 497. & 498. & 499. & 500. & 501. & 502. & 503. & 504. & 505. & 506. & 507. & 508. & 509. & 510. & 511. & 512. & 513. & 514. & 515. & 516. & 517. & 518. & 519. & 520. & 521. & 522. & 523. & 524. & 525. & 526. & 527. & 528. & 529. & 530. & 531. & 532. & 533. & 534. & 535. & 536. & 537. & 538. & 539. & 540. & 541. & 542. & 543. & 544. & 545. & 546. & 547. & 548. & 549. & 550. & 551. & 552. & 553. & 554. & 555. & 556. & 557. & 558. & 559. & 560. & 561. & 562. & 563. & 564. & 565. & 566. & 567. & 568. & 569. & 570. & 571. & 572. & 573. & 574. & 575. & 576. & 577. & 578. & 579. & 580. & 581. & 582. & 583. & 584. & 585. & 586. & 587. & 588. & 589. & 590. & 591. & 592. & 593. & 594. & 595. & 596. & 597. & 598. & 599. & 600. & 601. & 602. & 603. & 604. & 605. & 606. & 607. & 608. & 609. & 610. & 611. & 612. & 613. & 614. & 615. & 616. & 617. & 618. & 619. & 620. & 621. & 622. & 623. & 624. & 625. & 626. & 627. & 628. & 629. & 630. & 631. & 632. & 633. & 634. & 635. & 636. & 637. & 638. & 639. & 640. & 641. & 642. & 643. & 644. & 645. & 646. & 647. & 648. & 649. & 650. & 651. & 652. & 653. & 654. & 655. & 656. & 657. & 658. & 659. & 660. & 661. & 662. & 663. & 664. & 665. & 666. & 667. & 668. & 669. & 670. & 671. & 672. & 673. & 674. & 675. & 676. & 677. & 678. & 679. & 680. & 681. & 682. & 683. & 684. & 685. & 686. & 687. & 688. & 689. & 690. & 691. & 692. & 693. & 694. & 695. & 696. & 697. & 698. & 699. & 700. & 701. & 702. & 703. & 704. & 705. & 706. & 707. & 708. & 709. & 710. & 711. & 712. & 713. & 714. & 715. & 716. & 717. & 718. & 719. & 720. & 721. & 722. & 723. & 724. & 725. & 726. & 727. & 728. & 729. & 730. & 731. & 732. & 733. & 734. & 735. & 736. & 737. & 738. & 739. & 740. & 741. & 742. & 743. & 744. & 745. & 746. & 747. & 748. & 749. & 750. & 751. & 752. & 753. & 754. & 755. & 756. & 757. & 758. & 759. & 760. & 761. & 762. & 763. & 764. & 765. & 766. & 767. & 768. & 769. & 770. & 771. & 772. & 773. & 774. & 775. & 776. & 777. & 778. & 779. & 780. & 781. & 782. & 783. & 784. & 785. & 786. & 787. & 788. & 789. & 790. & 791. & 792. & 793. & 794. & 795. & 796. & 797. & 798. & 799. & 800. & 801. & 802. & 803. & 804. & 805. & 806. & 807. & 808. & 809. & 810. & 811. & 812. & 813. & 814. & 815. & 816. & 817. & 818. & 819. & 820. & 821. & 822. & 823. & 824. & 825. & 826. & 827. & 828. & 829. & 830. & 831. & 832. & 833. & 834. & 835. & 836. & 837. & 838. & 839. & 840. & 841. & 842. & 843. & 844. & 845. & 846. & 847. & 848. & 849. & 850. & 851. & 852. & 853. & 854. & 855. & 856. & 857. & 858. & 859. & 860. & 861. & 862. & 863. & 864. & 865. & 866. & 867. & 868. & 869. & 870. & 871. & 872. & 873. & 874. & 875. & 876. & 877. & 878. & 879. & 880. & 881. & 882. & 883. & 884. & 885. & 886. & 887. & 888. & 889. & 890. & 891. & 892. & 893. & 894. & 895. & 896. & 897. & 898. & 899. & 900. & 901. & 902. & 903. & 904. & 905. & 906. & 907. & 908. & 909. & 910. & 911. & 912. & 913. & 914. & 915. & 916. & 917. & 918. & 919. & 920. & 921. & 922. & 923. & 924. & 925. & 926. & 927. & 928. & 929. & 930. & 931. & 932. & 933. & 934. & 935. & 936. & 937. & 938. & 939. & 940. & 941. & 942. & 943. & 944. & 945. & 946. & 947. & 948. & 949. & 950. & 951. & 952. & 953. & 954. & 955. & 956. & 957. & 958. & 959. & 960. & 961. & 962. & 963. & 964. & 965. & 966. & 967. & 968. & 969. & 970. & 971. & 972. & 973. & 974. & 975. & 976. & 977. & 978. & 979. & 980. & 981. & 982. & 983. & 984. & 985. & 986. & 987. & 988. & 989. & 990. & 991. & 992. & 993. & 994. & 995. & 996. & 997. & 998. & 999. & 1000.

contritionis, & amoris Dei, sed solum viri docti, qui sciunt non sufficere attritionem cum Sacramento, unde tale præceptum naturale esset tantum doctis impostum, & non indoctis, & ideo esset in hoc peioris conditionis Theologus, quam artifia. Sed hoc minimè dicendum videtur. Ergo, &c.

3. Cæteras rationes videbis apud Fabrum, & Fagundez, qui rectè notant sententiam Suarez, laqueos injicere conscientis in re gravi, & ad salutem necessaria homines in dubium de propria salute adducere. Igitur infirmus in articulo mortis non tenetur in rigore, & ex præcepto elicere actum contritionis; sed sufficet si confiteatur etiam cum attritione cognita, licet melius faceret si in se excitaret perfectum dolorem de peccatis ob amorem Dei, uti notant ipse Faber, & Layman ubi supra.

4. Sed dices, præceptum contritionis per se, & ex extrinseca obligatione, obligat saltem in tempore mortis. Ita DD. communiter. Ergo tunc quilibet infirmus tenebitur elicere actum contritionis. Respondeo cum Fagundez ubi supra præcept. 2. lib. 2. cap. 6. n. 5. quòd si tempore mortis existat Confessarius, non tenetur quis elicere actum contritionis, sed solum tenetur attritionem præmittere, & confessionis Sacramentum suscipere, quia per Sacramentum confessionis cum attritione, ex attrito fit homo contritus, & tunc satis suppletur obligatio præcepti, per attritionem videlicet, & susceptionem Sacramenti confessionis. Vide etiam Joan. de la Cruz in direct. p. 2. de Sacram. Pœnit. q. 2. dub. 5. concl. 2.

RESOL. XCII.

An in articulo mortis teneatur quis elicere actum contritionis, ut aut non sufficiat attritio cognita cum Sacramento? Ex part. 5. tract. 3. Ref. 76.

§. 1. **A**ffirmativam sententiam tenet Jacobus Granado de Sacram. pœnit. in 3. part. contrit. tract. 3. disp. 3. sect. 4. num. 17. Tannerus tom. 4. disput. 6. quest. 6. dub. 3. num. 66. & 68. & Præpol. in 3. part. quest. 2. de contr. dub. 5. num. 57. ubi sic ait: Adverte tamen in fine vitæ hominem videri ex charitate erga se teneri ad perfectam contritionem procurandam, licet enim aliæ sententiæ non appareant probabiles, si tamen prima ex quocumque demum capite forte sit vera à parte rei ex ejus neglectu, sequitur malum irreparabile, charitas autem erga se videtur hominem obligare ut malum illud quantum in se est evitet, nitendo etiam ad aliquid, ad quod, per se loquendo non obligaretur extra hujusmodi circumstantiam: Ita ille, & alij, quos ego citavi in part. tert. tract. 4. * resol. 98. Sed ibi pro sententia negativa, quam ego teneo, plures alios Doctores adduxi, quos, si lubet, videbis.

RESOL. XCIII.

An moriens, Confessario absente, teneatur revocare in memoriam omnia peccata, ut de illis postea eliceat actum contritionis? Ex part. 3. tractat. 4. Ref. 117. aliàs 118.

§. 1. **D**E hoc casu olim inter me, & quendam Theologum dissenso fuit; nam ille af-

firmativam sententiam docebat, motus auctoritate Soti in 4. sentent. distinct. 17. quest. 2. cui ego addebam Adrianum quest. 3. de Baptismo, in fine. Angelum verb. contritio, §. 4. Durandum in dist. 17. quest. 2. Richardum dist. 16. artic. 4. quest. 2. Philarchum de offic. Sacerd. tom. 1. part. 2. cap. 20. & hanc sententiam videtur etiam docere D. Thomas 1. 2. quest. 113. artic. 5. ad 3. & in 3. part. quest. 87. artic. 1. in corpore, ubi ait; ad remissionem peccatorum requiri, ut homo diligentiam adhibeat ad rememoranda singula peccata, ut singula detestetur. Et ita novissimè hanc sententiam docet Franciscus Sylvius insignis commentator D. Thomæ in addit. ad 3. part. quest. 2. art. 6. concl. 1. ubi asserit, quòd ad justificationem regulariter, & per se non sufficit contritio de universis peccatis generatim, & confusè, sed requiritur specialis, & distincta singulorum peccatorum, tam quoad numerum, quam quoad speciem; ita scilicet, ut singula recogitari debeant, & de illis sic recogitatis formari una contritio.

2. Sed tunc contrariam sententiam docui, & adduxi Layman in Theolog. moral. lib. 5. tractat. 6. capit. 4. num. 3. casum in terminis decidentem; ubi sic asserit: Seclusa obligatione confitendi, ut puta in lege veteri, vel etiam in nova lege, si confessio, v. g. ob inopiam Confessarij impossibilis sit, non videtur extare præceptum sigillatim recogitandi peccata, modo homo si persuadeat, se sine tali peccatorum specifica, aut numerica recogitatione, verum actum contritionis elicere posse. Ita ille.

3. Et novissimè sustinet etiam hanc sententiam Villalobos in summ. tom. 1. tract. 9. diff. 19. num. 4. ita asserens: [De lo dicho se infiere, que quando el hombre se justifica fuera del Sacramento por la contricion, basta que sea general, aunque no se acuerde en particular de los pecados, porque la inquisicion de los pecados en particular solo deue hacerse, quando se han de confesar, porque sea la confession entera:] vide etiam Cominch de Sacram. disp. 2. dub. 8. n. 76. Henriquez lib. 4. cap. 27. n. 2. Caietanum in 3. part. q. 81. art. 1. Navarrum in man. cap. 1. n. 2. 2. & alios.

RESOL. XCIV.

An qui serio in examine elicit actum contritionis, proponens sequenti die confiteri; sed postea in confessione nullum actum doloris exprompsit confiteatur valide? Ex part. 5. tractat. 1. 4. & Misc. 2. Resolut. 67.

§. 1. **F**requens & curiosus est casus iste, & dependet ex illa quæstione, quanta videlicet conjunctio, & similitas sit necessaria inter dolorem peccatorum, & confessionem. Et consolatoriam sententiam circa præsentem quæstionem tenet doctus Hurtado disput. 1. de Sacram. in genere, diff. 11. ubi sic ait: In pœnitentia post actus pœnitentis multo tempore post, potest absolutio valide conferri, sicut etiam in judicio forensi (instar cuius pœnitentia est instituta) multo tempore post discussionem causæ fieri solet absolutio, vel condemnatio, toto scilicet tempore post, quo actus pœnitentis dicuntur moraliter permanere; tamen autem dicuntur moraliter permanere, quamdiu permanent habitualiter, id est, quamdiu non retractantur, neque expressè, neque implicite. Ita ille.

Ref. 87. signant in §. Non me laet, & lege ibi à §. 2. & in §. Confirmatur, inter medium, & finem à xrf. Ideo postulat.

Sup. in §. 8. not. præterita.

NTON
Opera
om. 1 & 2
E III

Sup. hoc in Ref. seq. & infra in Ref. 96. §. 1. cursum post medium à veris. Tamen, & in Ref. 107. §. pen. in fine, & supra in Ref. 88. §. Respondet.

2. Sed adversus hanc sententiam insurgit novissime Granado in 3. part. de Sacrament. controvers. 7. tractat. 3. disputat. 3. sect. 1. num. 7. ubi sic asserit: Quoniam certò est non esse necessarium, ut dolor existat in hoc puncto absolutionis, aut accusationis, oportebit determinare, quamdiu precedere possit dolor absolutionem. Quidam dicunt posse precedere per multum temporis, ac proinde sine limitatione dummodo postquam semel habitus est, non retractetur. Sed mihi tanta temporis distantia inter dolorem, & confessionem nullo modo probatur; nam inter materiam, & formam cujuslibet Sacramenti debet esse moralis conjunctio; hæc autem non potest indifferenter in qualibet temporis intercapedine conservari. Ergo cum dolor sit materia Sacramenti Pœnitentiæ inter illum, & absolutionem, quæ est forma, debet esse ea solùm temporis distantia, quæ non obstat, quominus inter illas sit conjunctio moralis. Dicendum ergo est tamdiu solùm posse precedere dolorem, quamdiu virtualiter permanerit; hæc autem virtualis permanentia non aliter explicari debet, quàm in aliis eventibus. Dicitur ergo virtualiter dolor perseverare, quamdiu si pœnitens interrogetur cur doluerit, possit sine nova deliberatione respondere se doluisse ut confiteretur, & non retractasset dolorem, quia vult confiteri. Sic enim intentio confitendi Sacramentum permanet virtualiter in Ministro, quamdiu sine nova deliberatione interrogatus responderet se propterea ritum illum externum adhibere, quia vult Sacramentum ministrare; & similiter intentio efficiendi opus externum propter Deum tamdiu durat virtualiter, quamdiu interrogatus sine mora respondebit se illud facere, ut Deo placeat. Huc usque Granado loco citato.

3. Verùm sententiâ Hurtadi mihi etiam probabilis videtur. Unde ad casum propositum respondi confessionem illam fuisse validam, & ita in terminis, ut dici solet, terminantibus tenet Joannes Præpositus in 3. part. D. Thome, q. 2. de contritione, dub. 1. num. 30. ubi sic ait: Si quis examinans conscientiam, & eliciens dolorem de peccatis, illum referat ad confessionem, seu doleat, volens illa peccata clavibus subjicere, talis dolor sufficit per modum partis, quamvis aliquanto tempore præcedat confessionem, & censetur moraliter permanere, dum sit confessio, licet desierit esse actu, censeturque moraliter informare confessionem. Unde cum aliquis vespere examinans conscientiam elicit contritionem peccatorum, proponens sequenti die confiteri, validum est Sacramentum, quantum est ex parte contritionis, licet nullum alium actum contritionis eliciat. Ita ille, & ego.

RESOL. XCV.

An actus doloris, si per multum temporis præcedat, sufficiat ad ejus validitatem.
Sed quoad praxim difficultas est, quantum sit illud tempus, quo id censetur in re nostra?
Et docetur, quod quando quis unius, vel alterius peccati statim post absolutionem recordatur, & addit illud, in tali casu non indiget novo actu doloris.
Item, quod quando quis iterum confitetur eadem peccata, à quibus jam directè fuerat absolutus, non tenetur habere novum dolorem eorundem peccatorum.

Et notatur attritionem ob metum pœnæ Purgatorij, sufficere ad valorem Sacramenti.
Item dicendum est de attritione concepta ex metu peccatis, vel alterius damni temporalis.
Et tandem queritur an attritio ob infamiam, aut mortem, quam iudex infligere potest, aut ob aliud malum temporale, sit sufficiens ad effectum Pœnitentiæ suscipiendum? Ex p. 9. tract. 9. & Misc. 4. Resol. 52. aliàs 51.

§. 1. AD hoc dubium respondet Tamburinus, Opusc. 1. lib. 1. cap. 2. §. 4. num. 5. ubi sic ait: Quoniam verò communiter solet precedere confessionem; quanto tempore precedere potest? Dico quantum moraliter potest censeri unum actum imperari ab alio, & facere unum moraliter cum illo. Hæc est doctrina Theologorum communis; sed quò ad praxim difficultas est, quantum sit illud tempus quo id moraliter censetur in re nostra? Respondeo qui mane dolet & actu non revocato, post tres vel quatuor horas confitetur sine novo doloris actu, non est dubium quòd bene satisfaciat. Rursus, si quis vesperi examinans conscientiam, elicit actum doloris proponens sequenti die confiteri, abundè est. Idem puto si non solùm precedenti vesperi, sed etiam precedenti die id fecerit, actu semper ut dixi, non revocato. Longior tempore extensionem nondum inveni quoad Theologos. Si quis inveniat, vel longiorem satis esse autumat, hic oro, subscribat. Ita ille.

2. Sed ego Theologum inveni, qui magis loquitur; & is est Pater Leandrus de Sacram. tom. 1. tract. 5. disput. 7. quest. 6. in qua contra meipsum, Granadum, & alios docet, sufficere ad validam efficientem Confessionem, quantumvis per multum temporis spatium præcedat dolor absolutionem, dummodo postquam semel habitus est, nec expressè, nec implicite retractetur. Et citat Hurtadum de Sacram. in genere, diffi. 11. in fine, & Candidum disput. 24. art. 6. n. 2.

3. Nota hic etiam dictum Leandrum, ubi supra quest. 5. docere, quòd quando quis unius, aut alterius peccati, statim post absolutionem recordatur, & addit illud, in tali casu non indiget novo actu doloris; quia in virtute prioris doloris adhuc virtualiter manentis, potest ab illo peccato absolvi: nam dolor prior, ut in virtute extensus ad peccata oblita, perinde valet ac si esset novus dolor de solis peccatis obliis. Et citat pro hac sententiâ Lugum, & Henriquez.

4. Idem quest. 4. docet etiam, me citato, & Cardinali Lugo; quòd quando quis iterum confitetur eadem peccata, à quibus jam directè fuerat absolutus, non tenetur habere novum dolorem eorundem peccatorum; quia repetita Confessione vocali, repetitur saltem virtualiter dolor precedentis Confessionis, perseverantis adhuc moraliter, & virtualiter.

5. Nota etiam hic contra Vasquez, & Hurtadum, attritionem ob metum pœnæ Purgatorij, sufficere ad valorem Sacramenti; quia terrore dicitur pœnæ optimè potest dolere homo, non solùm de venialibus, sed etiam de mortalibus, quæ post justificationem, pœnæ Purgatorij puniuntur. Et idem dicendum videtur de attritione concepta ex metu peccatis, vel alterius damni temporalis, quo Deus solet punire peccata in hac vita. Hæc Leandrus, uti supra quest. 13. ex Cardinali Lugo, & aliis. Qui etiam quest. 14. inquit, an attritio ob infamiam, aut mortem, quam iudex infligere potest, aut ob aliud malum temporale, sit sufficiens ad

ad effectum penitentiae suscipiendum: Et respondet esse sufficientem, casu quo illa attritio, vel dolor ob infamiam, vel ob aliud malum temporale sit cum aliquo respectu ad Deum, id est, sit dolor de peccato, quia Deus immittit, vel immittet illam infamiam, mortem, aut aliud malum, secus verò si sit dolor ob infamiam, aut metum, &c. Ita Ochagavia, Hurtad. Coninch, Lugo penes ipsam, quos ego etiam olim adduxeram.

RESOL. XCVI.

An dolor debeat precedere confessionem, & sit referendus à penitente ad Sacramentum Pœnitentiae, ut sit postea dolor sufficiens, quando penitens confiteatur?

Et an, si quis confiteatur sine proposito dolendi saltem post confessionem peccatorum, an tunc sufficiat elicere dolorem de peccatis Confessio sine proposito dolendi saltem post confessionem; an potius debeat iterari confessio, tanquam substantialiter invalida?

Et an, si penitens post dolorem novum peccatum committat, novum dolorem debeat elicere cadentem super omnia, vel an sufficiat de novo tantum peccato commisso dolere? Ex part. 9. tractat. 9. & Misc. 4. Resol. 37.

AD utrumque casum ex multis, affirmative respondet Casrus Palaus *rom. 4. tract. 23. disputat. unica, punct. 7. num. 11.* sic assertens: Necessarium existimo, ut prædictus dolor confessionem precedat; alias confessio non esset sui legitima accusatio ad reconciliationem tendens; sed quaedam peccatorum narratio. Quod si facta confessione absque ullo dolore ad detestationem peccatorum Confessarii monitis exciteris, ut sæpe contingit; necessariò tota illa confessio denuò clavibus Ecclesiae subjicienda est: quod unico verbo præstare potest, si te accuses de omnibus confessis, ab iisque petas absolui. Atque ita Egidius de Coninch *disput. 4. dub. 6.* Paulus Layman *lib. 5. summ. tract. 6. cap. 4. assert. 5.* Neque dissentit Suarez *disput. 20. sect. 4. num. 31.* ubi bene notavit Layman supra. Tametsi consultum sit, cum peccata fateris, & absolutionem obtines, dolorem expressum habere de peccatis commissis; non est tamen necessarium: sufficit antea, eo scilicet die præmissis ex intentione ea peccata fatendi; Confessio enim postmodum subsequuta ab eo dolore virtualiter perseverante informari censetur, sicut bene docent Suarez *disputat. 20. sect. 4. a num. 29.* Bonacina plures referens *disput. 5. q. 3. part. 2. n. 17.* Huc usque Palaus.

2. Sed circa hos duos casus, sed directò negativè sententia adheret Joseph de Januario *in res. Theol. moral. part. 1. resol. 29. per totam.* Probat primum ex praxi fidelium; videmus enim, quod Confessarii prudentes, postquam penitens confessus est peccata sua illum disponunt ad eliciendum actum contritionis, seu doloris, & postea nullo modo cogitant de repetenda confessione facta, nec distinctim, nec confusim; sed etiam probatur ratione; nam talis dependentia in materia Sacramenti Pœnitentiae, non requiritur ex parte formæ, neque ex parte gratiæ Sacramentalis: ergo est omnino impertinens. Quod non requiritur ex parte formæ, patet: nam forma Sacramenti penitentiae, cum sit per modum sententiae absolutivæ, requirit tantum expositionem peccati, à quo reus est

absolvendus, & requirit etiam dispositionem ad remissionem peccati, quæ habetur à dolore, seu detestatione supernaturali: omnis enim confessio exponit peccata quomodocumque dicta, & omnis detestatio supernaturalis disponit ad remissionem peccatorum, non quia confessionem parit, sed quia supernaturalis est, aliter enim etiam dolor naturalis producens confessionem disponderet ad gratiam, quod est falsum. Neque talis dependentia requiritur ex parte gratiæ, nam ad gratiam sufficit dolor supernaturalis; quod verò pariat, vel non pariat confessionem, hoc omnino impertinenter se habet, nam talis productio est omnino naturalis, etsi sit à dolore supernaturali; est enim à dolore supernaturali, sed non prout supernaturalis est, nam etiam si dolor naturalis sit, adhuc posset producere confessionem illam, & naturalia sunt omnino impertinentia in ordine ad gratiam supernaturalem, cum dispositio semper debeat esse in eodem ordine cum forma.

3. Confirmatur; quia si quis aliquo repentino accidenti correptus statim Confessarium vocet, & postea loquelam amittit; hic talis est absolvendus à Confessatio, etiam si Confessarius nullum aliud signum sensibile habeat, sed tantum testificationem à circumstantibus, & tamen hic non potuit prius elicere actum contritionis, quam Confessionis: ergo talis dependentia non requiritur.

4. Probat secundò, quia entitas confessionis independenter à dolore est habilis esse signum contritionis in actu primo; etsi in actu secundo illam non significet; quia quando talis confessio est, tunc contritio abest: ergo si tunc adesset contritio, posset ab eadem confessione significari; seu posset talem contritionem reddere sensibilem; nam non differt specie entitas confessionis, quæ procedit à dolore, & entitas confessionis, quæ procedit à voluntate tantum confitendi: sed tempore, quo confessio est materia Sacramenti Pœnitentiæ, adest contritio, seu dolor; nam confessio est materia proxima Sacramenti Pœnitentiæ, non quando est, nec prout est à penitente etiam secundum Coninch, sed quando assumitur, prout assumitur à Sacerdote per potestatem clavium, ut diximus; & assumitur tunc, quando vult elargiri absolutionem, vel immediatè ante, vel saltem elargiendo absolutionem: ergo tempore, quo Confessio est materia proxima; connotat, seu significat contritionem, etsi consequenter factam.

5. Ad secundum verò casum, quod scilicet dolor etiam si non ordinetur ad confessionem à penitente, sufficiat pro materia in Sacramento penitentiae. Probat non solum ex Concilio Tridentino *sess. 14. cap. 4.* ubi in dolore requiritur tantum exclusio voluntatis peccandi in posterum, & nullo modo fit mentio de tali relatione ad confessionem; & ex communi sensu fidelium, nam si quis audiendo Concionem, vel legendò, ad actum contritionis moveatur, & postea cogitet de confessione faciendâ, si de facto confiteatur, hic existimatur optimè dispositus ad absolutionem obtinendam; & tamen talis dolor nullo modo fuit ordinatus ad confessionem antecedenter, sed tantum consequenter: ergo actus doloris factus sine tali ordine ad confessionem, sufficit ex communi consensu fidelium in Sacramento Pœnitentiæ.

6. Sed etiam probatur deinde primò ratione; nam idèd requiritur dolor: seu detestatio peccati

in

prior tempore ipsa confessione, quæ sit in tempore, & necessariò præsupponit motum linguæ, qui non potest fieri nisi in tempore. Ita ille, & post illum Layman in *Theolog. moral. lib. 5. cap. 4. num. 4.* Unde secundum illos, quis non reciperet Sacramentum Pœnitentiæ, si ante confessionem non elicitur dolorem, sed illum elicitur inter confitendum, aut statim post confessionem antè absolutionem.

2. Sed hanc opinionem refellit Bonacina de *Sacrament. disput. 4. quest. 3. punct. 2. num. 18.* & asserit illum docere Suarez in *3. part. disp. 20. sect. 4. n. 3. 1.* licet Layman ubi supra, probet Suarez verbo tenus, non autem recipi contra suam sententiam repugnare; rationes verò pro firmanda opinione Bonacinae lege apud illum.

3. Notandum est verò ad tollendos scrupulos, stando etiam in opinione Layman, & Coninch, quòd si aliquis pœnitens eliciat actum doloris post narrata peccata, si postea dicat: Doleo de peccatis narratis, vel petat absolutionem, hæc sola verba sufficere tunc, & habere veram rationem confessionis, quæ sit pars Sacramenti.

RESOL. XCVIII.

An in confessione venialium sufficiat dolor virtualis?

Et an sit mortale confiteri tantum venialia absque dolore supernaturali?

Et an peccatum veniale virtute Sacramenti remitti possit?

Et an virtute Sacramenti tibi remittantur, non solum ea peccata, quorum contritionem habes; sed etiam omnia alia, quorum complacentiam non habes? Ex part. 9. tractat. 9. & Miscell. 4. Resolut. 31.

sistat: quos tamen licet cum opinione communi Theologorum rejiciamus, nihilominus practicae sententiæ favere inficiari non possumus. Huc usque Tamburinus.

2. Sed ego negativæ sententiæ profus adherendum esse puto. Itaque dicendum est contra Tamburinum, quòd qui confitetur peccata venialia tantum, teneatur elicere actum doloris efficacis, sicut tenetur in confessione de peccatis mortalibus. Quòd teneatur elicere actum doloris, probatur ex Concilio Tridentino; in quo partes hujus Sacramenti assignantur, videlicet contritio, confessio, & satisfactio; & nomine contritionis intelligunt communiter Doctores, detestationem peccati; sed dolor imperfectus, seu displicentia inefficax non est detestatio, aut retractatio peccati; cum possit stare cum proposito iterum committendi peccatum illud, de quo doletur: immò cum ipso peccato actuali; ergo confessio de venialibus requirit etiam dolorem efficacem, sicut confessio de mortalibus. Quomodo enim vult Deus remittere peccatum habenti hujusmodi complacentiam in ipsomet peccato: immò cum voluntate peccandi absque ulla retractatione?

3. Confirmatur, quia peccata mortalia possunt remitti extra Sacramentum per dolorem virtuales tantum, nempe per actum amoris Dei super omnia, quia dolor virtualis dicitur; & tamen si remittuntur in Sacramento Pœnitentiæ, necessariò requiritur dolor formalis, ex supra dictis: ergo à pari et si peccata venialia possunt remitti extra Sacramentum sine dolore formali, tamen si remittantur in Sacramento Pœnitentiæ, & debent remitti per dolorem formalem supernaturalem. Dolor enim non requiritur ex vi remissionis venialium, sed ex vi Sacramenti Pœnitentiæ, quod necessario requirit pro sua materia hunc dolorem formalem supernaturalem.

4. Quòd verò sit mortale confiteri tantum venialia absque dolore supernaturali, patet; nam sic redditur forma Sacramentalis Pœnitentiæ irrita. Idè enim peccat mortaliter, qui confitetur mortalia sine dolore, quia culpa sua frustratur forma Sacramenti, seu Sacramentum redditur nullum; sed etiam culpa contentis venialia forma Sacramenti redditur nulla: ergo etiam iste peccat mortaliter, &c.

5. Néc dicas primò, quòd Sacramentum frustratur in re levi. Quia contra est; nam frustratur totum Sacramentum; quòd verò frustratur per rem levem, vel per rem gravem, impertinenter se habet ad Sacramentum; sicut quod quis occidit Titium cum ense, vel cum lapillo, impertinenter se habet ad gravitatem homicidij intenti; semper enim iste talis homicida peccat mortaliter; et si instrumentum, seu ictus sit levis, dummodò homicidium sit intentum. Adde, quòd acetum etiam res levis est, & tamen, qui acetum consecrat voluntariè, peccat mortaliter, quia applicat verba Christi, quæ sunt forma Sacramenti Eucharistiæ, frustra, & quasi irrisoriè, cum sit absque omni profus utilitate, & effectù.

6. Néc dicas secundò, quòd effectus, quo homo privatur ob talem irritationem, est levis, cum sit remissio peccati venialis. Quia contra est, nam dolor de venialibus ut dixi, requiritur non ex vi remissionis, sed ex vi Sacramenti; unde non ratione jactura remissionis, sed ratione irritationis Sacramenti committitur peccatum sacrilegij. Aliter enim, neque peccator, qui confitetur peccata sine dolore peccat mortaliter, quia jactura posset itatim

Sup. hoc infra in Ref. 100. à principio, & in Ref. 102. §. sed pro praxi s. d. lege cam à principio, & ex Ref. 101. vide vers. Ex quo. §. verum, & in Ref. 145. in fine §. 1.

In hoc loco...

sp. hoc...

statim recuperate per aliud Sacramentum cum debito dolore: & sic sicut non peccat mortaliter ratione iacturæ, qui nunc habet commoditatem confitendi peccata sua mortalia, & non confitetur, quia potest postea confiteri; ita qui nunc confitetur mortale sine dolore, ratione iacturæ, non peccabit mortaliter, quia potest cum debito dolore confiteri iterum; & amissam gratiam recuperare.

7. Confirmatur, quia si semel admittatur, non esse mortale, frustrari formam Sacramenti, sequitur, neque mortale esse, si baptizatus iterum se offerat ad baptizandum, etsi de facto baptizetur; nam non se privaret aliquo fructu, cujus esset capax; neque peccaret mortaliter mulier, quæ sub habitu viri faceret se ordinari ab Episcopo; quia non se privaret fructu sibi debito; nec Sacerdos, qui consecraret voluntarie aquam, si statim postea vinum sumeret, & consecraret. Sed hoc est dissonum dicere: ergo etiam dicere, quod quis possit confiteri venialia sine dolore, & reddere nullum Sacramentum. Et hæc omnia invenies apud Josephum de Januario in suis doctis Resolutionibus *Theolog. moral. part. 1. resol. 30. num. 12.* ubi etiam respondet ad alia argumenta. Et præter Suarez, & Valquez à Tamburino citatos, firmantes nostram sententiam; vide Eminentissimum Dominum meum de Lugo de Sacrament. *Pœnitent. disp. 1. 4. sect. 8. §. 2. numer. 108.* & sapientissimum Patrem Amicum in *curso Theol. tom. 8. disp. 12. sect. 5. n. 92.* & hanc sententiam certissimam esse putat Leandrus de Sacrament. *1. tract. 5. q. 24.* & asserit esse communem inter Theologos.

8. Sed si aliquis inquireret, an peccatum veniale virtute Sacramenti remitti potest? Aliqui respondent, peccatorum venialium remissionem virtute Sacramenti Pœnitentiæ fieri per se, si simul cum mortalium remissione fiat; secus si separatim faciendæ sit; illudque sufficit, ut Pœnitentiæ Sacramentum non solum pro remittendis mortalibus, sed etiam venialibus institutum sit. Alij asserunt virtute Sacramenti tibi remitti non solum ea peccata, quorum attritionem habes; sed etiam omnia illa, quorum non habes complacentiam; quia Sacramentum Pœnitentiæ non solum pro remittendis peccatis venialibus peccatoris, sed hominis iusti videtur institutum: at venialia peccata hominis iusti remitti non possunt virtute Sacramenti Pœnitentiæ, sed ad illorum remissionem displicentia requiritur: hæc enim absque Sacramento sufficiens est.

9. His tamen non obstantibus, hanc doctrinam non approbat Cæstrus Palaus *tom. 4. tractat. 23. disputat. unica, punct. 7. num. 15.* Primum, quia inde sequitur, aliquid peccatum remitti absque Pœnitentiæ virtute. Nec valet dicere, ipsam voluntatem suscipiendi Sacramentum esse pœnitentiam virtutalem, sicut diximus de voluntate suscipiendi Eucharistiam, virtute ejus Eucharistiæ, peccata venialia quorum non est complacentia, remitti; quia ea voluntas supponit Sacramentum Pœnitentiæ institutum esse per se ad remittenda peccata venialia; tamen illorum nulla fiat confessio; quod nullatenus dici potest, quia institutum est per modum iudicij, cujus sententia per se, & directè ferri non potest in causam incognitam, & cujus nulla à pœnitente est instituta accusatio. Secundò, si Pœnitentiæ Sacramentum posset remittere per se, & directè peccata, tamen illorum actionem non habes dummodo ab illorum complacentia abstineas, illis tantum confessis posses Sacramentum Pœnitentiæ recipere; quia suffi-

cienter absolute dispositus es. Hoc autem est contra Tridentinum definiens partem essentiali Sacramenti Pœnitentiæ esse contritionem saltem imperfectam. Ergo, &c. Hæc omnia Palaus ubi supra.

RESOL. XCIX.

An per unum tantum veniale novum peccatum censetur retractatus dolor, & propositum circa omnia venialia, & mortalia ex motivo universalis? Ex part. 1. tr. 5. & Misc. 5. Ref. 25.

§. 1. **C**ALUS (ait Dicastillus) esse potest non infrequens, & ejus resolutio sanè non facilis. Sit ergo casus quo quis confiteri velit plura peccata tam venialia, quam mortalia; imò si velis sola venialia (est enim eadem ratio, ut patebit) & habeat detestationem universalem, idest, ex motivo universalis offensæ divinæ; in quo casu, si post dolorem, & propositum debitum, sed antequam absolvatur, incidat in veniale minimum, & unicum, videtur carere jam debita dispositione, & denudè debere concipere dolorem. Ratio est, quia ille dolor, & propositum antiquum jam censetur revocari. Nam illo existente efficaci vitandi quodcumque peccatum, in quo eadem ratio reperitur, non poterat in animo esse locus peccato. Ergo si peccatum admittitur (ut supponimus) etiam levissimum signum est illam detestationem & propositum per actum oppositum admissum non amplius mortaliter durare, sed esse revocatum; sicut censetur revocatum propositum non peccandi mortaliter propter penas inferni (quod est motivum universale) eo ipso quod vel unicum mortale admittatur.

2. Hoc argumentum, ut observat Cardinalis Lugo de Sacram. *Pœnit. disp. 1. 4. n. 144.* speculative loquendo, non parum videtur urgere cum exemplo mortalis: est enim eadem ratio; quia in utroque casu venialis aut mortalis admitti revocatur propositum & detestatio efficax; idè merito advertit oportere ad majorem securitatem, quod quis doleat scilicet de mortalibus, propter quantitatem offensæ mortalis, qui dolor ex tali motivo, nullo modo revocatur (inquit ille) per veniale sublequens. Dat item consilium quod doleat scilicet de peccatis venialibus quæ confitentur, vel de aliquibus eorum propter specialem eorum gravitatem, & specialem offensam divinam, quam continent, cui dolori non opponitur aliud peccatum veniale novum. Nihilominus non putat practicè debere in dubium vocari valorem Sacramenti, etiam si ejusmodi cautela non adhibeatur; quin injiceret innumeros scrupulos pœnitentibus, & confessoribus, qui etiam tenerentur admonere pœnitentes, ut ejusmodi damnum precaveretur. Idè ex communi praxi Confessoriorum & pœnitentium potest delumi ratio à posteriori non levis, ut dicamus non ita revocari tunc dolorem & propositum, quia maneat dispositio sufficiens ad valorem, & effectum Sacramenti. Et hæc omnia docet Dicastillus de Sacrament. *2. tract. 3. disp. 6. dub. 18. num. 322. & 323.* Cui ego addo Patrem Sfortiam Pallavicinum in *asserionibus Theologicis lib. 7. c. 29. dub. 290.* ubi sic ait; Neque hoc propositum universale intelligitur revocatum per aliquid peccatum veniale, quod deinde pœnitens in ipso actu confessionis committat, ita ut sit necesse propositum renovare.

3. Verum

3. Verùm omnia Superius dicta procedunt loquendo de peccatis venialibus: Quid ergo erit dicendum de mortalibus? Itaque quod atinet ad mortalia, posset quidem, ut advertit Lugo, perseverare dolor & propositum circa graviora, etiamsi admittatur mortale levius, sed non maneret quis cum dispositione sufficiente ad absolutionem obtinendam, siue quia (ut Lugo vult) requiritur propositum universale circa omnia omnino peccata, etiam illa in quo genere quis non peccavit aliquando, siue quia per peccatum cui adheret ponit obicem & deficit dispositio requisita ad effectum quidem semper, & in omni eventu, ad valorem verò Sacramenti posset sufficere dolor cæterorum peccatorum, quando hujus esset immemor inculpabiliter, quando bona fide accedit ad confessionem, quo casu esset Sacramentum validum & informe, pro solutione tamen à solis venialibus sufficit, si dolor aliquorum maneat, etiamsi aliorum detestatio cessaverit per illius venialis admissionem.

RESOL. C.

An sit mortale aliquod veniale confiteri sine dolore? Et quid est dicendum de sententia afferentium pœnitentiam non esse necessariam ad remissionem venialium? Ex p. 1. tr. 5. & Misc. 5. Res. 22.

1. Affirmativam sententiam tenent aliqui, test. Suar. disp. 20. n. 7. quia confiteri veniale sine dolore, est apponere pro materia absolutionis id, quod revera esse nequit materia: Sic ergo graviter peccaret, qui inter hostias legitimas triticeas apponeret Sacerdoti consecrandam etiam non triticeam; quia poneret ineptam consecrationis materiam; ita graviter peccabit, qui inter alia peccata legitime dicta cum vero dolore, apposuerit absolvendum peccatum sine dolore, cum non minus sit ineptum ad absolutionem peccatum non cum dolore, quam ad consecrationem hostia non triticea. Sed his non obstantibus negativam sententiam tenet Henric. lib. 1. Dicastill. de Sacram. tom. 2. tr. 8. disp. 6. dub. 15. c. 3. n. 268.

2. Probatur à paritate aliorum Sacramentorum, in quibus admittit alicujus partis, quæ non sit materia valida, non est culpa gravis, dummodo etiam apponatur materia valida. Sic in Baptismo cum aqua effundenda miscetur pars olei benedicti, quæ non est materia Baptismi. Suarius & alij adhibent in exemplum aquæ rosacæ particulam admixtam elementari. Vide etiam supracitatos autores, qui plura alia exempla, & rationes pro hac sententia firmata adducunt. Sed omnia quidem habent suam solutionem, ut videte est apud doctum Dicastill. ubi sup. dub. 15. n. 268. usque ad n. 283; in quod sic alent; Ex omnibus huculque apparet, quam probabilis sit affirmativa sententia, eamque (fateor) si solum ratione agendum sit faciliori negotio defenderem, cum nec etiam auctoritate destituta sit, teste suo, qui (ut dicebam) affirmat eam multos sequi, sed quia tot etiam sunt, & tantæ auctoritatis viri, qui negant esse mortale, ut non facile sit mortalis peccati reum censere sic consistentem, oportet querere solutionem prædicti argumenti, & disparitatem assignare inter hoc Sacramentum, & Eucharistiam, quam disparitatem exigit argumentum. Ego sane vix invenio altam, quam quod in Eucharistia, quando hostia consecratur dum tot fiant sacramenta, quæ sunt hostia, & unaquæque illarum est materia æque gravis, & quando unus cumulus ho-

stiarum significatur, & ostenditur per pronomen demonstrativum Hoc, &c. licet forma videatur, & sit una, virtute tamen multiplex est, & complexa, quotuplex est materia, & tot sunt individua Sacramenta. Unde si in unaquæque non verificetur verborum forma, integrum quoddam Sacramentum frustratur; in Sacramento vero pœnitentiæ, unicum sit tantum Sacramentum: hoc autem in re levi falsum sit, quando veniale falsum, vel sine dolore simul cum aliis dicitur, & absolute Sacramentum est verum, licet in illo peccato non verificetur. Ita ille qui postea tamen circa hanc responsionem cum acumine sui ingenij aliquas difficultates satis graves adducit, & ideo sic concludit: Tandem his omnibus in utramque partem dictis, magis inclino in partem negantem esse mortale, quamvis per principia quasi extrinseca, quæ utcumque involvunt aliquid per principia intrinseca: nempe, quia esse gravem aut levem aliquam materiam maxime pendet ex æstimatione prudentum, & sapientum judicio (qua ratione solet sæpe materiæ gravitas, aut levitas definiri, & quidem cum varietate) cum ergo tot sint graves, prudentes & sapientes viri, quibus non videatur grave negotium veniale sine dolore confiteri, si alia dicantur legitime pro eadem absolutione, & Sacramento, licet grave putent hostiam non triticeam apponere consecrandam inter triticeas, ea sapientum æstimatio potest sufficere, quamvis si merè ratione agamus, ego facilius utrumque putarem grave pro Sacramento utroque, nec argumenta in contrarium adducta vim habent, quibus jam respondimus, eaque rejecimus sup. n. 268. & seqq. Hæc Dicastillus.

3. Itaque licet difficultates ab ipso adductas circa præsentem questionem magni ponderis esse existimem; tamen quia negativa sententia est communis, iterum ab ea non recedo, & illam præter Doctores allatos etiam tenet me citato Leander de Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 7. q. 26.
4. Sed quid dicendum de sententia D. Bonavent. in 4. dist. 21. 1. p. dist. 1. ar. 1. q. 2. Scot. q. 1. §. in ista q. Bass. q. 1. ar. 2. Gab. dist. 16. q. 5. ar. 2. concl. 2. Cajet. 3. p. q. 87. ar. 1. ad. 2. Med. C. de Pœnit. 119. 3. Henr. 4. de Sacram. 15. afferentium pœnitentiam non esse necessariam ad remissionem peccatorum venialium.
5. Fundamentum Bonavent. Peccatum veniale mediat inter originale, & mortale: Sed originale remittitur absque proprio actu, mortale non sine proprio actu, ergo veniale remittitur virtute sacramenti, vel rei sacramentalis, non repugnante tantum libero arbitrio.
6. Fundamentum Cajetani: Si quis iret dormitum cum proposito dicendi mendacium, & interim dormiens occideretur pro Christo, ex divina largitate consequeretur remissionem talis peccati: Igitur ad remissionem peccati venialis non requiritur pœnitentia.
7. Fundamentum Scoti; & Scotistarum; Peccatum veniale formaliter consistit in obligatione, ad pœnam temporalem, ergo soluta pœna, remittitur: atqui pœna solvi potest sine actu pœnitentiæ interioris: ergo peccatum veniale remitti potest absque pœnitentiæ saltem interiori.
8. Fundamentum Henriquez; Quoniam venialia non solum remittuntur per actum pœnitentiæ; sed per alia remedia, ut per indulgentias, alienam satisfactionem applicatam alteri justo, per sacrificium Missæ, per orationem, per sacramenta, & sacramentalia: Sed hæc omnia remittunt venialia absque actu proprio pœnitentiæ: igitur actus pœnitentiæ non est necessarius ad remissionem venialium.

Ve melius solvatur hæc sententia lege infra doctrinam Resol. 105. & alterius ejus primæ not.



9. Verum his non obstantibus, dicendum omnino esse puto, peccatum veniale non remitti absque proprio actu virtualiter saltem retractativo, & consequenter absque aliqua penitencia, saltem virtuali. Fundamentum est, quia quamdiu actu, aut virtute voluntas non retractat suum peccatum, semper moraliter censetur perseverare in illo: nam quamdiu non retractat actum, quem semel elicit, semper censetur velle illum, quia cum in ejus libertate sit in eo velle, aut non velle perseverare, hoc ipso, quod illum saltem virtute non retractat, moraliter censetur velle illum.

10. Argumenta verò in contrarium adducta solvit Amicus in *Curs. Theol. tom. 8. disp. 6. sect. 1. n. 111*, qui postea *sect. 2. n. 15*, cum pluribus firmat ad remissionem venialium non requiri penitentiam formalem contra Durandum, & alios, sed sufficere virtutalem quam S. Thom. & cum eo reliqui Theologi sic explicant. Potest quis virtute alicujus actus esse ita dispositus, ut si occurrerent omnia, vel aliqua peccata venialia, actu illa detestaretur: ergo is dicitur habere penitentiam virtutalem respectu eorum, quae si occurrerent, actu detestaretur; non autem respectu eorum, quae si occurrerent, actu non detestaretur. Non enim implicat aliquem virtute alicujus actus esse dispositum ad haec potius venialia detestanda, quam alia.

RESOL. CI.

An in confessione venialium requiratur propositum non peccandi amplius venialiter? Ex p. 11. tr. 5. & Misc. 5. Ref. 23.

Quoad omnem doctrinam hujus Resol. lege Ref. seq. lignanter à §. Primum. & seqq. & infra ex Ref. 10. §. ult. & quavis pro Confessione mortalium in hoc casu vide infra doctrinam Ref. 110. & aliarum ejus not.

Quoad hoc quod hic inferetur, lege supra doctrinam Ref. 98. per tota, & alia ejus not.

§. 1. **R**espondet affirmative Pasqualig. in *Theol. tom. 2. disp. 81. sect. 10. n. 54*. Quia requiritur vera attritio, quae est virtuale propositum. Nec obstat quod impossibile sit vitare omnia venialia absque speciali privilegio, quod regulariter non conceditur à Deo; quia sufficit quod propositum vitandi venialia sit efficax secundum quid, & consistit in desiderio, quod Deus concedat gratiam vitandi omnia venialia, quia non requiritur aliud propositum, nisi quoad ea quae penitens potest exequi.

2. Verum non est ista levis difficultas, an sit possibilis efficax voluntas, & propositum vitandi venialia; non jam in particulari; sed in universum; supposito enim quod sit moraliter impossibile omnia vitare, eaque propter DD. multi doceant, votum de non peccando venialiter non valere, ut videre est apud Thom. Sanc. in *suo opere mor. lib. 4. cap. 5. n. 10*. & alios, non videtur possibile tale propositum. Ex quo videtur inferri alterum à duobus absurdum, vel neminem posse confiteri sacramentaliter in genere peccata venialia, quia non potest de illis habere verum & efficacem dolorem; vel posse absolvi ab illis sine tali dolore.

3. Solet huic difficultati responderi ex doctrina S. Thom. 3. p. q. 87. art. 1. ad 1. Impossibile quidem esse totam venialium collectionem vitare, singula tamen vitari posse. Ratio verò potest assignari, quia alioquin non essent peccata, nemo enim peccare potest, nisi posset actionem qua peccat vitare, atque adeo sufficere singulorum vitandorum propositum. Ita Suarez ubi supra in *D. Thom.* Unde ipse postea *disp. 4. sect. 3. n. 5*, distinguit & ait, duplicia esse peccata venialia; quaedam quae plena libertate committuntur, & de iis omnibus vitandis potest homo habere absolutum propositum, quia est pos-

sibile cum gratia Dei; quae secundum legem ordinariam confertur dignè penitentibus, seu preparantibus se ad illam. Alia verò sunt peccata venialia, quae dicuntur ex subreptione, seu imperfectè deliberata; quorum collectionem totam vitare longo tempore possibile non est sine speciali privilegio, & idè circa tale objectum non potest haberi propositum omnino absolutum; potest tamen homo proponere omnem diligentiam adhibere ad illa vitanda, quantum humano modo potuerit, & hoc semper satis est. Haec tenet Suarez, *sect. illa 3. n. 5. & 6.* postea ad *art. 1. q. 87. in illo n. 7.* docet, *comparatione totius collectionis propositum parum ex se esse efficax & absolutum, parum inefficax, & condemnatum; utrumque enim includit respectu diversorum, & hoc est (inquit) quod D. Thomas declarare voluit: Nam propositum illud, & comparatum ad totam collectionem venialium peccatorum, non est propositum absolutum, & efficax vitandi illam; quia non est de objecto possibili moraliter, & secundum legem ordinariam. Solum ergo esse potest de desiderio quoddam conditionatum cavendi totam, si esset possibile: quia revera vota displicent ex vi penitentie. Ita Suarez, Tandem concludit: Hinc verò etiam nascitur ut illud propositum sit faciendi quantum in homine fuerit ad vitanda omnia peccata venialia; ex quo etiam sit, ut tale propositum comparatum ad singula peccata de se sit efficax, quia quodlibet per se sumptum, est obiectum possibile, & ad omne possibile efficaciter se extendit illa voluntas, & ita facile patet sensus D. Thomae, & responsio ad objectiones. Sed circa supradictam doctrinam Patris Suarez, Cardinalis de Lugo de *Sacr. Pœnit. disp. 14. n. 30. cum seqq.* & Dicaltill. de *Sacr. tom. 2. tr. 8. disp. 6. dub. 16.* aliquas difficultates adducunt, sed postea ab ipso non dissentunt, magis clare ejus sententiam ex D. Thom. declarando.*

4. At mihi nimis placet in hac difficultate difficultus Patris Sfortia Pallavicini in *assert. Theolog. lib. 7. c. 28. n. 288. cum seqq.* ubi ita more suo doctè philosophatur. Propositum quoque abstinendi in posterum ab illis peccatis venialibus, quae clavis subijciuntur est necessarium; difficultas tamen est, quomodo id possit proponere qui confitetur omnia venialia, & dolet de illis ex motivo generali, cum sciat se ab omnibus in posterum abstinere non posse. S. Thom. 3. p. q. 86. art. 1. ad primum, docet, sufficere, si penitens proponat vitare singula proptè singulatum occurrunt, licet non proponat vitare omnia. Quae doctrina quibusdam difficilis visa est, non advertentibus ibi S. Doctorem non agere de penitencia in ordine ad Sacramentum, quandoquidem admittit etiam ibi penitentiam virtualem, quae tamen in Sacramento non sufficit.

5. Quantum ergo spectat ad propositum requisitum in Sacramento, sufficit si illud sit in ordine ad totum aggregatum, ita ut quis statuat non committere in posterum aequali tempore tot, & tanta venialia. Id verò indicat S. Thom. *art. cir. ad primum*, ubi ad retractationem in genere necessariam pro deletionem venialium in Sacramento, vel extra tantum requirit propositum se preparandi ad peccata venialia minuenda, & Concil. *sess. 14. can. 4.* requirit propositum melioris vitae. In quo casu tantumdem peccatorum remittitur, quantum emendationis penitens, vel explicitè, vel implicitè proponit.

6. Rufus, potest dari propositum universale affectivum, etiam cognita morali impossibilitate executionis, sicut datur affectiva detestatio universalis peccatorum praecedentium, quae tamen penitenti non licet efficere, ut non praecesserint. Huo usque Pallavicinus, qui etiam postea *n. 292. obser-*

hoc in
p. 100.
hu.
Resol. 5.
homo.
5.
Terminum.

vat, quod etiam notat Dicitur ubi sup. quod in ordine ad venialia non requiritur propositum vitandi occasiones proximas; hoc enim propositum requiritur solum quando permanentia in illis est illicita propter periculum. Ceterum si sit licita, quamvis inferat probabilitatem, aut moralem certitudinem novi peccati, non impedit propositum sufficiens; utpote quod requirit desiderium, & non spem abstinentie, & idem B. Petrus poterat conteri etiam cum revelatione de suo peccato futuro. Et hinc est, quod etiam in ordine ad mortalia licet aliquando non recedere ab occasione proxima, quia quando ille recessus est admodum difficilis, ut obligatio recedendi plus peccatorum inferret per violationem sui, quam impediret per sui observationem, propter quam causam neque tenemur vitare occasiones proximas venialium, neque mortalium vagè, quales possunt esse permanentia in militia, vel in aula, &c.

RESOL. CII.

An sit valida confessio venialium, si aliquis non habeat dolorem, nec propositum cavendi de omnibus. Et an liceat confiteri illa, de quibus nec dolorem, nec propositum cavendi habet? Ex p. 1. t. 7. & Milcell. 7. Res. 38.

sup. con-
ter in hac
Resol. 100.
a. t. 7.
p. 100.
4. an. 1.
Resol. 100.
a. t. 7.
p. 100.
4. an. 1.
Resol. 100.
a. t. 7.
p. 100.
4. an. 1.

§. 1. Ad primum respondeo affirmativè cum Faund. in precep. Eccl. p. 2. l. 2. c. 1. n. 19. ubi ex Suarez sic ait: Ex hac doctrina sequitur veram facere confessionem illum, qui unum tantum veniale habet, illudque confitetur sine dolore, ac proposito efficaci emendationis ipsius peccati venialis, modo se accuset de aliis venialibus, aut mortalibus anteactis vitæ jam confessis, & de illis legitimum dolorem habeat, cum jam debitam materiam Confessori subjiciat, & aliunde obex venialium non impediat gratiam, seu effectum sacramenti. Ita ille, cui adde Layman lib. 5. tr. 6. c. 4. n. 19. & communiter DD. unde cum Aegid. Coninch de Sacram. disp. 2. dub. 14. n. 230. Notandum est triplex discrimen inter propositum requisitum ad remissionem peccati mortalis, & requisitum ad remissionem venialis.

sup. doctri-
na in hoc
Resol. 100.
a. t. 7.
p. 100.
4. an. 1.
Resol. 100.
a. t. 7.
p. 100.
4. an. 1.

2. Primum propositum vitandi mortalia sicuti, & implinet contritio, vel attritio debet se ad omnia explicitè, vel implicitè extendere; propterea quod unum mortale sine alio remitti non possit, neque unquam hominis justificatio fieri, manente actuali, aut habituali effectu ad peccatum mortale, quippe cui gratia justificans per se, ac formaliter repugnat, sicuti docet S. Thom. q. 86. art. 7. Alen. p. 4. q. 69. n. 10. Adrian. in 4. de Sacram. Pœnit. q. Quia jam ostensum; Contra vero nihil obstat, quin unum veniale homini remittatur, altero remanente, vel secundum habituale, & non retractatam voluntatem, vel etiam secundum actualem effectum, seu peccandi propositum; Ratio est, quia S. Thom. indicat q. 87. art. 4. ad 3. Licet gratia sanctificans ad remissionem peccati venialis concurrat, tamen non expellit omne peccatum veniale, quandoquidem peccatum veniale in actu, & in habitu, consistere potest cum gratia sanctificante, non item peccatum mortale, sicuti supra etiam dictum fuit.

3. Secundum, Ad remissionem peccatorum mortalium requiritur propositum abstinentie ab omnibus non tantum in sensu diviso, sed etiam in sensu collectivo, itaut animus sit non tantum singulari, sed etiam omnia simul cum Dei gratia evitare. At verò ad remissionem peccatorum omnium venialium sufficit propositum vitandi singula in sensu diviso;

Tom. I.

Itaut nullum determinatè designari possit, à quo animus virtualiter saltem non abhorreat; non verò requiritur propositum vitandi omnia simul, & collectivè; itaut animus sit nunquam venialiter, ne quidem ex animi subreptione, peccandi, hoc enim sine specialissima Dei gratia, homini in hac vita impossibile est, impossibile autem non est voluntas, sive propositum. Ita etiam docet S. Thomas q. 87. art. 1. ad primum.

4. Tertium propositum vitandi venialia necesse non est tam firmum, & efficax esse: itaut, eo perseverante, tam efficaciter moveatur homo ad declinandas peccati occasiones propinquas, & adhibendi remedia, quæ tum ad peccata, tum ad peccatorum occasiones vitandas aliquo modo necessaria videntur; sicuti moveri debet ex vero proposito vitandi mortalia. Cum enim peccatum mortale longè gravius animæ malum sit, quàm veniale; Idem homo multò majorem conatum adhibere tenetur ad vitanda mortalia, quàm venialia, consequenter verus poenitens firmius, & efficacius propositum concipere debet ad mortalia, quàm venialium declinationem. Ex quo ulterius sequitur, facilius absolvi posse relabentes sæpius in eandem speciem peccati venialis, quàm mortalis, quod frequens ille relapsus non ita sit indicium defecti doloris, ac propositi ad eorum remissionem necessarij: quia provenire potest ex frequentia occasionum, à quibus removendi facilius aliquis excusari potest, quàm à remotione occasionum ducentium ad peccatum mortale.

5. Sed pro praxi difficultas in nostro casu est, an licitum sit peccata venialia, de quibus poenitens non habet dolorem, explicare in confessione; nam sic videtur applicare materiam non sufficientem pro sacramento; Unde aliqui putant peccare mortaliter: Sed ego contrarium existimo, ex his quæ docet Joannes Pontius, qui in concordias hoc redigit. Et idem circa superius dicta in curs. Theolog. disp. 45. q. 3. concl. 5. num. 25. sic asserit: An quando aliquis confitetur venialia, ut consequatur gratiam sacramentalem, debeat dolere efficaciter de illis, & habere propositum firmum non cadendi iterum in illa?

6. Respondeo primò, quando nullum aliud peccatum confitetur, præter venialia, eum debere sub mortali dolore de aliquo, saltem ex illis efficaciter, & proponere emendam. Ratio est, quia sine tali dolore, & proposito non esset dispositus ad recipiendam gratiam sacramentalem, & consequenter applicaret data opera materiam insufficientem sacramento, & impediret effectum ipsius, & sic concurreret, ut frustra nec conferretur sacramentum; hoc autem est peccatum mortale, sicut esset peccatum mortale secundum omnes apponere aquam loco vini ad consecrationem, aut vinum loco aquæ ad baptismum, quia expositio voluntaria materiæ ineptæ sacramentis est gravissima injuria, nec alia fortassis ratione peccaret mortaliter, qui confitetur data opera aliqua peccata mortalia, omisis aliis Sacerdoti, ut impenderet ipsi absolutionem, quod secundum omnes est peccatum mortale.

7. Respondeo secundò, eum, qui confitetur aliqua peccata venialia cum dolore efficaci de ipsis, & proposito emendatæ, & confiteretur alia sine dolore, aut proposito tali, si id faciat, ut absolvatur ab omnibus, peccare mortaliter ob rationem jam dictam; quia applicat materiam non sufficientem sacramento; sicut peccaret mortaliter, qui apponeret unam hostiam non triticicam simul cum hostiis triticicis consecrationi. Si verò illa confitetur, non ut absolvatur ab illis in sacramento, sed ob aliquam majorem confusionem

Sup. doctri-
na contenta
in hoc §. le-
ge §. ult. Res.
3. not. primæ
huius Res. &
in aliis si eâ
perlegis à
principio.

Sup. hoc su-
prà §. Quod
verò Resol.
98. sed lege
eam à prin-
cipio, & Res.
100. & ex
Resol. 101. §.
Verum, verè
Ex quo &
infra in fin.,
§ 1. Res. 145.

NTON
opera
om. 100
E III

fusionem sui, aut ut recipiat instructionem aliquam à Sacerdote, ratione cuius possit induci ad dolorem de ipsis, & propositum ea vitandi, non peccat illo modo, sicut non peccaret ex natura rei, qui ornatus causa deauraret Hostiam consecrandam ex aliqua parte, modo non vellet aurum illud consecrari.

8. Per quam resolutionem conciliari possunt fortassis Auctores, quorum aliqui dicunt, quod sit peccatum mortale confiteri talia venialia, & alij, quos sequitur Cardinalis Lugo, putant, quod non sit peccatum mortale. Hæc utque Pontius.

RESOL. CIII.

An possit quis, si non habet peccata mortalia, confiteri in genere, v. g. se commisisse peccatum contra Castitatem?

Et quid si tunc aperiat simul aliqua venialia in specie? Et observatur, quod si quis peccata non habet mortalia, sed venialia tantum, non sat sit, ut dicat in generali se venialiter peccasse, peccatorum tacita specie, sed ut unicum explicet saltem oportet, in specie peccatum, v. g. mendacij, furti, &c. dato ad venialium homo non teneatur confessionem; nam supposito ea confiteri velit, saltem unum in specie explicare oportet, suppressis aliis? Ex p. 1. r. 7. & Miscell. 7. Rel. 35.

§. 1. **H**anc questionem præter alios pertractat Ludovic. Caspenl. in *curf. Theol. tom. 2. tr. 24. disp. 4. sect. 18. n. 158.* ubi sic ait; Difficultas tamen est de eo, qui non habet conscientiam peccati mortalis, an sufficienter confiteatur explicans aliquod peccatum vite antea facta in genere, v. g. acculo, quod in superiori vita sæpius contra castitatem graviter deliquerim. Et quidem si tunc aperiat simul aliqua venialia in specie, v. g. verba otiosa, mendacia levia, de quibus probabiliter credat esse attritum; non est dubium, quin censerit debeat sufficiens confessio, & impendi debeat absolutio. Itaque difficultas est: An in homine conscientiam lethalis non habente, sufficiens, & licita sit ista confessio: Acculo quod olim graviter per incontinentiam peccaverim? Suar. *disp. 23. sect. 1. existimat partem affirmantem speculative tantum posse defendi, non verò practice propter materiam incertitudinem, ac proinde supposito quod aliquis velit confiteri, debere aliquod peccatum, saltem veniale, in particulari exponere; si verò necessitas urgeret, vel id fieri non posset, addit peccatum in genere explicatum, v. g. mendacia, vel verba otiosa vite antea facta, fore materiam sufficientem.*

2. In primis oritur, confessionem illam si bona fide fiat, validam esse, & vero Sacramento sufficere, quia non est de necessitate Sacramenti, sed præcepti explicare speciatim in confessione peccata, ut patet in moribundo, vel ignaro linguæ, qui nullum speciale possunt explicare peccatum, & ex libitis confessionis signis valide absolvuntur. Dices illud habere locum urgente necessitate, & non aliàs. Contra, quia neque citra necessitatem illa explicatio est necessaria in confessionibus omnino spontaneis, sicut nec explicare numerum peccatorum, quod videmus fieri apud pios, & doctos, qui confitentur de verbis otiosis, de mendaciis levibus in genere vite antea facta; nullum ex eiusmodi peccatis particulare, nullumvè eorum numerum exponendo, quas confessiones docti, & pij Confessarij approbant.

3. Secundò opinor, prædictam confessionem per

se loquendo, licitam esse, & colligitur ex eodem Valquio. Et probatur ratione adducta, quia non magis requiritur ad hoc Sacramentum ut exponatur peccatorum species, quam numerus: sed exponere numerum non est necessarium, ut vidimus, & est praxis, & usus piorum, & DD. ergo. Deinde, quia si peccat, species in confessione voluntaria deberet exponi, esset, ut confessario notus esset penitentis status; at hæc ratio solum habet locum in confessionibus necessariis. Nam in liberis, sicut liberè se exponit reus iudicandum de tali peccato in genere: quare sicut istud in summa necessitate, & validè, & licitè exponitur, & absolvitur: sic etiam in summa confitendi libertate. Unde licet juxta Trident. species, & numerus peccatorum exponi debeant, hoc intelligendum est de confessione necessaria, non verò de libera.

4. Dices, ex hac doctrina sequitur, quod hæc confessio sufficere, & licebit, acculo, quod olim graviter peccaverim, vel etiam ista; acculo quod olim peccaverim. Respondetur, quod et si speculative videatur concedendum consequens, non tamen practice; quia est contra totius Ecclesiæ consuetudinem; & hæc omnia docet Caspenlis ubi supra.

5. Observat tamen ex Bonacina Possentius in *re-col. q. mor. ver. confes. Sac. n. 49.* quod si peccata non habet mortalia, sed venialia tantum, non sat est ut dicat in generali, se venialiter peccasse, peccatorum tacita specie, sed unicum explicet saltem oportet peccatum in specie, v. g. mendacij, vel furti, &c. dato ad venialium homo non teneatur confessionem, nam supposito ea confiteri velit, saltem unum in speciali explicet oportet, suppressis aliis.

RESOL. CIV.

An, ut quis integrè confiteatur veniale peccatum, possit explicare complicem? Ex p. 1. r. tract. 4. & Misc. 4. Refol. 41.

§. 1. **A**ffirmativam sententiam contra Eminentiss. Cardin. Lugo tenet novissimè Pater Vericelli in *q. mor. tr. 8. q. 19.* quia, ait ille, qui libet habet jus, ut sua venialia peccata integrè confiteatur: ergo licitè utitur jure suo, quamvis inde per accidens, sequatur infamia proximi.

2. Respondet Lugo n. 397. hoc argumentum continet petitionem principij, & supponunt probandum, nam de hoc ipso est questio: An penitens habeat jus ad infamandum complicem, & per consequens an id faciens utatur jure suo?

3. Contra, tunc contineret petitionem principij: quando idem esset confiteri integrè, ac complicem infamare; sed ista diversa sunt, & separabilia; nam potest esse integra confessio sine infamia, quia ignotus, vel nota ejus perversitas Confessario; ergo rectè arguitur, habere jus ad integrè confitendum ex qua confessione per accidens sequitur infamia complicis; ergo possum uti jure meo, non curando, sed permittendo, quod inde per accidens sequatur proximi infamia; sic communiter DD. docent: Mulierem posse uti jure suo, ne videatur inurbana domo exire, & permittere peccatum eam depereuntis; sic possum uti jure meo petendo Sacramentum à Parocho, & permittere peccatum ipsius, quem scio indignè ministraturum.

4. Probatur secundò, possum ob notabile lucrum temporale, ad quos jus habeo, manifestare occultissimum proximi peccatum: verbi gratia, frater meus

meus instituit heredem mulierem ab omnibus honestissimam putatam, postum manifestare occultum ejus concubinatum, ut secundum jura, irrito testamento, consequatur hereditatem; ergo ob lucrum spirituale integræ confessionis venialium, ad quam per se jus habeo, postum manifestare complicitis peccatum.

5. Probatur tertio, ad sublevandum animi dolorem injuria affectus, jus habeo, ut postum cum amicis conqueri, & manifestare proximi peccatum; ergo etiam ad purgandam animam, per integram venialium confessionem, postum complicitem manifestare.

6. Verum, his non obstantibus, ego puto in praxi non esse recedendum à sententia Eminentissimi Domini mei Cardinalis Lugo, quam etiam tueretur, & sequitur Leander de Sacram. tom. 1. tract. 3. disp. 5. quest. 63, ubi querit: An licite possit penitens explicare complicitem, quando id requiritur ad explicandum aliquod veniale, quod dat pro materia confessionis?

7. Et respondet, dicendum, quod non possit licite (nisi alias ex confessione talis peccati, aliquod magnum bonum penitenti obveniret; vel ob peccatum consilium, &c.) quia in hoc casu neque obligat integritas confessionis, nec Christi præceptum: nec ideo tenebitur confiteri bis idem peccatum: cum nulla sit obligatio illud confitendi; ergo non potest inveniri causa, cur penitens possit denigrare complicitis famam, ita graviter apud Confessarium, cum tam facile possit illam conservare.

8. Qui cum Lugo idem esse dicendum, affirmat, loquendo de peccato jam iterum rite, & plene confessio, quod scilicet nequeat penitens iterum apud alium Confessarium explicare cum novo detrimto gravi bonæ existimationis complicitis; Secus vero dicendum de peccato mortali dubio; nam de hoc, idem ac de peccato mortali certo, affirmandum est.

RESOL. CV.

An sola attritio in homine justo sit sufficiens ad remissionem peccatorum venialium extra Sacramentum Penitentia?

Et an ad remissionem venialium extra, & intra Sacramentum requiratur etiam propositum in posterum vitanda illa?

Vnde, si quis confiteatur multa peccata venialia, an sufficiat ad validitatem Sacramenti, si doleat tantum de aliquo cum proposito de cetero illud vitandi? Ex p. 3. tr. 4. Ref. 116. aliis 117.

§. 1. Negativam sententiam docet Vasq. in 3. p. tom. 4. disp. 87. art. 16. dub. 1. n. 6. quia peccatum quodlibet, etiam veniale, est aliquo modo contra Deum, quippe perverio aliqua, & recessus à Deo. Ergo extra Sacramentum veluti privilegium remitti non debet, nisi per penitentiam, seu detestationem peccati conceptam propter Deum, seu per quam convertitur homo ad Deum, quæ est contritio.

2. Sed contrariam sententiam tenent Villalob. in Sum. tom. 1. tract. 9. diff. 16. n. 5. Suarez in 3. p. tom. 4. disp. 11. sect. 3. n. 11. & Coninch. de Sacram. disp. 2. dub. 14. n. 124. ubi sic asserit: Probabilius est, ad remissionem peccati venialis etiam sine Sacramento in justis sufficere attritionem, & adducit multas rationes pro hac firmanda sententia.

3. Notandum est tamen hic obiter, quod ad re-

missionem venialium extra, & intra Sacramentum pra in Ref. requiritur etiam propositum in posterum vitandi 101. &c. illa. Verum circa hoc dicendum est de venialibus, quod Doctores tradunt de mortalibus; unde sæpè fieri potest, ut licet aliquis absolutum, & sufficiens propositum habeat, nihilominus timeat, vel etiam existimet, se non vitaturum omnia mortalia peccata, vel certum aliquod peccati genus; quia antè etiam voluntatis suæ inconstantiam expertus fuerat, & in hoc casu talis omnino est absolvendus, ut rectè notant Sylvest. verb. Confessio, 1. quest. 21. Lopez in instruct. part. 1. cap. 13. quest. 2. Navarrus cap. 3. n. 23. & cap. 9. num. 18. Sa verb. absolutio, n. 12. Henriquez lib. 4. cap. 24. n. 24. Coninch de Sacram. disp. 2. dub. 3. num. 19. Beja p. 3. cap. 9. & alij, quæ omnia procedunt etiam circa propositum vitandi venialia, quod quidem propositum in aliquibus tamen summo opere differt à proposito vitandi mortalia, & præcipuè in hoc, quia sicut potest unum peccatum veniale remitti sine alio, ita etiam potest remitti existens actuali effectu erga alia. Unde si quis confiteatur multa peccata venialia, sufficit ad validitatem Sacramenti, si doleat tantum de aliquo cum proposito illud de cetero vitandi. Et hæc omnia erunt multum plausibilia scrupulosis.

Sup. hoc seq. doctrina lege infra §. ult. Ref. 109.

Sup. hoc infra in §. Not. Ref. 108. & in alio §. ejus not.

RESOL. CVI.

An attritio extra Sacramentum Penitentia tollat peccata venialia in homine justo?

Et observatur non sufficere quancunque attritionem, sed illam, quæ oritur ex imperio Charitatis, aut illam, quæ talis est, ut fervore suo adequet gravitatem talis peccati venialis.

Et an alia opera bona justis distincta à contritione, dilectione Dei, & attritione sufficiant ad remissionem venialium? Ex part. 11. tract. 5. & Misc. 5. Resolut. 31.

§. 1. Negativam sententiam tenet doctus Pater Sfortia Pallavicin. in suis assertionibus Theologicis lib. 7. c. 20. n. 212. ubi sic ait; Per attritionem, quæ Sacramentum præcedit, non delentur peccata venialiam alioqui, vel nunquam ex vi Sacramenti remitterentur, vel in sacramento non esset necessaria illorum retractatio, quorum utrumque videtur esse contra sensum Ecclesiæ, & Fidelium. Certe Trid. sess. 3. c. 5. & universè definit peccata venialia esse materiam confessionis, tum c. 1. tum c. 4. requirit universè contritionem, quatenus est communis perfectè & imperfectè tanquam partem essentialem hujus Sacramenti. Quo circa dicendum est tolli peccatum veniale formaliter, per retractationem, quæ sit quoad objectum, & specificationem, sed non per puram retractationem quoad exercitium. Ita ille; & ante illum Vasq. & alij quos citat Amic. ubi sup. n. 24. quibus addè Hurt. disp. 2. diff. 16.

Alibi in Ref. præterita, & lege etiam §. eius primæ not.

2. Sed ego adhereo affirmativæ sententiæ, quam tuentur DD. quos alibi citavi, quibus nunc addo Dicastillum de Sacram. tom. 2. tr. 8. disp. 2. dub. 17. n. 802. Dico igitur; quamcumque attritionem veram sufficere ad remissionem venialium de quibus attritio habetur.

3. Probatur hæc opinio ex eo, quod ille actus attritionis in homine justo, sit opus sanctum, & honestum, & meritorium, atque adeo sanctitas quædam per modum operationis. Præterea gratia, quæ datur, intuitu talis operis, est gratia data intuitu retractationis peccati; ergo nihil deficit quominus peccatum



peccatum illud censeatur sufficienter retractatum, ut remittatur.

4. Nec obstat argumentum Patris Pallavicini, quod ex nostra sententia sequeretur quod ex vi Sacramenti nunquam peccata venialia remitterentur: nam respondeo cum Suar. *disp. 11. sect. 3. n. 18.* qui non putat ullum inconveniens, quod peccatum veniale; quando de illo fit confessio nunquam ita tollatur per absolutionem, quia fit jam prius expulsum per attritionem: satis enim putat, quod aliquando peccata venialia tollantur simul cum mortalibus in homine tantum attrito; nam hic effectus satis ostendit claves per se vim habere ad tollenda peccata venialia, quando dispositio penitentis per se sola non sufficit. Unde (inquit Suarius) accidentarium esse, quod in homine iusto supponatur ablata per condignam satisfactionem, atque absolutionem: id enim non tollit veritatem formæ. Aliam responsionem adducit Dicastillus, & latè Amicus *suprà num. 39.*

5. Dicendum est itaque, peccatum veniale remitti per actum attritionis: quin addunt Suarez, & Coninch sufficere, ut hæc attritio sit virtualis inclusa in aliquo opere bono; facto cum intentione impetrandi remissionem peccati venialis: quia talis intentio impetrandi à Deo veniam, includit virtuales displicentiam peccatorum. Fundamentum est, quia minor penitentia requiritur ad remissionem venialis, quàm mortalis; alioquin nullum foret discrimen inter veniale, & mortale: ergo si contritio est necessaria ad remissionem mortalis extra Sacramentum, minor penitentia sufficere ad remissionem venialis: ergo sufficit attritio etiam virtualis. Sed amicus in *Curs. Theol. tom. 8. disp. 6. sect. 3. n. 28. 29. & 30.* probat ad remissionem peccatorum venialium extra Sacramentum non sufficere attritionem virtuales, sed requiri attritionem formalem.

6. Observandum est tamen hæc, inter propositas sententias, mediam extare, scilicet non sufficere quamcumque attritionem, sed aliquam, illam scilicet, quæ oritur ex imperio charitatis, aut illam quæ talis fit, ut fervore suo adæquet gravitatem talis peccati venialis. Et hanc sententiam tenet Eminētissimus Lugo de *Penitent. disputat. 9. num. 29. cum seqq.* Sed ea, quæ in ejus favorem adducit Cardinalis, refellit Dicastillus, ubi *suprà num. 412. cum seqq.*

7. Sed an alia opera bona iusti distincta à contritione, dilectione Dei, & attritione sufficiant ad remissionem venialium?

8. Qui negant attritionem iusti sufficere ad remissionem venialium, potiori ratione negabunt, alia opera, quæ non tam expressam retractationem continent, posse id præstare; idè auctores relati pro parte negativa in præcedenti parte dubitationis, etiam in hac negant.

9. Verùm oppositam sententiam tuetur Dicastillus *n. 416.* qui citat Suarez, & cum eodem etiam sentit *n. 418.* quemlibet actum meritorium sufficere, dummodo ab operante referatur ad effectum obtinendi veniam peccati venialis: tunc enim ille actus sub ea intentione virtuales includit displicentiam venialis.

RESOL. CVII.

An attritio sufficiat ad justificationem in Sacramento ex solo motivo timoris, & non amoris? Et notatur, quod qui detestatur peccata ob aegritudi-

nem, insaniam, nimiam pauperitatem, prout à Deo infligi solent propter peccata, veram attritionem conciperet.

Et docetur, quod quando quis iterum confitetur peccata jam confessa, non est obligatus ad novum actum doloris, vel attritionis.

Et quod dispositus ante confessionem cum dolore peccatorum non indiget renovatione doloris, quando actum confitetur.

Et quid est sentiendum de illo, qui addit aliquod peccatum statim post absolutionem? Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. Ref. 43.

§. 1. **N**egativam sententiam docet Pasqualig. in *Theol. mor. tom. 2. disp. 78. sect. 2. n. 6.* ubi ait enim: veram attritionem non posse provenire ex solo timore, sed debere provenire ex aliquo amore Dei. Probat. Attritio, ut sit vera attritio debet excludere voluntatem peccandi, ut definit Trident. *sess. 14. c. 4.* sed quando ex puro timore, & non ex amore Dei, non excludit; ergo. Minor probatur: voluntas peccandi non excluditur nisi per averfionem à peccato. Non potest autem quis averfionem à peccato, nisi aliquo pacto se convertat in Deum, & non potest se convertere nisi per amorem, ergo. Dices ex ibidem: id esse verum de amore, quando displicet sola pœna; non autem quando displicet etiam peccatum. Contra peccatum non displicet, nisi sub ratione mali, atque adeo solum ratione boni; ex cuius amore oritur displicentia. Ergo quando displicet ex solo timore pœna, displicet solum ex amore boni creati, quo privat pœna; ergo ex amore, qui non rectificat voluntatem, tunc solum rectificatur, quando se convertit in Deum. Confirmatur: si peccatum displiceret ratione pœna; damni, seu privationis visionis Beatæ, jam displiceret ratione amoris ultimi finis, atque adeo attritio oriretur ex amore Dei. Ita Pasqualig. qui pro hac sententia adducit Valent. Valq. quibus ego addo Patrem Sfort. Pallavicini, in *assert. Theol. lib. 7. c. 12. n. 144. cum seqq.* Nam ait ipse, videtur summe incongruum, ut cum Deus statuerit neque conferre habitum fidei adulto sine præcedenti actu fidei, neque spem sine præcedenti actu spei, velit tamen conferre charitatem sine præcedenti actu charitatis. Porro Trid. dicit, justificationem esse renovationem interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum, unde homo ex iniusto fit iustus, & ex inimico amicus; at non voluntatiæ fit amicus qui nullo modo amat. Et certè cum ad amicitiam requiratur, ut alteri afficiatur in ratione finis, cui non potest esse dispositus ad amicitiam divinam, qui nullum talem effectum habet erga Deum, sanè in peccato præcipua malitia, quam agnoscunt S. Thomas, & ceteri Scholastici, est averfio à Deo in ratione finis, cui sub qua ratione ipse est optimus, & magis meretur amorem quàm sub quacumque alia ratione, hoc est quatenus est bonus nobis; ergo peccatum non debuit deleri, nisi per oppositam conversionem ad eundem Deum, tãquam ad finem cui, ac proinde per actum amoris.

4. Confirmatur hæc ratio, quis enim putaret congruè dispositum ad impetrandam non solum veniam, sed amicitiam Principis ejus offensorem, qui sic peteret veniam, displicet mihi quod te offenderim, eo quod metuum à te puniri. Ceterum de tua displicentia, & de tua averfione gratia sui nullum affectum habeo? Porro sub hac forma se offerret Deo quicumque peccator in confessione, qui peniteret ex solo motivo metus.

3. Ideo Concilium Tridentinum docet quidem *sess. 14. c. 4. & can. 5.* Attritionem quæ disponit ad iustifi-

Sup. hoc lo-
ge doctri-
Ref. de 16
qui allegat
(unt infra in
anno. 16-
mo & tem-
da § Norma
dom est ho-
jai Ref.

justificationem in Sacramento communiter concipi ex terrore pœnarum, sed nunquam dixit eam posse esse ex hoc tantum motivo. Imò cum afferat exemplum Nivitarum, à quibus improbable est impenitentiam esse justificationem sine ullo charitatis affectu, patet, Concilium loqui non tam de ipso affectu attritionis formali, quam de illo primo motivo per quod incipimus dissoni ad attritionem; in qua tamen aliud perfectius motivum includatur. Hæc Palavicinus qui postea *num. 150.* subdit, neque ex hac doctrina requirentem motivum amoris ad attritionem in Sacramento requisitam, redditur, aut difficilis aut valde incertus valor confessionum, quæ communiter sunt bona fide à Christianis. Id enim si sequeretur, potius à nostra sententia recederemus. Nil quippe nobis ad hæc compertum in istis questionibus, quam spectare ad generalem providentiam Dei Redemptoris, ut pharmaca ab eo infusa pro reparatione nostræ naturæ, profint communiter illis à quibus bona fide usurpantur, nec ullus qui damnatur possit obtinere probabilem ignorantiam, ratione cuius non adhibuerit media necessaria ad animæ sanitatem. Cæterum negamus prædictam sequelam, quis enim est qui seridè concipiens Deum, cuius nomine intelligimus ens summè bonum, & summè nobis beneficium, ad eumque confugiens, tanquam ad iustitiam, & misericordiam fontem, & paratum reconciliare sibi suos inimicos, eosque in filios adoptare, non excietur ad aliquem amorem ipsius, ac proinde ad aliquam displicentiam quod tantam bonitatem offenderit? At simul cum hoc affectu ille qui accedit ad confessionem detestatus peccata præterita, & futura ex nocentis quæ afferunt, ergo præfert amicitiam Dei omnibus oppositis tam præteritis, quam futuris. Ita ille, Cui adde Henricus *l. 4. c. 26. littera B.* cum Silvio *in 3. partem Divi Thomæ supplement. q. 5. art. 3. part. 7.* docet Leander eam solùm attritionem sufficere quæ includat etiam aliqualem, licet debilem dilectionem Dei super omnia.

4. Sed contrariam sententiam tenet Joannes Præpositus *in 3. part. Divi Thomæ quest. 76. art. 2. dub. 11. num. 71.* asserit enim attritionem sufficere quod aliquo modo respiciat eum quatenus potest infligere pœnas. Itaque sufficit ut attritio sit ex puro timore, idem docet Joseph Augustinus *in brevi notitia de Sacram. pœnit. n. 17.* Gaspar Hurtadus *de Pœnit. disput. 6. difficult. 5.* Hieronymus Llanas *in Exodo part. 2. cap. 2. §. 1. Abellus in medulla Theologia tom. 2. cap. 5. sect. 8. Ylambert. tom. 2. de Sacram. Pœnitent. disp. 1. 2. art. 1.* Unde ex Fagundez Pater Tamburinus *opus. de confess. cap. 1. §. 6. num. 56.* docet, actum attritionis esse huiusmodi; Pœnitent me de meis peccatis, quia per illa Deus me beatitudine privare potest, vel multis malis temporalibus vel æternis affligere, vel quia per illa anima mea coram Dei oculis deturbatur, & propono emendationem in futurum, & Amicus *in cur. Theolog. tom. 8. disp. 3. sect. 4. num. 63.* sic ait; Omnis contritio progignitur ex timore filiali erga Deum, non autem attritio, quæ esse potest ex timore servili.

5. Et quidem nominatim contra Sylvium, ubi supra, Inlurgit Eminentissimus Cardinalis Lugo *de Sacram. pœnit. disput. 5. sect. 9. num. 133.* ubi sic ait; Tota ergo difficultas huius rei est in distinguenda attritione à contritione perfecta, quidam enim eam distinguunt per minorem intentionem vel durationem; alij per acceptationem divinam; alij ex eo, quod idem actus prout informatur à gratia sit attritio, quæ omnia benè impugnat Suarez ubi supra, qui cum communi Theologorum docet distingui hos duos actus penes ordinem ad motiva diversarum

nam contritio est dolor de peccatis propter Deum summè dilectum; attritio verò est dolor propter alia motiva, quod ex prædictis facile constat.

6. Sed quæ sunt hæc motiva attritionis, communiter reducuntur ad duo capita, scilicet ad metum gehennæ, & pœnarum, & ad turpitudinem peccati; Nam hæc duo expressit Tridentinum ubi supra, agens de motivo propter quod communiter concipitur attritio. Et quidem omnia motiva facile ad hæc duo possunt reduci: Nam desiderium beatitudinis, vel aliorum donorum videtur comprehendi sub timore gehennæ, & pœnarum; idem enim esse videtur timere carentiam alicujus boni, ac desiderare illud. Deinde quæcumque alia malitia propter quam detestemur peccatum, videtur comprehendi in turpitudine peccati, omnis ergo attritio est propter metum pœnarum, vel propter peccati turpitudinem.

7. Huic communi doctrinæ se se opponit iterum Franciscus Sylvius *q. 1. supplement. art. 3.* ubi docet, eam solùm attritionem sufficere cum Sacramento, quæ includat etiam dilectionem Dei super omnia, licet debilem, & imperfectam, quam dicit cum Sacramento, quando ejus susceptionem excludit necessitas. Hæc tamen sententia est contra omnes Theologos, & contra Tridentinum ubi supra, nam ibi aperte dicitur, attritionem de qua agebatur, & de qua dicitur sufficere cum Sacramento, hanc ipsam non sufficere sine Sacramento; hæc enim sunt verba Concilij: *Et quamvis sine Sacramento pœnitentia de se ad justificationem perducere peccatorem nequeat.* Tamen cum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam disponit. Condistinguit ergo Concilium attritionem, quæ sufficit solùm cum Sacramento, ab ea dispositione, quæ sufficit sine Sacramento. Nunc ergo inquiri ab illo Auctore, de qua dispositione loquatur. Cum petit amorem Dei super omnia. Si enim loquitur de dilectione imperfecta, quæ non sufficit sine Sacramento, malè concedit posse in casu necessitatis justificare sine Sacramento. Si verò loquitur de dilectione perfecta, falsò dicit hanc semper requiri cum Sacramento; Hæc enim etiam extra Sacramentum sufficit; Et Concilium aperte docet, aliquam dispositionem, quæ nunquam sine Sacramento sufficit, sufficere cum Sacramento. In quocumque ergo sensu loquitur contra Tridentinum. Ita Lugo, qui postea alia pulchra asserit ad hanc sententiam firmendam, quam etiam nominatim contra Sylvium tenet Leander *de Sacram. tom. 1. str. 5. disp. 3. quest. 12.* ubi sic ait: eam solùm attritionem sufficere, quæ includat etiam aliqualem licet debilem dilectionem Dei super omnia. An attritio habita ob metum solùm gehennæ, & pœnarum, vel ob turpitudinem peccati sufficiat ad recipiendum effectum Sacramenti Pœnitentiæ? Negat Sylvius, sed certissimè respondeo eam solùm sufficere adhuc nulla intercedente dilectione Dei super omnia, quia id expressè docet Concilium Trident. *sess. 14. c. 4.* & universi Theologi. Unde opinio Sylvij plusquam improbabilis censenda est. Et satis sit circa præsentem difficultatem Doctorum opiniones adduxisse.

8. Notandum est tamen obiter, quod qui detestatur ex Granado peccata ob agritudinem, infamiam, nimiam paupertatem prout à Deo infligi solent, propter peccata, veram attritionem conciperet; cuius tamen objectum formale non erunt prædictæ pœnæ; quippe, quæ sunt aliquod malum; sed bona illis opposita nempe salus, honor, divitiæ, non utcumque consideratæ, sed quatenus Deus ea largitur in præmium virtutis, & prout ad beatitudinem conducere possunt, & interdum solent, & hæc omnia

Sup. his lege doctrinam §. 2. Ref. seq. & supra ex Ref. 93 §. ult. per totum & superius in tr. 1. ex Ref. 30. §. ult.

nia docet Cardinalis Lugo ubi *supr.* n. 140. Grana-
 dus in 3. *part. contrit.* 7. *tr.* 2. *disp.* 8. *sect.* 1. *num.* 5.
 Leander de *Sacram.* tom. 1. *trab.* 5. *disp.* 6. *quest.* 14.
 qui citat Hurtadum, Coninch, Ochagavia, Sua-
 rez, & Llama; quibus adde Tamburinum *opusc. de*
confess. c. 1. §. 4. *num.* 11. Reginaldum tom. 1. *lib.* 8.
num. 4. & Vatimum in *serm. Gregor.* *part.* 1. *regul.* 4.
 Josephum Augustinum in *brevi notitia de Sacram.*
num. 57. & tandem Lessius in 3. *part. D. Thom.* 9. 1.
 quid sit *contritio*, *dub.* 5. *num.* 18. sic ait: Dico quin-
 to, an prima species attritionis, cum Sacramento
 sufficiat, non est certum; satis tamen probabile est
 sufficere: tenet Sotus *disp.* 18. 9. 3. *art.* 3. quod intel-
 lige, si malum illud temporale propter quod dolet,
 apprehendatur, tanquam à Deo infligendum, secus
 verò si apprehendatur ut malum merè humanum.
 Probatum exemplo Ninivitarum, quorum peniten-
 tia laudatur à Domino; & tamen timore everfionis
 urbis, & mortis temporalis penitentiam egerunt,
 ergo si quis cum tali penitentia accederet ad Sacra-
 mentum, consequeretur fructum Sacramenti. Con-
 firmatur: quia hic dolor sequitur ex fide providen-
 tia, & Justitia divine, & ex timore Dei tanquam
 ultoris peccatorum. Ita ille. Et tandem hic obiter
 pro consolatione aliquorum apponam verba Patris
 Remigij in *pract. confess.* *tr.* 5. c. 5. §. 14. n. 9. ubi me
 citato sic aherit: Quando uno se confessus solo de
 peccados ya confessados, no està obligado à hazer
 particular acto de contricion, ò atricion, paro ser
 absuelto; Porque por el mismo caso que repite la
 confession, repite tambien la contricion y dolor de
 los peccados ya confessados. con que se abre puerta
 para foflegar à muchas personas de temerosa con-
 ciencia. que se confiesan à menudo, y de los mil-
 mos peccados, y nunca acaban de ereer, que tienen
 dolor de sus culpas. Finalmente el que se dispuso
 para confessarse y tuvo dolor de sus peccados. no ne-
 cessita de renovarle en la misma confession, porque
 permanece actualmente el dolor quando el peni-
 tente no le retrata.

Sup. hoc in
 Ref. seq. §. 1.
 & in §. 2. &
 3. not. pra-
 terita.

Sup. hoc fu-
 pra in Ref.
 95. §. Idem.
 & in aliis
 ejus not. &
 melius, &
 magis late
 in Ref. 89. &
 in aliis ejus
 annot.

Sup. hoc fu-
 pra in Ref.
 94. & in aliis
 ejus annot.

Sup. hoc fu-
 pra in Ref.
 95. §. Nota
 hic. & in
 aliis ejus
 not.

9. Lo mismo se dize del, que buelve à confessarse
 de otro peccado, en acabando de recibir la absolu-
 tion, y lo suelen assi practicar los confessores;
 quando confiesan à los enfermos que estan de pe-
 ligro, que no da lugar para larga confession. Ita
 ille. Sed in istis casibus melius erit quod penitens
 renovet dolorem.

RESOL. CVIII.

An ad Sacramentum Penitentia sufficiat attritio de
 peccatis ob malum temporale, &c. ubi plura de
 attritione?

Et an attritio ad Sacramentum Penitentia sufficiens
 non debeat esse existimata contritio?

Et notatur, quod non est necessarium, ut attritio ad
 Sacramentum Penitentia requisita antecedit con-
 fessionem, sed sufficit, quod antecedit absolu-
 tionem.

Et an ad effectum Sacramenti Penitentia sit necessa-
 ria attritio omnium venialium?

Idem est quoad dolorem de mortalibus antea legitime
 confessis.

Et an sit habenda attritio, vel contritio de peccatis
 oblivioni traditis? Ex part. 4. tract. 4. & Misc.
 Ref. 193.

Sup. hac pri-
 ma doctrina
 cursum in
 Ref. 1. not.
 seq. & in co.

OB infamiam, v. g. vel ob nocumentum
 salutis, vel ob penam, sive pecuniariam,
 sive corporalem, qua peccator damnatus est, vel
 damnandus à iudice humano, vel ob similia. Et ne-

gativè respondet Vasquez in 3. *part. tom.* 4. *quest.* dem §. ad
 92. *art.* 1. *dub.* 3. Suarez *disp.* 20. *sect.* 2. & alij, qui
 bus adde Sylvium in 3. *part. suppl. Div. Thom.*
quest. 1. *art.* 3. in fine, alioquin sequeretur quod so-
 lis naturæ viribus posset peccator sufficienter se
 disponere ad Sacramentum & Sacramenti effec-
 tum.

2. Mihi verò contraria sententia modo, quo in-
 fra, explicanda, etiam probabilis videtur, quam docet
 Agidius de Coninch, & Petrus de Ochagavia,
 quos citat, & sequitur Gaspar Hurtadus de *Sacram.*
disp. 6. de *penitentia*, *diffic.* 5. ubi sic ait: Aliqui do-
 cent, & merito, attritionem, & dolorem, peccato-
 rum ob malum temporale cum respectu ad Deum,
 à quo immisitum, aut immittendum est in penam,
 id est, dolorem de peccato, quia Deus ob illud im-
 misit, aut immittet dictum malum (ut verè fieri po-
 test, quia quodcumque malum, quod non sit culpa,
 à Deo immittitur) sufficere ad effectum sacramenti
 Penitentia; non verò ob malum temporale, ut
 aliunde eveniens, vel eventurum absque respectu
 ad Deum. Ratio prioris partis est, quia dolor ob
 malum temporale modo dicto respiciens Deum
 (qua ratione quodammodo est æternum, & ad alteram
 vitam pertinens) ex se non solum est honestus,
 sed etiam habet motivum, quod tantum est ad dolendum
 de peccato, & non ad dolendum de bono
 opere, & excludit effectum peccandi, quia Deus
 etiam eo malo punit peccatum, & non opus bonum.
 Et confirmatur hæc ratio, quia dolor iste, ut
 sic, oritur ex displicentia, aut ex metu penarum
 divinarum, quem Tridentinum supponit sufficere ad
 effectum hujus Sacramenti. Ratio verò superioris
 partis est, quia dolor ob malum temporale, ut non
 respiciens Deum ut puniturum, sed ut aliunde pro-
 veniens, quamvis possit esse honestus, habet tamen
 motivum, quod potest esse ad dolendum de bono
 opere; quia etiam opus bonum potest esse occasio
 talis mali, & ob id & se non excludit effectum
 peccandi, quod Tridentinum requirit in dolore,
 ut sufficienter disponat ad gratiam hujus Sacra-
 menti. Ita Hurtado.

3. Notandum est tamen hic obiter. Primò con-
 tra Sotum in 4. *distin.* 18. *quest.* 3. *art.* 2. Bellet. de
potestat. Ecclesie, *quest.* 2. & Cordubam in *questio-*
nario Theologico, *quest.* 2. quod attritio ad sacra-
 mentum Penitentia sufficiens, non debet esse existima-
 ta contritio. Ita Paludanus in 4. *dist.* 19. 9. 1. *art.* 2.
 Vasquez ubi *suprà*, *dub.* 2. Coninch de *Sacram.*
quest. 62. *art.* 1. *dub.* 2. & alij communiter.

4. Notandum secundò contra Petrum de Ocha-
 gavia de *Sacram.* *trab.* 1. de *penitentia*, *quest.* 18. &
 contra Coninch à me * alibi citatum, non esse
 necessarium, quod attritio ad Sacramentum Peni-
 tentia requisita, presupponatur, & antecedit
 confessionem; sed sufficere, quod antecedit abso-
 lutionem, etiam si tempore aliquo post confes-
 sionem eliciatur. Ita Hurtado loco citato *diffic.* 10. &
 ego latius alibi.

5. Nota tertio ad effectum sacramenti Peniten-
 tia non esse necessariam attritionem omnium veni-
 alium, etiam si eorum fiat tantum confessio; quia
 in hoc casu sufficit dolor aliquorum, imò unius
 tantum, quia unum peccatum veniale potest remitti
 sine alio. Et idem dicendum est quoad dolorem
 de mortalibus antea legitime confessis. Ita Hurtado
 loco citato, *diffic.* 7. & ego alibi.

6. Sed si quæras hic incidenter, an habenda sit
 attritio, vel contritio de peccatis oblivioni traditis? Re-
 spondeo affirmativè. Primò si penitens se generatim
 peccasse meminerit, sed quæ, vel qualia peccata sit
 oblitus. Aliud erit si nec in genere se peccasse memi-
 nerit

Sup. hoc in
 Ref. præce-
 dita, §. No-
 tandum est
 & *suprà* in
 Ref. 95. §.
 ult. per ta-
 cum & su-
 perioris in
 1. in Ref. 95.
 ex doctrina
 §. 2. ante
 medium, &
 signatur
 ibi §. ult.

Sup. hoc fu-
 pra in Ref.
 95. §. Nota
 ante me-
 diam & v. d.
 El funda-
 mento.

* Alibi *suprà*
 in Ref. 95.
 §. 2. & in alio
 §. eorum no-
 tationum.

Sup. hoc fu-
 pra cursum
 in fine Ref.
 105. & et
 Ref. 101. ob
 ge doctrina
 nam §. 1. &
 si eam vult
 per eorum
 non piget

nerit nisi forte à multo tempore confessus non sit, & memoria diffidens ob fragilitatem se peccasse metuat; hoc enim in casu ipsium in genere contenti debet, non sub conditione, sed sub presumptione probabili; quæ interdum generat tantum dolorem, quantum certitudo peccati. Secundo, si post habitam contritionem de peccatis recogitatis occurrat aliud peccatum, quod prius in memoriam non venit, tunc de eo contritio, vel attritio habenda erit; quia formalis pœnitentia de omnibus peccatis per se habenda est; contritio autem, quæ hic præcessisse supponitur, non fuit, nisi virtualis respectu peccati oblivioni traditi; ergo manet obligatio ab forma-lem ejus pœnitentiam, cujus in illa virtuali votum continebatur. Et hæc omnia docet Guilielmus Mercerus de Sacram. in supplem. 3. part. D. Thome quest. 2. art. 3.

RESOL. CIX.

An aliquis accedat ad confessionem sufficienter attritus absque alio formali proposito non peccandi de cetero recipiat gratiam, & confessio sit valida? Et docetur, ut quis habeat propositum vitandi peccatum futurum non requiri, ut positive judicet se constanter evitaturum peccata etiam mortalia, sed quod in presenti verè proponat, quantum in se est, illa vitare. Ex part. 5. tract. 1. 4. & Misc. 2. Ref. 66.

§. 1. DE hoc novissime interrogatus respondi affirmativam sententiam docere Jacobum Granado in 3. part. de Sacram. contr. 7. tr. 10. disp. 3. sect. 1. num. 6. ubi sic ait: Verum Pœnitentiæ sacramentum constare non potest sine dolore peccatorum, & quoniam qui dolet se aliquis fecisse, consequenter statuit in futurum præcavere, pertinet etiam ad essentiam pœnitentiæ istud propositum, quod licet formaliter, ac proinde distinctum à dolore requiratur ad contritionem, ad attritionem existimo sufficere virtuale, quale intrinsicè clauditur in dolore, quia Tridentinum non requirit formale, dum de illa tractat, nec est sufficiens motivum ad id asserendum. Quare qui ex animo dolet de peccatis propter penas inferni, sufficienter dispositus accedit ad sacramentum Pœnitentiæ absque alio proposito formali non peccandi de cetero, quamvis consilium optimum sit non accedere sine illo. Ita Granado; sed an probabiliter, alij judicent. Vide Tannerum tom. 4. disputat. 6. dub. 4. num. 83. & 84.

2. Advertendum est tamen pro praxi, ad hoc ut quis habeat propositum vitandi peccata in futurum, non requiri, ut positive judicet se constanter evitaturum peccata etiam mortalia, sed quod in presenti verè proponat, quantum in se est, illa vitare, qui actus, ut patet, haberi potest cum judicio probabili, quod quis reincidet in peccata. Unde peccator, qui propter consuetudinem vix sperat se non lapsurum rursus in eadem peccata, potest legitime disponi ob absolutionem obtinendam, quod est notandum à Confessariis. Et ita docet Joan. Præpositus in 3. part. D. Thom. quest. 86. art. 1. dub. 6. numer. 45.

RESOL. CX.

An ad effectum Sacramenti sufficiat implicitum propositum de cetero non peccandi, quod in ipsa detestatione peccati virtualiter continetur? Ex part. 3. tract. 4. Resol. 119.

§. 1. Negativam sententiam docet Sotus in 4. dist. 15. q. 1. art. 2. & dist. 17. quest. 2. art. 1. & lib. 2. de natura, & gratia, cap. 14. Cano relect. de pœnit. part. 1. Bellarminus lib. 2. de pœnit. cap. 6. & 7. & alij, quia Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 6. hoc propositum requirit distinctum ab amore Dei.

2. Sed contrariam sententiam probabilem esse puto, quam tuerent Vega lib. 3. in Concil. Trident. cap. 21. Petrus Soto de pœnit. lect. 17. Major, & Almaynus in 4. sent. dist. 14. quest. 1. cum aliis; & ratio est, quia uno simplici actu detestationis peccatorum ex motivo supernaturali, homo sufficienter disponitur ad justificationem, & tamen fieri potest, ut de vita in posterum instituenda, aut peccatis evitandis nihil cogitet. Ergo. Advertit tamen Villalobos in sum. tom. 2. tract. 9. difficult. 19. n. 8. quod [quando el penitente se acuerda de los pecados futuros, tiene obligacion de tener proposito actual de evitarlos, que de otra manera le tendra virtual, mas quando por la tristeza y dolor de los pecados ne se acuerda de los futuros, esto basta, como le basto à David.

3. Ex quibus Layman in Theol. moral. lib. 5. tr. 6. cap. 4. num. 6. conciliat DD. citatos, quorum aliqui ad justificationem peccatoris formale propositum vitandi peccata requirunt, alij verò implicitum in ipsa peccatorum detestatione inclusum sufficere aiunt. Hinc Franciscus Sylvius in addit. ad 3. part. q. 1. queritur 1. sic asserit: Si quis occupatus, vel in examina sua conscientia, vel in detestanda vita præterita, vel in imploranda Dei misericordia, & petenda venia, vel in excitando se ad amorem Dei, & dolorem de ipsius offensa, non cogitet actu, dicens intra seipsum: Volo abstinere à peccatis, sed bona fide eat ad confessionem, ibique se accusans veniam petat, verè est contritus, talisque ejus confessio est bona, quia in dicto examine peccatorum, & petitione veniæ à Deo, includitur sufficiens propositum non peccandi de cetero. Ita Sylvius, & ego. Unde Confessarius ex suprascriptis sedabit multos scrupulos aliorum dubitantium, si habuerint cum detestatione peccatorum formale propositum, illa de cetero vitandi.

RESOL. CXI.

An propositum non peccandi de cetero expressum, & formale sit necessarium consistenti in articulo mortis? Ex part. 6. tract. 7. & Misc. 2. Resol. 34.

§. 1. Cui non occurret is casus? Et ad illum negativè respondet Pater Suarez 3. part. tom. 4. disp. 4. sect. 3. n. 4. ubi sic ait: Deinde observo, hoc videri intelligendum regulariter, quando reliquum est aliquod tempus presentis vite: nam si homo in ipso mortis articulo pœnitentiam agat, non est, quod de proposito vite futura sollicitus sit: nec enim obligandus est ad habendum illud propositum sub conditione, si vixero: tum quia hi actus conditionales circa futura, per se absolute loquendo non sunt necessarii ad salutem: tum etiam quia fieri potest, ut vita futura jam sit desperata moraliter & ideo nulla ratio postulat, ut talis actus sit tunc simpliciter necessarius. Et hoc etiam confirmat usus: nam si hominem damnatum ad mortem exhortemur ad pœnitentiam, non multum curamus de futuris actibus in presenti vita; sed de dolore præteritorum; quia licet aliquantulum vite superfit, moraliter tamen quasi nihil reputatur: nam quod parum distat, distate videtur, & perseverando

Sup. hoc in Ref. præterita, & in Ref. seq. §. Sed circa, & pro confessione veniam in hoc casu lege supra doctrinam Ref. 101.

NTON
MORA
om. 10 II
E III

eo tempore in dolore, & detestatione vitæ præteritæ, satis proponitur observantia mandatorum pro eo brevi tempore. Ita Suarez.

2. Sed adversus illum insurgit Tannerus *tom. 4. disput. 4. quest. 6. num. 16.* quia inquit, non video, quomodo hoc probetur, cum semper quandiu homo vivit, peccare possit, ipsum etiam propositum tale petineat aliquo modo ad refarciendam injuriam.

3. Verum sententiam Suarez sequitur Fagundez *in præcept. 2. Ecclesiast. lib. 2. cap. 3. num. 13.* ubi sic asserit. In nonnullis casibus per accidens sufficit propositum virtuale inclusum in ipsa detestatione peccatorum, ut verbi gratia, in articulo mortis, quando quis omnino est in extremo vitæ articulo, vel quando de ejus vita desperatur, vel est condemnatus ad mortem: nec enim videtur necessarium habere hujusmodi formale propositum cavendi de cætero peccata in futurum. Sufficit enim in hoc casu propositum virtuale inclusum in perfecta detestatione peccatorum. Ita Fagundez.

4. Sed melius dicendum putat Joannes Wiggers *de Sacrament. in supplement. ad 3. part. quest. 1. art. 1. num. 7.* quod in isto articulo, si cogitatio de vita instituenda in futurum non occurrat, possit sufficere sæpius virtuale propositum; quod in seria peccatorum commissorum detestatione includitur: quia animus non tam versatur in cogitationibus de modo vivendi de cætero, quia de vita quasi desperat; & sic per inadvertentiam excusatur à proposito explicito formando. Hæc Wiggers.

5. Sed circa præsentem questionem ne deseras videre Doctores, quos ego citavi *in part. 3. tract. 4. resolut. 119.*

6. Nec deseras hic adducere opinionem Patris Lugo *de Sacrament. penitent. disput. 14. sect. 5.* ubi postquam adduxit diversas sententias circa præsentem questionem sic ait. Ego distinguendum existimo: aliquando enim dolor est talis, in quo virtualiter includitur propositum requisitum, & tunc non exigitur ad valorem Sacramenti aliud propositum formale: aliquando verò dolor non includit tale propositum, & requiritur propositum universale præter dolorem. Potest enim dolor esse non ex motivo universali, sed speciali, propter quod penitens dolet de peccatis illis, quæ confitentur; & quidem hic dolor nec virtualiter continet propositum universale non peccandi de cætero, sed ad summum continet propositum non committendi illa peccata, de quibus homo dolet; Alius verò est dolor de peccatis ex motivo aliquo universali comprehendente omnia peccata mortalia, ut si doleat homo propter offensam gravem Dei, propter irreverentiam Dei, propter penas inferni, & carentiam beatitudinis, quæ correspondet omni peccato mortali; & quidem hic dolor virtualiter saltem continet propositum non peccandi mortaliter de cætero. Quando ergo dolor est prioris generis, requiritur propositum universale, cum in ipso actu doloris non contineatur: quando verò dolor est posterioris generis, ipse dolor sufficit ad valorem Sacramenti, cum in se contineat virtualiter tale propositum universale. Impossibile enim est, quod aliquis doleat efficaciter de furto, verbi gratia, præcisè, quia est offensa gravis Dei, & quod simul velit offendere Deum graviter alio peccato diverso, quia per priorem actum odit offensam gravem Dei super omnia: per posteriorem verò vult offensam gravem Dei ad vitandam jacturam alterius boni inferioris: quæ esset contradictio: ergo ille prior actus implicitè extenditur ad vitanda omnia peccata mortalia, quæ sunt graves offensa Dei. Huc usque Pater Lu-

go. Consulendi tamen sunt Penitentes etiam in articulo mortis, ut expresse, & formale propositum habeant de cætero non peccandi.

RESOL. CXII.

Cum quis omisit aliqua peccata in confessione ex ignorantia invincibili obliu, in qua oblivione peccavit lethaliter, nimirum, quia non adhibuit diligentiam necessariam in examinanda conscientia, quaritur, an talis confessio fuerit invalida, & ideo iteranda? Et resolutio hujus questionis pendet ex illa, an detur confessio valida quantum ad substantiam, ita ut non teneatur homo confiteri eadem peccata, atque adeo sit verum Sacramentum confessionis, & nihilominus, quod sit confessio informis, id est, non conferens gratiam; sicuti est verus Baptismus informis in illo, qui baptizatur cum intentione peccandi? Et in §. ultimo hujus resolutionis datur Regula ad cognoscendum, quando preparatio ad confessionem fuerit sufficiens ad validitatem confessionis. Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. Ref. 31.

§. 1. **R**esolutio hujus casus pendet ex illa questione, an detur confessio valida quantum ad substantiam, ita ut teneatur homo confiteri eadem peccata, atque adeo sit verum Sacramentum confessionis, & nihilominus, quod sit confessio informis, id est, non conferens gratiam; sicuti est verus Baptismus informis in illo, qui baptizatur, cum intentione peccandi? Partem negativam teneatur Valquez *in 3. part. tom. 4. q. 92. art. 2. & 3. Coninch de Sacram. disp. 4. dub. 5. n. 40. & dub. 11. n. 71.* & Suarez *in 3. part. tom. 4. cum aliis.* Ratio est, quia in tali casu, vel penitens confitetur sua peccata sufficienter, & est sufficienter dispositus, vel non. Si dicatur primum, confessio erit formata; si verò dicatur secundum, nulla est confessio: nam ipsa dispositio est in hac parte pars substantialis Sacramenti. Ergo non potest dari confessio informis. Si respondeas quod talis penitens non est sufficienter dispositus, non tamen cognoscit illam suam dispositionem: contra hanc resolutionem sit secundum argumentum. Vel talis ignorantia est vincibilis, vel invincibilis: si est invincibilis, excusatur omnino a peccato, & sic talis confessio erit formata; si est vincibilis talis ignorantia, est peccatum mortale. Ergo non potest efficere, ut Sacramentum sit validum. Hæc sententia est probabilis.

2. Sed contraria, communiter recepta in schola D. Thomæ, probabilis etiam mihi videtur, quam relictis veteribus, sequuntur Sotus *in 4. dist. 18. quest. 3. art. 2. & 3.* Canus *in relect. de penit. p. 5.* Caiet. *in 1. tom. opusc. tract. 5. quest. 5.* & novissimè Joan. de la Cruz *in direct. confes. p. 2. de sacram. penit. q. 3. dub. 9. concl. 2.* Pet. Fay *in add. ad 3. part. q. 9. art. 1. disp. 1.* Simplicianus Mutinus *in sua Theologia morali de Sacram. penit. q. 30.* Nugn. *in 3. part. tom. 2. q. 9. art. 1. fol. mibi 303.* & Pet. de Ledesma *in summ. tom. 1. tract. de sacram. penit. c. 13. concl. 6. fol. mibi 310.* Martinus de Ledesma *2. p. 4. qu. 8. art. 1. dub. 3.* Covar. *in cap. Alma mater, part. 1. §. 4. n. 13.* & alij. Probatur, quia sicut Baptismus, & alia Sacramenta verè accipi possunt integra secundum essentiam, absque fructu gratiæ propter pravam dispositionem sulcipientis: Ergo ita & Sacramentum penitentiae.

3. Ad argumenta in contrarium, & præcipuè ad secundum, ex quo pendet solutio primi, respondeatur ignorantiam non posse esse rationem formalem, ut conficiatur Sacramentum, posse tamen esse conditionem requisitam. Ex hoc non habet in quantum ipsa ignorantia est peccatum, sed in quantum tollit

Quæ his est
Ref. antec
dens, & vide
Ref. 1. post
præteritam.

tollit peccatum majus, scilicet peccatum ex certa scientia, quod non solum opponitur gratiæ, sed etiam substantiæ hujus Sacramenti. His ita prælibatis, respondeo ad propositam dubitationem negativam ex defectu integritatis contra Vasq. & Suarez ubi supra, potest dari Sacramentum informe, sed validum, sic Nugnus, & Ledesma loc. cit. Et casus erit, quando pœnitens habet sufficientem dolorem, & confitetur omnia peccata, quæ occurrunt memoriæ, ad quod fecit aliqualem diligentiam, sed non ita, ut tota quanta necessaria erat, sed pœnitens ex illa ignorantia mortaliter culpabili, judicavit talem diligentiam sufficientem esse. Licet igitur hæc confessio sit sacrilega, quia scilicet in illa peccat pœnitens mortaliter, tamen valida est, quantum ad substantiam, ita ut non sit iteranda, & non teneatur pœnitens eadem peccata iterum confiteri.

4. Ex hac doctrina recepta, ut dixi, communiter à Thomistis, possunt Confessarij non raro excusare pœnitentes ab onere reiterandi confessiones. Regula verò ad cognoscendum, quando præparatio fuerit sufficiens ad validitatem confessionis iterandæ, vel non iterandæ, hæc est. Si post confessionem plura peccata occurrant memoriæ, quam in confessione explicata sint, non fuit diligentia sufficiens. Si autem occurrant aliqua peccata multo pauciora, quam confessæ, credendum est, quod fuit diligentia sufficiens, & à fortiori fuit sufficiens, ut confessio esset validæ, in similibus casibus non est homo obligatus ad iterandam confessionem; sed debet se accuare de illis peccatis non confessis, & de negligentia saltem ad cautelam. Hæc Nugnus ubi supra, quæ Confessariis ad tollendos scrupulos multum plausibilia futura esse confido; & est sententia communis Patrum Dominicanorum.

RESOL. CXIII.

An deriu confessio valida, sed informis non solum respectu examinis, sed etiam respectu doloris? Ex part. 3. tract. 4. Res. 65.

§. 1. Negativam sententiam docet novissimè doctus Turrian. de Sacram. pœn. disp. 28. dub. 1. Layman in Theol. mor. lib. 5. tr. 6. c. 9. n. 2. & alij, quos adduxi in ref. 37. tr. miscellan.

2. Si affirmativam sententiam (ut ibi à notavi) docet communiter schola D. Thomæ, & præter decem Doctores ibi citatos, tenet etiam hanc opinionem ex Theologis Societatis Jesu Pater Henricus in sum. lib. 5. c. 11. n. 1. ubi sic asserit. Integra per se & ex intentione dicitur illa confessio, (& conjuncta verum Sacramentum informe (nempe quod ob aliquod impedimentum frustratur fructu gratiæ) ut si ex ignorantia accessit bona fides. Quidam tamen falso negant dari Sacramentum Pœnitentiæ informe. Est ergo verum Sacramentum, primò quando pœnitens integrè confitetur cum aliquo formali dolore, & proposito excludente voluntatem peccandi, & tamen non habet dispositionem primæ gratiæ à Christo institutam. Nec impeditur veritas Sacramenti, si insufficientis sit dolor, ex mortali negligentia, aut ignorantia quadam culpabili; nam concurrunt omnia ad veritatem Sacramenti requisita. Secundo, si quis ex negligentia, & ignorantia culpabili oblitus est quorundam mortalium, ut si multis peccatis, & variis negotiis irretitus, conscientie suæ latebras accuratè non perquisivit, & mentem in animo habuit facere integram confessionem.

nem. Hæc omnia Henriquez. Unde minimè dubitandum est hanc sententiam probabilissimam esse in praxi, & ideo possunt Confessarij excusare pœnitentes à reiteratione confessionis, quando fuerit informis ex defectu doloris, vel examinis. O quam suave, & leve est jugum Domini!

RESOL. CXIV.

An confessio facta ex fine veniali sit valida? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Res. 212.

§. 1. Hic casus potest in praxi sæpius accidere, & affirmativam sententiam docet Sylvest. ver. Confessio 1. q. 7. asserens, Sacramentum pœnitentiæ quando suscipitur principaliter ex quocumque alio fine, quam remissionis peccatorum, esse invalidum; quia hæc sola est principalis effectus Sacramenti; ergo ea sola est principaliter intendenda.

2. Sed si hæc opinio esset vera, plures confessiones essent iterandæ; & ideo contrariam sententiam tenendam esse puto cum Soto in 4. dist. 18. q. 3. arr. 3. Vasq. in 3. p. tom. 4. q. 9. 2. art. 3. dub. 2. & aliis. Dico igitur Sacramentum Pœnitentiæ non fieri invalidum quocumque fine suscipiatur, dum in eo non peccatur mortaliter, quamvis ex eo principaliter, & tanquam ex motivo suscipiatur, dum etiam suscipiatur ex fine remissionis peccatorum, quamvis minus principaliter, & tantum impulsivè. Ratio est, quia ex eo, quod hoc modo suscipitur, non deficit intentio suscipiendi Sacramentum. Ergo non ex eo fit invalidum, quia valor Sacramenti tantum pendet ex dicta intentione, & ex partibus essentialibus illius. Sed hæc omnia ad sunt in casu nostro. Ergo, &c.

RESOL. CXV.

An mendacium de peccato veniali, quod est totalis materia confessionis, sit peccatum mortale? Et quid, si tantum sit materia partialis? Ex part. 3. tr. 4. Res. 95. aliàs 76.

§. 1. Affirmativè respondent communiter DD. Navarrus in cap. fratres de pœnit. disp. 5. sup. doctrina, contenta in hac Res. Coninch de Sacram. disp. 6. dub. 3. n. 8. Fagundes præcept. 2. lib. 3. cap. 2. n. 10. Angelus verb. confessio, n. 57. Armilla eodem verb. §. 6. Filiucius tom. 1. tr. 7. & in tom. 7. c. 4. n. 112. Megala in 1. p. lib. 5. c. 8. n. 7. Villalobos in sum. tom. 1. tr. 9. dub. 41. n. 4. Sotus in 4. dist. 18. q. 2. arr. 4. Suarez tom. 4. disp. 22. sect. 10. n. 6. & alij communiter. Et ratio est, ait Suarez; quia pœnitens in tali casu mentiendo efficit Sacramentum nullum, quia nulla materia apponitur formæ.

2. Sed Philippus Faber publicus Theologiæ Professor in Academia Patavina novissimè in tr. de pœnit. in 4. sent. disp. 17. quest. unica, disp. 14. cap. 3. n. 51. docet mendacium veniale, etiam quando est tota materia confessionis, esse tantum peccatum veniale. Ad rationem verò, quod forma redditur falsa, & nullum Sacramentum, respondet idem evenire cum materia est partialis; nam etiam quis partialiter mentiens, facit ut ex illa parte forma sit falsa, & sit sacrilegium: sicut qui proferret formam consecrationis simul super panem triticeum, & hordeaceum, non minus peccaret, quam si supra hordeaceum tantum. Nec valet responsio Suarez, quod non est par ratio de Eucharistia, & de forma confessionis.

feffionis, quia illa est universalis, & respicit totam materiam, hæc non ita, sicut qui baptizaret aqua, in qua mixta esset gutta aquæ rosæ, non propter hoc non baptizaret. Hæc, inquam, responso non valet. Differentia enim illa inter formam Eucharistiæ, & istam confessionis est voluntaria, quia utraque cum sit forma Sacramenti, & habeat suam materiam, illam totam respicit, absolutio enim respicit omnia & singula peccata. Unde si in parte fraudetur, in parte læditur, & fit sacrilegium. Exemplum autem illud de Baptismo non est ad propositum. Ratio enim propter quam aliquis aqua admixta guttæ aquæ rosæ baptizaret, non est, quia illa gutta sit partialis materia Baptismi, ut est veniale, sed quia ista gutta non mutat essentiam, & substantiam aquæ naturalis, sed in illam convertitur, idè non lædit materiam illam, ne possit esse materia Sacramenti, idè non est simile hic, & ibi. Hæc omnia Faber ubi supra, qui putat omne mendacium veniale, sive sit partialis, sive sit totalis materia Sacramenti, esse semper peccatum veniale, est enim semper res levis, & parum lædit iudicium Confessarii, idè nunquam censendum peccatum mortale. Ita ille. An verò probabiliter, iudicio aliorum me remitto, mihi enim non placet.

RESOL. CXVI.

An in mendacio factò in confessione, vel iudicio de-
tur paritas materia? Ex part. 5. tractat. 5.
Ref. 27.

Sup. doctri-
na contenta
in hac Ref.
lege Ref.
præteritam,
& in tom. 7.
tr. 1. ex Ref.
302. §. No-
tandum est
& seqq.

§. 1. **N**egativam sententiam docet Caietanus in 2. 2. quæst. 69. art. 1. asserens omne mendacium in iudicio, quamvis sit materia levissima, & quòd extra iudicium esset veniale; in iudicio factum sive sacramentali, & interiori, sive exteriori, & forensi, esse mortale. Unde si in confessione sacramentali rogetur penitens an dixerit, aut fecerit tale quid, quòd est peccatum veniale, aut reus in iudicio interrogetur à iudice de re, quam confiteri tenetur, etiam si sit de re levi, si id falsò neget, peccat mortaliter. Ratio ejus est, cui tanta obligatio dicenda veritatis in iudicio est, ut quamvis sit de re levissima, in iudicio tamen interiori, vel exteriori sit gravis, eo quòd est contra veritatem iudicij, atque adèd iudicium super eo mendacio fundatum, falsum esse oportet. Confirmatur, quia sicut vis juramenti exigit veritatem juramentorum, atque adèd de re levi, perjurium efficitur mortale, ita vis iudicij exigit veritatem iudicandorum, ac propterea mendacium in iudicio de re levissima efficitur mortale. Imperfectio igitur materiae locum habet solum respectu actus mentiendi secundum se, & non ut substat iudicio, sicut non habet locum in juramento, unde concludit omne mendacium in iudicio, etiam de re levissima, esse peccatum mortale.

2. Sed contrariam sententiam sustinendam esse puto, si mendacium juramento non confirmetur, & ita tenet Reginaldus in praxi tom. 2. lib. 24. cap. 2. sect. 4. num. 44. ubi sic ait: Tenendum est testem, etiam si testimonium, quòd fert mendaciter, sit de re levissima, mortaliter delinquere, si (ut fieri solet, juxta cap. hortamur. 3. quæst. 9. & cap. si testes. §. item iurandi. 4. quæst. 2. & 3. ac cap. quoties. & cap. nuper. de attest.) juramento illud confirmarit. Id quòd expressit Sorus in eod. art. 4. concl. 3. & constat ex eo quòd non obstant materiae levitate, gravis injuria inferitur Deo per perjurium, utpotè quo ipse adhibetur in testem falsitatis, quòd si eidem falso testimonio juramentum dedit, ipsum potest ex tenuitate

materiae mortali excusari eadem ratione, qua mendacium rei. Ita Reginaldus. Dicendum est igitur mendacium non esse mortale, sive sit in materia præcipua, de qua iudicatur, sive in circumstantiis illi accidentibus, si materia sit levis, ut in confessione, v. g. peccatum veniale si fiat sine juramento, secus autem si in confessione, ut advertit Alphonsus de Leone de offic. Confess. part. 1. recollect. 7. n. 41. sit in causa, ut vitiet absolutionem, ut non conficiatur Sacramentum. Dicendum est igitur contra Caietanum, quòd non satis apparet ratio aliqua ob quam cogamur dicere in materia iudicij non posse esse levitatem materiae, sicut in multis aliis, & ideo sine sufficienti fundamento dicitur mendacium commissum in iudicio, sive circa præcipuum materiam, sive circumstantiam aliquam, semper esse mortale; & alias rationes præter adductas videbis penes Tutrianum de Just. tom. 2. disp. 50. dub. 1. num. 2.

RESOL. CXVII.

An si peregrinus proficiscatur in aliquod oppidum,
non negotij causa, sed ut confiteatur Parocho illius,
sit talis confessio valida?
Ex quo inferitur, quòd si aliquis in fraudem legis Con-
cilij Trid. ut contrahat matrimonium sine testibus,
& Parocho, proficiscatur in partes ubi Concilium
non est usu receptum, an possit validè contrahere
clandestinè? Ex part. 3. tr. 6. & Misc. 2. Ref. 28.

§. 1. **N**egativam sententiam docet Gabriel Valquez in 3. part. 1. 4. q. 93. art. 2. dub. 4. n. 6. ubi sic ait: Omnes iter agentes pertinent de jure ad eam diocesim, & parochiam, ubi inveniuntur tempore præcepti. Unde etiam extra tempus præcepti, ei Parocho confiteri possunt, in cujus Parochia sunt, & hoc non ex commissione, sed tanquam proprio. Secus esset, si non negotij gratia, profectus aliquis esset in aliud oppidum, ut Parocho illius confiteretur, tunc enim existimo ex commissione proprij fieri debere. Ita Valquez.

2. Sed adversus illum insurgit novissimè aliud Hispania ornamentum, Basiliius Pontius de matrim. lib. 5. cap. 9. num. 6. ita asserens. Ex his colligo, cum in cap. omnis utriusque sexus, de pœnit. & remissione, statutum sit, ut quis semel in anno confiteatur proprio Sacerdoti, & vel ex consuetudine, vel ex declaratione Eugenij IV. peregrinus possit confiteri illi Parocho, in cujus Parochia habitat, non quidem ex commissione proprij, sed tanquam proprio Sacerdoti, sic, inquam, idem dicendum esse, etiam si quis eo animo solum confitendi illi Parocho eo accedat, & à sui domicilij Parochia recedat, illi enim licet alteri confiteri, dum extra suam Parochiam est. Scio dissentire Valquez, sed sine efficaci fundamento. Ita Pontius. Et ratio hujus opinionis est, quia in tali casu non adest fraus illicita, nec dolus malus, sed quis nitur jure suo.

3. Ex his inferitur, quòd si aliqui in fraudem legis Concilij Tridentini, ut contrahant sine testibus, & Parocho, proficiscantur in partes ubi Concilium non est usu receptum, possunt validè contrahere clandestinè, servata quoad fieri possit antiqua lege Ecclesiastica, quia ita faciens non utitur mala fraude, nec dolo illicito, sed jure suo. Ergo, &c. Et ita ex Sanchez docet Pontius loco citato, contra Ledesmam, & Rodriguez, quibus ego addo Henricum lib. 11. cap. 3. numer. 8. in fine, & Cenedum quæst. 30. num. 64. Sed tu sententiam Pontij probabiliter tenere potes, licet ego * alibi contrarium etiam probabiliter docuerim.

RESOL.

RESOL. CXVIII.

An quis possit peccare venialiter, qui non possit mortaliter?

Et an hoc possit contingere in puero ratione atatis imbecilla, sicut potest saltem ad tempus accidere in semisopito, semidormientibus, semiebriis, & semimentibus? Ex part. 1. o. tr. 15. & Misc. 5. Ref. 25.

§. 1. Affirmativè respondet Valentia 10. 2. disp. 6. q. 19. punct. 3. Salas in part. 2. disp. 13. sect. 8. non. 44. Tannerus, ubi infra, & alij. Afferunt enim quod possit aliquis habere usum rationis sufficientem ad peccandū venialiter, qui tamen non habeat sufficientem ad peccandū mortaliter. Duplex est sententia, prior est affirmativa & probabilis, quia usus rationis acquiritur successivè, ergo potest quispiam prius habere usum rationis imperfectum, qualis ad peccatum veniale sufficit, & postea perfectum, qualis ad peccatum mortale requiritur, & vix negari potest id ad tempus saltem accidere in semidormientibus, semiebriis, semimentibus, &c.

2. Sed alij negativam sententiam tuentur, ita D. Thomas, in part. 2. qu. 89. art. 1. & ibi Franciscus Silvius, & Joannes Malderus. Probatur, quia materia peccatorum mortalium notior est, quàm venialium, nam notius est quod homicidium, & perjurium sint mala quàm mendacium, & verbum otiosum: Ergo non potest quis ita esse dispositus, ut possit cognoscere venialia peccata, & nullum mortale: Deinde qui potest honestum à turpi discernere, is consequenter potest mereri, & demereri, a leoque etiam peccare mortaliter, sed omnis venialiter peccans id potest, ergo &c. Nihilominus fateatur Tannerus. 1. 2. disp. 4. q. 5. dub. 4. n. 75. illum, qui laborat invincibili ignorantia divinitatis posse peccare venialiter, v. g. occidendo, adulterando, furando, &c. quia contra dictamen rectæ rationis, non tamen mortaliter, quia nec agnoscit amicitiam divinam, nec supremum illum legislatorem, nec ultimum suum finem. Ita Tannerus, sed an probabiliter judicent viri docti.

3. Et hanc sententiam tenent omnes, qui asserunt non posse veniale cum solo originali reperiri. Verum post hæc scripta inveni primam sententiam affirmativam docere Oviedum in p. 2. D. Thom. tr. 6. cont. 3. punct. 11. n. 181. quia (ait) licet verum sit magis requiri ad discernendam malitiam venialem bono honesto, quàm malitiam lethalem, & omnem hominem, qui volet malitiam venialem discernere, posse etiam mortalem separare, non infertur omnem qui potest peccare venialiter, posse mortaliter, quia homo ille, qui potest peccare venialiter, & non mortaliter, non idèd potest malitiam venialem contrahere, & non mortalem, quia illam, & non istam discerneret seu quia perfectam cognitionem haberet de malitia veniali, & non de mortali, sed quia sine discretionem harum malitiarum, malitiam ut sic ad id imperfectè cognoscebat, ut cognitio illa non sufficeret ad malitiam lethalem fundandam. Doctrinam hanc admittunt omnes, qui in homine semisopito concedunt libertatè ad venialem sufficientem, & non ad mortalem, id ergo quod contingit in semisopito ratione somni, & in semiebrio ratione ebrietatis, inquirimus an possit contingere in puero ratione atatis imbecilla? Affirmat Salas, Valentia, & Tannerus, apud quem absurdum non reputat Sotus aliquem usum rationis sufficere ad promerendam vitam æternam, qui tamen non sufficit ad promerendam æternam damnationem, quod longe difficilius est. In hac re probabilis mihi valdè apparet sententia Patris Salas ob insinuatam rationem, licet

Tom. I.

enim somnus, & ebrietas, ita possunt organa disponere, ut non relinquunt hominem plene liberum, qualem necesse est reperiri ad culpam lethalem contrahendam, sed tantum semiliberum, qualem inveniri sufficiens est ut malitiam contrahat venialem, sic atatis imbecillitas potest eodem modo organa disponere, cum enim habeamus esse dispositionem organorum, ex vi cujus homo possit venialiter, & non lethaliter, & hanc posse procedere à somno, & ebrietate, facile est eandem procedere ab atatis imbecillitate, seu ab humiditatis abundantia aliisque humoribus rationem perturbantibus, quæ atatem teneram perturbant. Hæc omnia Patet Oviedus, ubi supra. Verum ego puto utramque sententiam probabilem esse, negativæ verdè, tanquam probabiliori adhareo, quam novissimè tenet Magister Serra, tom. 2. in part. 2. D. Thomæ, quæst. 89. art. 6. qui respondet ad argumenta contraria.

RESOL. CXIX.

Quidam puer usque ad 13. annum non se accusavit de ordinariis pollutionibus, quas faciebat, sciens postea hoc esse peccatum mortale, dubitatum fuit à multis Confessariis, an teneatur repetere omnes confessiones? Idem est dicendum de circumstantiis peccati ommissis, & de numero peccatorum non expresso in confessione. Et docetur, quod quando confessio nulliter facta fuit, & postea alia intermedia facta sunt vero dolore, &c. tunc non est opus omnes præteritas confessiones iterare? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 107. alias 108.

§. 1. Respondi tunc hoc casu interrogatus negativè, nam potest dari ignorantia invincibilis de pollutione, quæ non sit peccatum, ut in specie notant Layman in Theol. mor. lib. 4. tr. 6. cap. 8. n. 3. Sanchez in summa, tom. 1. lib. 1. cap. 16. n. 33. & addidi etiam celebrem doctrinam à Confessariis nunquam oblivioni tradendam, quam tradit Navarrus in cap. fratres, de pœnit. dist. 5. n. 82. Sylvester v. confessio 1. q. 3. Beia part. 1. cas. 9. Valquez in 3 part. tom. 4. q. 92. art. 3. dub. 1. n. 7. & Reginaldus in praxi, tom. 1. lib. 6. cap. 5. sect. 3. n. 153. ubi sic ait: Cum quis per ignorantiam aliquod peccatum mortale omisit in confessione, eo quod erroneè putaret ipsum non esse tale, etiamsi error vincibilis fuerit, nec à mortali perpetrante excusaret, tamen ab iteratione totius confessionis ita ut sufficiat penitentem ipsum in sequenti confessione peccatum omisium declarare. Sic ergo pueri & puellæ, quæ grandiores factæ novè agnoscunt peccatum mortale esse, quod aliàs omiserunt confiteri, eo quod ignorarent illud tale esse, non tenentur iterare confessiones eorum quæ confessi fuerunt legitime, sed tantum eorum quæ omiserunt. Et idem dicendum est de circumstantia peccati omissa, & de numero peccatorum non expresso in confessione. Ita Reginaldus, ex quibus tunc, ut dictum est, consilium supradictum invenem non fuisse astrictum præteritas confessiones reiterare, sed sufficere se in prima confessione de pollutionibus factis accusare.

2. Notandum est etiam hic obiter, quod quando confessio nulliter facta fuit, & postea alia intermedia facta sunt cum vero dolore, proposito ex oblivione naturali, penitens non est confessus defectus invalidæ confessionis; tunc non erit opus omnes præteritas confessiones reiterare, sed solum defectum nullitatis, & peccata in ea confessà, vel confitenda; quia confessiones intermedia validæ fuerunt, & semper validæ manent. Et ita docet Joannes Sancius in selectis, disp. 41. n. 10. Valq. in 3. p. tom. 4. q. 92.

Sup. hoc in Ref. seq. & in aliis ejus primæ not. & signantur secundæ.

Sup. hoc lege contra-riam doctrinam in §. ult. Ref. seq.

Sup. hoc in Ref. post seq. ad medium, verus qui etiã & in aliis §§. ejus not.

Sup. hoc infra in tr. 4. Ref. 17 §. ult. in principio.

P

9. 92.

9.92. art. 3. dub. 1. n. 9. cum aliis. Et hæc ſententia ſæpius me in praxi à multis laboribus liberavit.

RESOL. CXX.

An qui nunquam confefſus eſt deſideria prava carnis, furti, odij, &c. quia non putabat eſſe peccata, teneatur reiterare confeſſiones?

Et an ſaltem, ſi non teneatur reiterare confeſſiones, teneatur tamẽ conſiteri illa prædicta deſideria prava?

Et an, qui per ignorantiam craſſam tenere, & erronee aliquod peccatum omiſit in confeſſione, teneatur confeſſionem reiterare? Ex p. 10. tr. 14. & Miſcell. 4. Ref. 21. aliàs 19.

Sup. hoc in Refol. præteriti & lege d. ſtrinam Refol. ſeq. & infra in tr. 7. vide Ref. 11. & ſignatè prope ſinem à verſ. Ex quibus & ſi placet vide ſuprà doctrinã Ref. 112. & aliarum ejus not. & repleveris doctrinã pro ſolutione hujus quaſt.

§. 1. AD hoc Dubium ſic reſpondet Pater Bordon in Miſcell. Decif. 321. Vir alioquin prudens, & ſciens, qui antea in ſuis confeſſionibus nunquam ſe accuſavit de deſideriis carnis, furti, odij, &c. eo præciſe, quia putabat, ea non eſſe peccata, aut de illis nunquam dubitavit, ſint ne peccata non debet eſſe anxius circa præteritas confeſſiones reſpectu integritatis, neque tenetur illa reſcicere, neque hujusmodi deſideria aliàs non confeſſa modò conſiteri. Ratio eſt clara: Primò, quia ſtante ejus bona fide, quæ ſecundùm omnes à peccato excuſat, non peccavit: ergo ex hoc capite non tenetur reſcicere confeſſiones. Secundò dictæ confeſſiones non caruerunt ſua integritate, quia integritas habet pro objecto ſolum peccatum tale cognitum ex parte Pœnitentis, qui in caſu noſtro nunquam habuit cognitionem, vel advertentiam, illa deſideria fuiſſe peccata, & hæc ignorantia in eo fuit inculpabilis, ſicut fuit in D. Paulo, dum dixit ad Rom. 7. verſ. 7. Nam concupiſcentiam nesciebam, niſi lex diceret: Non concupiſceas. Ex quo tertio ſequitur hunc virum non teneri ea deſideria conſiteri, quia ſolum peccatum eſt objectum hujus ſacramenti. Nihilominus pro quiete conſcientiæ ſuæ poterit, ſi vult, ea deſideria fateri talia, qualia ſunt in ſeipſis, ſimul cum aliis peccatis. Ita Bordonus.

2. Sed ego diſſentio à viro amiſſiſſimo: nam communiter aſſerunt DD. quòd licet non teneatur iterare confeſſionem, qui putat invincibiliter non eſſe mortale, aliquod mortale, nam illa confeſſio eſt valida; tamen hoc non obſtante omnes aſſerunt, quòd tenetur conſiteri peccata in priori confeſſione omiſſa. Et ita ex Navarr. Sylveſt. Vaſq. Bonac. & aliis tenet Leandr. de Sacr. tom. 1. tr. 5. diſp. 5. §. 69. Unde poſtea ſic inferit. Ex hac Doctrina conſtat Dianam rectè reſolviſſe de quodam puero, qui uſque ad decimum tertium annum, non ſe accuſavit de pollutionibus, quas ordinariè faciebat, ignorans invincibiliter, illas eſſe peccatum; illum non fuiſſe adſtrictum, præteritas confeſſiones reiterare; ſed ſufficere ſe in prima confeſſione, de pollutionibus factis accuſare. Ita Leandr. cui etiam adde Ochagav. de Sacr. tr. 2. de confeſſ. Sacram. q. 31. n. 7. & DD. communiter: Et ideo dicendum eſt contra Bordonum in caſu propoſito, non eſſe reiterandas confeſſiones, ſed explicanda, & conſtitenda omnia deſideria in confeſſionibus non explicata.

Docuit in Ref. præteriti in §. 1. ante medium à verſ. Cum quis.

3. Nota hic obiter, quòd ego olim cum Reginaldo, & aliis docui, etiam non teneri confeſſionem reiterare, qui per ignorantiam craſſam, temerè, & erronee aliquod peccatum in confeſſione omiſit, ſed tantùm teneri poſtea peccatum omiſſum conſiteri; ſed modò re melius conſiderata contrariæ ſententiæ adhareo; nempe eſſe confeſſionem iterandam; quia omnino fuit irrita, & invalida, cum in iplamet confeſſione peccatum patratum

fuerit, & non confeſſum: ergo invalida ex defectu integritatis. Et ita docet Suarez, Layman, Lugo, Ochagavia, Hurtad. Pater Leandr. ubi ſupr. q. 70. cum Thoma à Jeſu in Tribunali conſcientiæ, cap. 6.

RESOL. CXXI.

Quidam Ruſticus per multum tempus ignoravit Myſterium Trinitatis, quaritur, an teneatur reiterare confeſſiones factas?

Et quid facere debeat Confeſſarius cum pœnitente, qui interrogatus de numero peccatorum dicit ſe non eſſe ſoliturum in præcedentibus confeſſionibus illum exprimere, nec de hoc interrogari; an talis debeat repetere confeſſiones præcedentes?

Et in calce hujus Refol. aliqua alia advertuntur pro Confeſſariis cum pœnitentibus Ruſticis, vel bona fide contententibus? Ex p. 5. tr. 13. & Miſc. 1. Ref. 84.

§. 1. CASus poteſt frequenter accidere, & ad illum reſpondet Marchant, in Candel. Sacr. q. 99. Paſtor. tr. 5. de pan. c. 2. quaſ. 7. ubi ſic ait: Petes an non ſint repetendæ confeſſiones priores ab illis ignorantibus myſteria Trinitatis & Incarnationis, quandoquidem ſcitu neceſſaria ſint ad ſalutem, & non potuerint juſtificari ſine fide explicata illorum myſteriorum, ut docent multi Theologi? Reſpondeo, ſecundùm mentem illorum Theologorum hoc videtur ſequi, quia tamen non improbabilis eſt ſententia dicens ſufficere implicitam fidem; idè non ſunt ad hoc condemnandi, cum crediderint Deum eſſe noſtræ ſalutis auctorem, ac nos redemiſſe, quæ fides implicitè continet myſteria noſtræ ſalutis. Adde quòd non ſit improbabiliſſimum aliquorum opinio, quòd confeſſio quandoque poſſit eſſe valida, ſed informis, hoc eſt gratia juſtificante non informata. Sic priores confeſſiones talium bona fide factæ poſſent in hac opinione dici validæ, ſi fortè fuerint informes defectu fidei explicite de myſteriis neceſſariis. Ita Marchantius, qui etiam poſtea c. 3. q. 3. quaerit quid agendum ſit Confeſſario cum pœnitente, qui interrogatus de numero dicit ſe non eſſe ſoliturum in præcedentibus confeſſionibus illum exprimere, nec de hoc interrogari, an talis debeat repetere confeſſiones præcedentes? & reſpondet, ſi ignoraverit hoc eſſe neceſſarium exprimere ad integritatem & validitatè confeſſionis, non eſſe compellendum ad repetitionem, ſicut nec quando omiſit aliquod peccatum mortale, quòd non putabat, niſi veniale. Adverte verò quando pœnitens de numero omiſſo in prioribus confeſſionibus tacet, ignorans obligationem illum exprimendi, Confeſſarium non teneri eundem hac de re interrogare, ſed poſſe bona fide eum relinquere, maxime ſi potius perturbationem timeat, quàm fructum ſperet. Imò ruſtici, qui bona fide putant ſe benè confeſſos, non ſunt multum inquietandi interrogando de aliquo præterita confeſſionis, niſi aliquid eſſentiale deſuiſſe manifeſtum ſit. Nam etiamſi quandoque confeſſiones fecerint materialiter non integras, propter tamen bonam fidem cenſentur formaliter integre, & ſic ſufficientes, & hæc omnia docet Marchantius loco citato; ſed de his caſibus à nobis alibi actum eſt.

RESOL. CXXII.

An Confeſſarius teneatur interrogare pœnitentem ſub onere peccati mortalis?

Et quanta interrogatio in aliquibus caſibus neceſſaria ſit ex parte Confeſſarij, ut peccatum hujus negligentia.

negligentia, seu omissionis evitet? Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. Ref. 33. alias 31.

§. 1. CAsus est quotidianus, & ad illum sic respondet Bordon. in Decisionibus Miscell. decis. 105. Confessarius regulariter non tenetur interrogare Pœnitentem. Ratio est, quia ad Pœnitentem spectat confiteri peccata sua, ut ex Sacris Scripturis deducitur. Dixi regulariter, quia sub mortali tenetur interrogare in tribus casibus. Primo, quando Pœnitens exprimit peccatum in genere, v.g. accusando se peccasse carnaliter. se percussisse, &c. debet tunc interrogari de specie peccati, an sit Adulterium, Sacrilegium, &c. Secundò, quando audit infirmum periculosum, debet enim ex charitate illum adjuvare, ne illius anima in æternum pereat, quando Confessarius advertit illum non bene & exactè conteri attentam qualitate personæ, & temporis, quò non fuit confessus. Tertio, Ignari, Rustici, & Pueri, ut plurimum interrogandi sunt, potius ut edoceantur modum confitendi, quam aliter, maxime si raro confitentur. Qui singulis mensibus, & sæpius confitentur nullatenus videntur interrogandi, nisi deficient in primo, & secundo casu. Sed quanta interrogatio in dictis casibus necessaria est ex parte Confessarii, ut peccatum huius negligentia, seu omissionis evitet? Dico suo muneri satisfaci, si Pœnitentem interroget super decem Præcepta Decalogi, quia hæc sunt summa totius legis divinæ. Adde præcepta Ecclesiæ, præsertim Missæ, & Jejuniorum. Hæc Bordonus.

2. Et quoad rudes, & ignaros notabilis est doctrina Valquez, quam adducit, & sequitur Granad. in 3. p. contr. 7. tr. 9. disp. 11. n. 4. ubi sic ait: Imò Valquez addit, & bene, quando ad confessionem accedit Rusticus sine sufficienti examine, melius esse illum interrogare, & sic juvare, ut numerum & species peccatorum declararet, quam eum dimittere, ut se diligentius examinet; quia verisimiliter creditur id illi fore minus utile, & melius declaraturum peccata, mediis Confessarii interrogationibus, quam si ipse, per se conscientiam discederet. Sic Granados. Quod etiam tenet Cardinal. Lugo de Pœn. disp. 16. sect. 1. §. n. 93. generaliter loquens, sic asserit: Constat circa examen, interrogationem humanam, quam diximus solam requiri, non posse dari unam, & eandem regulam pro omnibus personis; pendet enim ex capacitate, & dispositione corporali, & attentione, & aliis circumstantiis: quare pauciores, & crassiores interrogationes debent fieri homini inculto, & barbaro, quales sunt Indi Occidentales, quam alicui Europæo: levius, item examinandum est Rusticus noster quam homo civilis: levius, qui ægrotat, & difficile potest ad subtiliora attendere, propter capitis debilitatem, quam homo sanus, & robustus: denique (quod notandum etiam est) levius, & minus exactè interrogandus est circa singula, qui plura habet peccata quam qui pauciora. Ratio colligitur ex dictis; quia cum solum requiratur diligentia, & examen humanum, hoc autem sit illud, quod non generat ex se fastidium, & tedium huius sacramenti; consequens est, ut minus distincta notitia requiratur ab eo, qui, vel propter incapacitatem, vel propter morbum, vel propter peccatorum multitudinem, vel aliam ob causam difficultius possit exactam notitiam reddere. Nam illi, qui confiteri debet peccata totius vitæ, quam in omni peccatorum genere expendit, difficillimum esset, & aptum ex se ad reddendam illam confessionem odiosam, & gravem nimis examen illud, quod alteri facienti confessionem mensuram

Tom I.

non esset difficile, sed facile. Et hæc est ratio, cur à Meretrice, & Concubinario, & similibus minus exactè, & distinctè petamus numerum peccatorum, quam si per mensem, vel hebdomadam solam, v.g. in eo peccato fuissent, quia nimirum diligentia, quæ pro peccatis unius hebdomadæ distinctè confitendis sufficeret, eadem si pro longo tempore examinando adhiberetur, difficultatem ingereret, & molestiam talem, ad quam præceptum confessionis integræ non obligat, quia redderet præceptum ipsum, & confessionem nimis molestam, & gravem. Debet ergo confessarius accommodare se Pœnitenti, & notitiam peccatorum à singulis petere juxta capacitatem singulorum: subtiliorem à subtilioribus, crassioram à crassioribus, brevioram ab infirmioribus: hæc enim est notitia, & interrogatio humana, quam solam hoc sacramentum desiderat. Hæc omnia Lugo, & in praxi satis erunt confessariis scitu digna.

3. Itaque dicendum est, non teneri confessarium ad examinandum Pœnitentem exactissimo examine, sed suavi, & humano. Ratio est, quia ipsemet Pœnitens non obligatur ad exactissimum examen suorum peccatorum, sed ad suave, & humanum, hoc est tale quo sacramentum istud non reddatur nimis onerosum: ergo minus tenebitur confessarius ad examen, & interrogationes tales; quibus confessio addatur Pœnitentibus gravis, & onerosa nimis.

Sup hæc ratione supra in Ref. 70. lege doctrinam verè. Et notent, prope finem, & §. ejus annot.

RESOL. CXXIII.

In quibus casibus confessio erit valida, & tamen non integra materialiter?

Et pro praxi huius difficultatis adducuntur quinque diversi casus in textu huius Resolutionis, cujus doctrina extendenda est ad alios similes casus, & quaestiones. Ex p. 3. tract. 4. Ref. 130. alias 131.

Pro primo casu huius textus supra in Ref. 271. 73. & ex Ref. 63. Ex dictis. Pro secundo infra in tr. 4. Ref. 53. Pro tertio ibidem in Ref. 46. 47. & 48. Pro quarto infra in tr. 5. §. 1. Ref. 31. usque ad 35. inclusive, & hic supra in Ref. 58. §. pe. 10. & quæ dixi ego in hoc tr. ref. 104. Quintò, si necessitas urgeat confitendi cum aliquo Confessario v.g. sine gravi periculo animæ, corporis, famæ, aut fortunarum proprio, vel alieno, peccatum aliquod confiteri, nequeat, tunc eo prætermisso reliqua explicari, & absoluiti peti potest. Vide Sotum in 4. sent. disp. 18. q. 2. art. 5.

§. 1. PRIMò, si homo mutus, surdus, balbutientis lingue, aut ignoti idiomatis omnia peccata explicare nequeat. Vide Henriq. lib. 5. c. 12. n. 3. Secundò, si inter confitendum periculum sit, ne pœnitens mox moriatur, debet statim absolvi, & postea si supervivat, reliqua peccata audienda sunt, & postea denuo absolvendus est. Vide Sà. verb. absolutio n. 9. Tertio, tempore pestis, naufragij periculosi, prælij, si Confessarius multorum integras confessiones audire non possit, quo casu licitum est quoque plures simul confitentes audire, & absolute. Vide Cominch de Sac. disp. 7. dub. 9. num. 4. Quarto, si aliquis habeat casus reservados, de quo vide Layman in Theol. mor. lib. 5. tr. 6. c. 12. num. 8. & Ref. 58. §. pe. 10. & quæ dixi ego in hoc tr. ref. 104. Quintò, si necessitas urgeat confitendi cum aliquo Confessario v.g. sine gravi periculo animæ, corporis, famæ, aut fortunarum proprio, vel alieno, peccatum aliquod confiteri, nequeat, tunc eo prætermisso reliqua explicari, & absoluiti peti potest. Vide Sotum in 4. sent. disp. 18. q. 2. art. 5.

2. Sed de his omnibus vide Fagundez pr. 2. lib. 3. c. 3. per totum, ubi n. 17. bene observat, ut in his & similibus casibus, in quibus licitè dimidiatur confessio, absolvatur pœnitens directè, & per se ab illis tantum peccatis, quæ confitentur: indirectè verò, & consequutivè ab aliis, de quibus non est cõfessus, ea tamen obligatione, & conditione, ut teneatur prædicta non confessã confiteri cessante causa, & sublato periculo: non tenetur tamen ea statim confiteri, sed potest illa in primam confessionem, sive annualem in Quadragesima, sive ex devotione differre nec refert, quòd exponatur periculo oblivionis.

Sup. hoc
fra Ref.
carum
Non an

Joan. Sancij in *select. disp.* 41. n. 18. ubi asserit, quod nullus, etiam si scrupulus non sit vexatus, post meo diocrem adhibitam in discussione conscientia suae perquisitionem, in ordine ad confessionem peccatorum efficiendam, teneatur ulterius de antea vita cogitare; quod si aliquid occurrat non explicatum fuisse in confessione, poterit sibi persuadere illud jam fuisse memoratum. Ita Sancius, quod est valde notandum ad tollendum multos scrupulos.

RESOL. CXXVII.

An qui iudicat magis probabiliter aliquod peccatum commississe, vel confessum minime fuisse, teneatur illud confiteri?

Et an qui ex opinione etiam probabiliori aliquod peccatum tacet, exponat se periculo errandi circa integritatem confessionis? Ex p. 5. tr. 14. & Miscell. 2. Ref. 113.

Alibi §. 1.
§. 1. D

iximus alibi, quod si quis aequè probabiliter iudicet peccatum non commississe, vel confessum fuisse, non teneri illud in confessione manifestare. Sed difficultas est, quando magis probabiliter iudicet se non fuisse confessum, vel peccatum non commississe? Et negativam sententiam olim ego docui, quam scio displicuisse cuidam viro docto, & amicissimo. Sed immeritò quidem, & ideo illam novissimè docet Ludovic. Marat. in *D. Thom. tom. 3. tr. de Sacram. Pœnit. disp. 26. sect. 3. n. 4.* ubi sic ait: Quod alij communiter asserunt peccata dubia esse in confessione explicanda, intelligendum est, ut & ipsi intelligunt, quando is verè de illis est dubius, tunc autem solum est cum ita vacillans, & animo suspensus est, ut de neutra contradictionis parte determinatè, quod scilicet commiserit, vel non commiserit, quod sit, vel non sit mortale quod confessus antea fuerit, vel non, ferre iudicium probabile queat. Quare dum probabiliter indicat se non commississe, vel peccatum mortale non esse, vel se antea confessum fuisse, non obligatur confiteri, etiam si aequè probabiliter, imò fortè oppositum probabilius iudicet; multòque minus ad id obligatus censeri debet, dum stante illo priori probabilis iudicio suspicionem tantum, aut formidinem de opposito habet. Non enim hac formidò suspiciòque vera dubitatio est, cum probabile iudicium de una determinatè parte contradictionis non excludat, quod excludit dubitatio. Ratio autem est, quod in rebus practicis licitum sit, & tutum sequi probabilem opinionem, relicta contraria, licet aequè probabilis, aut etiam probabiliori; quod autem nulla sit obligatio confitendi peccata, de quibus habet pœnitens probabile iudicium, quod ea vel non commiserit, vel mortalia non sint, vel olim confessus fuerit, probabilis saltem opinio est. Ita Maratius, & ego. Unde ex his apparet refellendum esse Duvallium, qui novissimè in *2. D. Thom. tr. de humanis actionibus, q. 4. art. 12.* docet, eum qui ex opinione etiam probabiliori aliquod peccatum in confessione taceret, peccaturum, exponeret enim se periculo errandi circa integritatem confessionis, certum quippe illi est declarationem peccati esse viam certam, & undèquaque securam, aliam autem incertam, aut ad amplius probabilem. Sed fallitur vir doctus: nam qui relinquit confiteri peccatum ex opinione probabilis, nullo periculo se exponit quoad validitatem confessionis, ut pluribus in locis à me satis probatum est, & præcipue contra Peregr. in *3. p. tr. 2. resol. 3. & in p. 4. tr. 4. res. 4.*

Met. etiam
non tenetur

Tom. I.

RESOL. CXXVIII.

An qui dubitat se ex verecundia reliquisse in confessione aliquod peccatum, teneatur repetere confessionem illam, vel saltem peccatum omissum?

Et supponitur, quod qui voluntariè aliquod mortale in confessione omisit, confessio est nulla, & ideo iteranda.

Et quid, si magis inclinatur, quod non sit confessus tale peccatum, an teneatur repetere confessionem talem? Idem est, si magis inclinatur pœnitens, quod ex malitia tacuerit peccatum.

Et asseritur tunc non esse reiterandam confessionem, quando non fuit manifestatum aliquod peccatum bona fide, & ex ignorantia, & sufficere tantum illud confiteri.

Et inferitur quod si quis dubitat, & magis in eam partem inclinatur, ut votum emiserit, & sic suspicionem voti habet, non tenetur ad votum, neque ad partem pro ratione huius majoris propensionis. Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. Ref. 14. alias 12.

§. 1. Diligens Auctor Carolus Baucius docet sufficere tantum confiteri peccatum omissum; sic enim ait in *Misc. tom. 1. q. 474.* Salvo meliori iudicio: si post diligens examen Pœnitens dubitat an revera tacuerit peccatum mortale in confessione ex verecundia, aliter quod non tenetur repetere confessionem illam, in qua dubitavit tacuisse ex verecundia peccatum, etiam si magis inclinatur in eo, quod non sit confessus. Ratio est, quia in dubio non debet imponi grave onus, quale est repetere confessionem, præsertim si est confessio multorum annorum, & aliud non debet operari dubium, nisi quod Pœnitens teneatur sub dubio confiteri peccatum omissum in confessione. Confirmatur à pari, si quis dubitat, & magis inclinatur in eam partem, ut votum emiserit, & sic suspicionem voti habet, non tenetur ad votum, neque ad partem pro ratione huius majoris propensionis. Ita docet Sanchez se retractans, in *summ. tom. 1. lib. 1. c. 10. n. 36.* Garzias de *Benef. tom. 2. p. 7. c. 2. n. 32.* & alij apud Dianam *p. 3. tr. 6. resol. 50. §.* Nota etiam: ergo idem dicendum est in confessione, nempe non esse imponendum onus laboriosum Pœnitenti, quale est, ut repetat confessionem, in qua dubitavit ex malitia tacuisse peccatum mortale in confessione. Idem dicendum est; si magis inclinatur Pœnitens, quod ex malitia tacuerit peccatum, quam si non tacuerit, nempe non teneri repetere confessionem, sed tantum confiteri peccatum omissum, de quo est dubius an aperuerit in confessione, ut patet de eo, qui emiserit votum, & dubitat an emiserit, ut supra dictum est. Ita mecum sentiunt docti, & pij viri, quibus hunc casum communicavi. Hucusque Baucius.

2. Sed ego contrarium sentio; nam qui voluntariè aliquod mortale in confessione omisit, certum est, quod confessio illa est nulla, & tenetur illam iterare; ut docent communiter DD. teste Leandro, de *Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 5. q. 68.* Ergo in casu de quo loquimur, si ille est dubius an voluntariè reliquerit peccatum mortale, confessio illa fuit invalida, atque ideo non solum peccatum, sed etiam confessio tanquam invalida reiteranda venit: Undè apparet exemplum adductum de voto; quod dubius de voto non tenetur ad votum concedo. Sed dubius an reliquerit aliquod peccatum in confessione, tenetur etiam secundum Baucium illud confiteri. Ergo, & reliqua alia peccata in illa

P 3 confessione

invenitur
in to. 7. tr. 1.
Ref. 92. se-
cunda verò
reperitur
in to. 8. tr. 1.
Ref. 4. & in
aliis earum
notatio-
num.

Quæ nunc
invenitur
in to. 8. tr. 4.
Resol. 23. §.
Nota etiam:
& in aliis
annor. pri-
mæ dicti §.

Confessione manifesta; quia illa fuit confessio invalida. Itaque dicendum est, quod dubius de voto non tenetur ad votum, quia in tali casu possessio non stat pro voto: Sed in nostro casu possessio stat pro præcepto integrè confitendi, & pro præcepto iterum in confessione aperiendi peccata in alia confessione nulliter, & invalidè absoluta. Ergo, &c. Confirmatur nostra opinio: nam Valq. in 3. p. tom. 4. quest. 92. arr. 3. dub. 1. Reginald. tom. 1. lib. 6. n. 1 § 3. Sylvest. verb. Confessio. 1. q. 3. Leandr. q. 69. & alij, asserunt tunc non esse reiterandam confessionem factam bona fide, & ex ignorantia, & sufficere illud tantum confiteri: Sed in casu nostro peccatum non bona fide, sed mala, fuit tectum; ergo. Nec obstat dicere superius dicta procedere, quando quis est certus reliquisse voluntariè peccatum in confessione; secus autem si esset dubius ut in casu nostro Respondeo enim, doctrinam adductam procedere in utroque casu; nam etiam in casu dubij possessio stat pro præcepto. Et idè observat Galpar Hurtad. de Pen. disp. 9. diff. 12. & alij, quod quamdiu ratiōe cordata, & prudenti non constat, aut prudenter non dubitatur confessionem fuisse culpabiliter mutilatam, non esse necessariò repetendam. Sed in casu nostro supponitur, quod prudenter dubitatur confessionem fuisse mutilatam: ergo necessariò erit repetenda. Unde ex his puto non esse admittendam opinionem amicissimi Baucij.

RESOL. CXXIX.

An constans, v.g. fornicationem, de qua dubitat, an illam alias confessus sit, si hoc dubium in confessione non explicet, confessio sit valida?

Ex quo colligitur penitentem non teneri in confessione dicere se tale peccatum post ultimam confessionem commississe, nisi ob aliquam particularem circumstantiam mutantem speciem, vel constituentem hominem in proximam peccati occasionem necesse sit hoc exprimere? Ex p. 4. tract. 3. Ref. 65.

Sup. conten-
to in hoc
Ref. infra in
§. ult. Refol.
131.

§. 1. Respondeo negativè, quia sic confitendo circa materiam non mentitur, quam ipsi Confessario exponit, cum nunc certa sit, neque negat se id confessum fuisse. Et ita in terminis docet novissimè Homobonus de Bonis in consult. cas. conf. scient. vol. 2. p. 5. resp. 132. ubi citat Sanchez, Coninch & Bonacinam, cum quibus colligit, penitentem non teneri in confessione dicere se tale peccatum post ultimam confessionem commississe, nisi ob aliquam particularem circumstantiam mutantem speciem, vel constituentem hominem in proximam peccati occasionem, necesse sit hoc exprimere; unde non debeat hanc opinionem improbabilem vocare Turrian. de censuris Theologicis.

Sup. hoc in
Retol. & §.
not. præter-
itæ, & infra
in Ref. 192.
§. 2. à lin. 4.
& in Refol.
193. §. 2. ad
medium, &
vers. porque
nayde, ut
que ad §.
Nota.

RESOL. CXXX.

An peccata dubia sint materia necessaria confessionis? Ex p. 10. tr. 12. & Miscell. 2. Ref. 2.

Alibi in Ref.
§. 1. & in
fra in Ref.
139. §. ult. à
lin. 2. & in
tom. 8. tr. 1.
Ref. 30. §. 1.
& 2.

§. 1. Negativam sententiam alibi impugnavi, sed video illam in dies radices figere: unde apponam hic verba Petri Marchant in Tribunal. Sacram. tract. 4. tit. 6. quest. 5. Peccata vere dubia per se quatenus sunt dubia, non sunt materia confessionis. Ratio fundamentalis est; quia ut talia non sunt verè peccata, nec iudicium ullum funda-

re possunt. Cum enim primò omnium constare debeat Judici, an sit, sive esse, antequam procedere possit in Iudicio: peccatum, ut dubium est animum suspensum tenet ad esse, vel non esse: & hinc factum reor, quod Concilium Tridentin. tota sess. 14. cum de mortali, & veniali peccato egerit in ordine ad confessionem; nullam tamen fecerit mentionem de peccatis dubiis. Utique, quia illa, quatenus dubia sunt, per se non sunt materia iudicij, & consequenter nec confessionis. Dico, (per se) quia ratiōne alicujus periculi, est circumstantia, qua ponitur certò in esse, possunt fieri materia, ut post eam dicam.

2. Itaque, qui simpliciter, & verè dubitat de toto facto, ejusque substantia, sive an verè fecerit, vel factum fuerit, id de quo dubitat, etsi alias illud peccatum esset; non tenetur etiam sub dubio confiteri. Ratio est, quia in omni scientia reali, & iudicio primo supponendum est, quod res sit, & quod factum sit. Cum igitur, ut supponimus, dubitet penitens, an sit factus? sive an se factum; sicut ipse iudicium aliquod formare non potest, sic nec minus Confessarius, qui non nisi ex relatis à penitente iudicare potest. Explico exemplo. Joannes verè dubitat, an alienum retineat: An hereditas, ad quam pervenit, iuste à parentibus acquisita fuerit? An in ebrietate hominem occiderit? Quandiu illi non constat: vel apparet probabiliter, se alienum retinere, se male acquiritorum esse hereditatem. In ebrietatum esse: non tenetur, etiam sub dubio, illa confiteri. Ratio est, quia non sunt materia iudicij, cum non constat esse. Eo enim ipso, quòd se verè nescire asleveravit, quam scientiam sive ad iudicandum, sive ad absolvendum Confessario ingeret? Et in hoc applicanda est certissima regula juris: In dubiis meliorem esse conditionem possidentis. Nemo enim spoliandus est innocentia & iustitia, quam possidet quamdiu non probatur nocens. Nec Lex aliqua virga suæ animadversionis ferire censetur, nisi & factum sit manifestum, & contra Legem peccatum esse iudicetur. Et in hoc fundatur Regula inter Confessarios communiter recepta, qua prudenter suis penitentibus consulunt, ne se de aliquo peccato aculeant, nisi certò affirmare possint, se commississe. Quæ nimirum intelligenda est de confessione facti in se, sive in substantia sua, de quo primum in omni iudicio constare debet, ut super illud iudicium fundetur. Aliud enim esset de modo, obligatione, & circumstantiis facti.

3. Quicumque igitur dubitat de toto facto, vel substantia facti, ita verè dubitat, an actus peccaminosus sit factus? Vel si factus, an per ipsum sit factus, vel eum aliquo modo afficiat, sive ad eum pertineat; quandiu verè, & rationabiliter dubitat, non tenetur confiteri. Tenetur tamen diligenter inquirere, qualiter hoc ad illum pertinere possit, aut de facto pertineat; ut cognita veritate pro sua conscientia opportunè possit disponere. Ita in exemplis allatis: dubito, teneor inquirere: An verè inebriatus fuerim? An in ebrietate adulterium commiserim, vel alium percusserim? An bona, quæ habeo, iuste possideam, &c. Quandiu verè stat dubium; melior est conditio possidentis, & deo stare pro mea innocentia, nec deo confiteri. Ubi tamen in alteram partem contra me contingit dubium probabilius inclinare; tunc demum deo, & teneor illud supponere clavibus: quia conditio possidentis transit in iustitiam legis. Unde, si quandoque DD. dicant, talia esse confitenda; intelligendi sunt non iam de confessione ad iudicium, & absolutionem, quam ad consilium à Confessario accipiendum; quod & ipsum

ipsum consilij est, & non præcepti, nec necessitatis. Hinculque Marchant.

4. Sed magis latè pertractat hanc quæstionem doctissimus, & amicissimus Caramuel in *Theologia moralis* lib. 3. disp. 4. num. 1478. & sequentibus. Firmat enim, eum, qui dubitat de peccati commissione, quantitate, aut absolutione, non teneri confiteri. Nam confessionis Tribunal est analogum Tribunali forensi, & litigioso; utrumque enim constituitur actore, reo, testibus, & Iudice. In confessionis tribunali Iudex est Confessarius; Reus, penitens in quantum peccavit; actor ipsemet penitens, in quantum Deum amans, & peccata fragiliter commissa detestans. Testimonia sunt rationes graves, & infallibiles, quibus actio fundatur. Atqui in Tribunali Mechliniensi hæc accusationes, appello de latrocinio Socratem, quia dubito utrum furatus fuerit. Ambrosium, quia tamen nullus testis id asserat, forte furatus est: Anselmum, quia est unum iudicium leve, & huiusmodi alia, admitti non debent. Ergo nec in tribunali confessionis.

5. Confirmatur primò; Penitenti legitime confitenti debet Confessarius absolutionem impendere; atqui absolvi non potest absolute, qui ad tuos pedes provoluit, & ait: Domine, utrum furatus fuerim, dubito; si verè furatus sim, me accuso, aliàs non: vel forte, scio quidem me furatum fuisse, at quantitatem nescio; si fuerit levis, non me accuso non enim levia teneor confiteri: si autem fuerit gravis, me accuso. Vel tandem, scio certe, me peccavisse mortaliter, dubito an fuerim tale crimen confessus: cumque non teneor bis eadem confiteri peccata, non me accuso de illo, si illud confessus sum; si non sum confessus, me accuso: ergo Quod non possit absolvi absolute, demonstro. Quia absolutio absoluta requirit materiam certam & absolutam, quæ in huiusmodi confessionibus non reperitur.

6. Confirmatur secundò; In nullo Forensi Tribunali potest quis pena aliqua determinata condemnare reum, antequam convictus sit; sententia enim, quæ vivum condemnat, quem tueri, & absolute potest, iniqua est. Ergo nec in confessionis tribunali. Ergo confitenti crimen dubium, imponi nequit penitentia certa, nec dari sine conditione absolutio. Igitur cum ais, si furatus sum, me accuso; Confessarius dicit, si vere furatus es, ego tibi talem impono penitentiam, absolvo, &c. Sed quidquid alij clamant: hoc est non fere sententiam, hoc non est reum mulctare, hoc non est eum absolvere.

7. Hæc opinio videtur etiam probari clarissimis verbis Concilij; erant enim multa dubia in Ecclesia, quam non solum Hæretici, sed & Catholici nunquam liberius, quam fas erat, sentientes, perturbabant. Indigebamus Spiritus Sancti magisterio. Et ipsa Tridentina Synodus, *sess. 14. cap. 5.* sic inquit: constat enim sacerdotes iudicium hoc incognita causa exercere non potuisse, neque æquitatem illos in pœnis in iungendis servare potuisse, si in genere dumtaxat, & non potius in specie, ac sigillatim sua ipsi peccata declarassent. Ex his colligitur, oportere à Penitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem, conscientiam habent, in confessione recenseri, etiamsi occultissima illa sint &c. Quibus verbis sic utor. Censendum est, Tridentinum Concilium sufficienter docuisse fideles, *sess. 14.* in qua de penitentia ex professo actum. At ibi aperte docet penitentem debere confiteri omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem conscientiam habet; ergo & docuit, non debere confiteri illa, quorum post diligentem discussionem conscientiam

non habet. Atqui illorum, de quibus quis dubitat, conscientiam non habet: Ergo. Probatur minor, quia conscientia est notitia scientifica, & dubium scientifica notitia non est.

8. Dices, conscientia nomine non solum notitiam evidentem, sed & dubiam intelligi; datur enim conscientia evidens, probabilis, dubia, scrupulosa, & hypocondriaca. Respondeo tamen, hoc esse verum in aliis Authoribus, & locis; non tamen in præfenti. Ratio est, quia illa Concilij verba: *Ex his colligitur*: suadent consequentia ex antecedentibus inferri; atqui ex antecedentibus non inferitur conscientia dubia, sed certa; ergo in eo loco conscientia nomine non intelligitur dubia sed certa. Major videtur certa, minorem probò. Ideo debemus singulorum peccatorum speciem, & numerum confiteri, quia Sacerdotes iudicium hoc (verba Concilij sunt) incognita causa exercere non possunt, nec æquitatem in pœnis in iungendis servare; ergo dubia peccata non debemus exponere. Patet consequentia, quia causa cognita, non est dubia, & causa dubia non est cognita; & causa incognita iudicium hoc exerceri non potest.

9. Confirmatur. Quia, asserente Concilio, debet æquitas in pœnis in iungendis servari: ergo debet certo constare de delicti existentia; aliàs enim quæ æquitate pœnæ certæ, & determinatæ pro peccato incerto & indeterminato in iungentur?

10. Confirmant hanc doctrinam alie multæ eisdem Tridentini periodi; nam aliis omiſſis, quæ in illa *14. sessione* occurrunt, resumamus; necesse est omnium etiam veniam cum aperta, & verecunda confessione à Deo querere: & sane confessio dubia non videtur posse aperta vocari. Sed Concilium progreditur: itaque, dum omnia, quæ memoriæ occurrunt, peccata Christi fideles confiteri student; proculdubio omnia divinæ misericordiæ agnoscenda exponunt: qui secus faciunt, & scienter aliqua retinent; nil Divinæ bonitati per Sacerdotem remittendum proponunt; si enim erubescat agrotus (Hieronymus exponens illud Eccles. 10. Si mordeat serpens in silentio,) vulnus medico detegere; quod ignorat medicina, non curat; ergo tenetur quis confiteri peccata, quæ occurrunt, nempe post diligentem sui discussionem. Dubia autem crimina post discussionem non occurrunt: ergo malè confitetur, qui scienter peccata retineret; atqui dubia non retineantur scienter; non enim in dubiis datur scientia. Ergo.

11. Universa, quæ diximus illustrat hæc periodus, constat, nihil aliud (notat bene, quia dum nihil aliud dicit, clarissimè & universalissimè Concilium loquitur) in Ecclesia à penitentibus exigi, quam ut postquam quisque diligentius sese excusserit, & conscientia suæ sinus omnes, & latebras exploraverit ea peccata confiteatur, quibus se Dominum, & Deum suum mortaliter offendisse meminerit; reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in universum eadem confessione inclusa intelliguntur. Attente legas, obsecro. Constat nihil aliud in Ecclesia à penitentibus exigi, inquit sanctum Concilium: illi igitur contradicit, qui aliquid aliud requiri existimat. Hæ enim assertiones, nihil aliud à penitentibus exigitur; & aliquid aliud exigitur; contradictoriae sunt. Cum autem prior sit expressa Concilij; altera sine errore clarissimo teneri non potest. Sufficit igitur ut confiteatur ea peccata, quibus se Dominum & Deum suum offendisse meminerit: Ergo nemo tenetur confiteri venialia: Ergo nec dubia; licet gravia; dubitare enim non est meminisse: Scire est quoddam meminisse, dicebat Plato. Nullum tamen audivimus, dubitare,

& meminisse confundentem. Et hæc omnia docet Caramuel loco citato qui postea respondet ad multas objectiones in contrarium, & testatur Patres Societatis Jesu Lovanienses in eorum Gymnasio (ipso præfente) hanc sententiam defendisse: Quam etiam novissimè & latè docet, & conatur probare Joseph de Januario in *Resol. Theol. mor. tom. 1. res. 2. per totam*; & præter Henriquez, Layman, & Præpositum alibi à me citatos, ex eadem Societate hanc opinionem tanquam probabilem admittit Pater Amicus in *cur. Theolog. tom. 8. disp. 13. cui adde Martinum de sancto Joseph, in Monit. confessionis. tom. 1. lib. 1. de pœnit. tract. 6. n. 1. ubi sic ait: Obliga este præcepto al que duda si peccò mortalmente. Aunque otros Doctores probabilmente afirman, que el que està dudoso, si cometio el peccado mortal, ò si le confelsò, que no se inclina mas à una parte, que à otra, puede practicamente deponer la duda, con la qual queda de sobligado de confessar el peccado, de que duda si lo cometio, ò le confelsò; por ser principio llano de derecho, que in dubiis melior est conditio possidentis. l. si debitor. ff. de pignor. cum vulgaris sic Henriquez lib. 8. c. 45. n. 3. Reginaldus, lib. 29. c. 6. n. 99. ad finem. Suarez de pœnit. disp. 22. sect. 9. n. 6. vide Dianam part. 4. tr. 3. resol. 5. de mas de que, dubius ab ignorante non distat. l. Manifestissimi, §. Sin autem nescius, Cod. de furtis: imò aequiparantur, Surdus decis. 265. a. 19. y como no obliga à confessarse el peccado que se ignora que es mortal; assi tambien parece que no obliga al que duda si le cometio. Ita ille.*

Alibi in Resolutionibus notissima hujus Ref.

Quæ hic est inf. à Ref. 134.

12. Sed his non obstantibus, puto omnino non esse recedendum à sententia affirmativa, usque adhuc practicata in Ecclesia Dei, & quam communiter docuerunt Theologi omnes cum eorum Magistro D. Thoma in 4. sent. disp. 21. q. 2. art. 3. ad 3. Vide Doctores, quos, me etiam citato, citat, & sequitur Pater Franciscus de Lugo, part. 1. de Conscientia, c. 2. q. 29. n. 170. & me citato Marcus Vidal in *Arca Vitalis Theologia moral. de Pœnit. Sacram. Inquisit. 5. concl. 1. n. 9.* quibus adde omnino videndum Patrem Oviedo in part. 2. D. Thoma tract. 5. contr. 4. punct. 7. n. 57. qui asserit, nostram sententiam esse omnino veram & tenendam ex communi Ecclesie praxi; & etiam ratione probatur. Quia Sacramentum Pœnitentiæ potuit institui cum obligatione confitendi peccata dubia, ut fatetur Præpositus, quod nullus audebit negare. Aliàs communis Ecclesie sensus hucusque fuit ita esse institutum. Ergo dicendum est, institutum fuisse cum hoc præcepto, est sub hac obligatione: est enim optimus interpretes Legum modus, quo ab omnibus illa fuerunt intellecta, & exercita. Ex hoc facile respondetur ad omnia argumenta adducta pro contraria parte. Ad testimonium enim Tridentini dicimus, secundum interpretationem Ecclesie intelligi de peccatis dubiis. Ad aliud Argumentum dicimus, forum pœnitentiæ distinctum esse à quocunque alio foro judiciali: nam Sacramentum pœnitentiæ est vindicta salutaris, ut constat ex Tridentino, sess. 14. c. 8. vel non tantum in punitionem criminum, sed magis etiam ad animarum salutem institutum. Et tandem ad aliud dicimus, hominem non privari sua libertate propter rationem tantum dubiam, sed propter dubium Ipeculativum, quod secum affert certitudinem practicam circa obligationem confitendi.

13. Non est igitur recedendum à praxi omnium Fidelium, & totius Ecclesie, cujus initium credendum est ab Apostolis emanasse. Et ita doctus Leandrus licet libenter benignioribus opinionibus adhareat; tamen sententiam negativam improbat, tom. 1. de Sacram. tr. 5. disp. 5. q. 26. & me citato, no-

stræ sententiæ adharere. Et Tamburinus, etiam ad opiniones benignas pronus. *Opuscul. de Confess. lib. 2. c. 1. §. 3. n. 14.* sententiam negativam practice excipi posse, decernere recusavit. Nota vero quod post hæc scripta invenio nostram sententiam docte doctissimum & amicissimum Patrem Bardi de conscientia discept. 6. c. 11. part. 4. §. 1. qui respondet ad omnia argumenta, quæ in contrarium adducit Caramuel. Idem etiam docet me citato Joannes de Dicastillo, tom. 1. de Sacrament. tract. 4. dub. 8. disp. 9. num. 37. & seq. adi illum & non pigebit, est enim vir qui inter Theologos nostri temporis prima subcellia obtinet.

RESOL. CXXXI.

An peccata dubia sint materia necessaria confessionis?

Et advertitur, quod si quis confessus est peccatum incertum, quia sic putabat, postea vero habet dubium, non tenetur illud ut dubium iterum confiteri, nisi forte ex alio capite.

Et notatur explicandas esse circumstantias peccati, si ve tanquam conditionaliter certas, si ve etiam tanquam conditionaliter dubias, si tales circumstantie mutant speciem, &c.

Verum advertitur, quod quando aliquis confitetur de peccato dubio, adjungendum est aliquod peccatum certum.

Quando autem quis confitetur peccatum, de quo dubitat, an alias confessus sit, non tenetur dicere se dubitare, an confessus fuerit?

Nec pœnitens tenetur dicere se tale peccatum commississe post ultimam confessionem, nisi ob aliquam circumstantiam mutantem speciem? Ex part. 11. tract. 8. & Misc. 8. Ref. 44.

§. 1. Hanc difficultatem non invenio apud antiquos Doctores in dubium positam, saltem de illa cæperunt dubitare aliqui recentiores, & quod pejus est negativam sententiam docuerunt, quam novissimè tenet doctus Pater Ferrantius de scandalo quest. 77. præcipue à n. 31. qui post plura sic asserit: Confirmatur hæc opinio, & his quæ decreverunt doctores quidam Patres in hoc colleg. Roman. contra propriam opinionem, quam antea sustinebant. Cum n. ex Provincia Austria propositiones aliquæ missæ essent Romam ad nostrum admodum R.P. Generalem, ipsius jussu examinandas à Patribus revisoribus, quorum munus est libros diligenter expendere, antequam imprimantur, tale iudicium, quod mox subijciam, tulerunt unanimes circa nonam petitionem factam.

2. Nona petitio hæc erat, peccata dubia si ve positive, si ve negative tantum dubia sint, confiteri non tenentur.

3. Responderunt ita, de peccatis dubiis positive non est dubium permitti posse, cum sit opinio communis Doctorem: De peccatis dubiis negative, circa quod est major difficultas: judicavimus olim non debere permitti secundum nostras regulas, cum vix reperitur unus scriptor, qui illam aperte tueretur: nunc verò cum jam aperte, & ex professio in suis scriptis tueantur, præter P. Egidium Cochin de Sacram. pœnit. disp. 7. dub. 8. Petrus Marchant. in tab. Sacram. tract. 4. tit. 6. Caramuel in Theol. mor. lib. 13. disp. 4. n. 478. Josephus de Januario Resol. moral. tom. 1. resol. 2. per totam. P. Io. Martinon tom. 5. d. 50. sect. 8. n. 91. & alij multi Scriptores illam iudicent probabilem, censemus posse jam in scholis Societ. permitti. Prima ratio est ex Trid. quam asserit

Sup. hoc te in Res. præsentia in tribus Resol. disp. & in quatuor §. ubi de peccatis dubiis & in Resol. sequentibus infra et Res. 134. ult. à lib. 1. & in tom. 1. n. 26. 30. §. n. 10.

affert Layman, quod nimirum ea tantum peccata mortalia teneamur confiteri, quae sunt in memoria, & conscientia; peccata verò mortalia dubia negativè, non possunt dici esse in memoria, & conscientia penitentis, ergo.

4. Secunda ratio; quod in dubio delicti nemo cogendus est sententiam subire, & poenam. Tertio, quod melior sit conditio possidentis suam libertatem in tali dubio negativo.

5. Sed penitens est in possessione libertatis, quae liber est ab obligatione confessionis peccati, de quo non constat, sed dubitatur modo dicto.

Ergo per tale dubium superveniens, non est obligandus.

6. Quarta; quod sicut non tenetur penitens confiteri quando dubium negativum est circa substantiam actionis peccaminosae praecise, ut concedit etiam Coninch, Prapostus, Lessius, & alij à Prapostito consulti, ita neque tenetur, quando dubium negativum est circa peccati commissi qualitatem; quae illatio Lugo valida est.

7. Quinto, à paritate eorum, qui sic dubitant negativè de voto emisso, vel debito contracto. In quibus casibus ad nullam solutionem tenentur.

8. Item dubius an fecerit contra legem habentem adnexam excommunicationem, ideoque dubitans de excommunicatione incurta, non tenetur se habere pro excommunicato.

9. Sed contra ea, quae dicta sunt; Objicies primo, certa pro certis confitenda sunt, & dubia pro dubiis; ergo peccata eo modo dubia negativè, sive circa substantiam actionis peccaminosae, sive solum circa qualitatem, confitenda sunt, ut dubia.

10. Responderi potest, si quis confiteatur peccata hujusmodi dubia in casu, quo non teneatur illa confiteri, velit tamen ad majorem cautelam, debet ea dicere; ut dubia, reliqua verò certa, ut certa; imò inquit Prapostus, ubi *supra*, n. 120. §. adde. quando dicuntur peccata dubia, adjungenda est alia materia certa, ut dari possit absolute absolutio à peccatis. In quo casu penitens debet elicere actum attritionis de eo, quod confitetur absolute; quia fortasse peccatum illud dubium non est commissum, & ita si certum aliud peccatum cum attritione, non adjungeretur, absolutio caderet supra nullum peccatum dolorosum.

11. Objicies secundò; in dubiis tutior pars est eligenda, ergo debet penitens talia peccata dubia confiteri, cum hoc tutius sit.

12. Respondetur, si antecedens sumatur proprie ut sonat, hoc est, tutiorem partem esse eligendam, relicta altera, quae prudenter minus tuta, sit tamen tuta concedo, quod sit eligenda tutior, ex consilio tamen, non ex praeccepto.

13. Si verò antecedens intelligatur de duabus partibus, quarum altera tuta sit, & non sit in ea periculum peccandi altera verò non careat tali periculo, hac proinde tuta non sit, nec possit pro ea formari iudicium probabile practicum, quod non sit peccatum eam sequi, concedo; quod teneamur ex praeccepto partem illam tutiorem eligere, relicta non tuta, in qua subest peccati periculum.

Et sic possit negari in utroque casu conscientia.

14. Objicies tertio, de lege ordinata quodcumque mortale in homine baptizato remitti debet extra Sacramenta per contritionem formalem, vel saltem virtuales inclusam in amore Dei super omnia, & per consequens remitti debet in ordine ad claves, seu cum voto Sacramenti poenitentiae. Ergo penitens obligatur ad confessionem cujuscumque peccati mortalis, etiam dubij.

15. Respondetur negando consequentiam, & ad

antecedens, Dico, quodcumque peccatum mortale extra Sacramentum remitti debere per contritionem, & per ordinem ad claves, id est cum voto absoluto confitendi peccatum, vel conditionato; nimirum cum voluntate absoluta confitendi peccatum certum: conditionata verò peccatum dubium, hoc est si constaret tunc certo fuisse commissum.

16. Objicies quarto; Praecceptum confitendi peccatum est in possessione; Peccatum verò ipsum supponitur dubium. Ergo praecceptum confitendi illud praevalet, & servandum est. Et haec omnia docet Pater Ferrantinus ubi *supra*.

17. Sed hanc sententiam Pater Thomas Hurtadus ex Clericis Minoribus vir quidem de Theologia Scholastica, & Morali optime meritus *tom. 2. tract. 12. cap. 1. §. 2. dub. 8. num. 206.* putat neque speculative esse probabilem, & practice esse temerariam. Verum quia ego libenter abstinere à censurandis opinionibus, assero me prorsus adhaerere affirmativae sententiae, nempe peccata dubia esse necessario in confessione aperienda, & praeter Doctores praesertim ex Societate alibi à me pro hac sententia adductos, adducam hic contra Patrem Ferrantinum duos ex suis castris fortissimos commilitones, videlicet me citato Joannem Dicastillum de Sacram. *tom. 2. tr. 8. disp. 9. dub. 7.* per tot. & Patrem Sfortiam Pallavicinum in *assertionibus theologicis lib. 7. cap. 32. num. 306.* ubi sic asserit; Si tamen peccatum sit merè dubium dicemus dari, tum obligationem illud confitendi. Neque obstat regula, quod in dubio melior sit conditio possidentis: Nam homo dubius de peccato clavibus non subiecto, haud possidet charitatem, & amicitiam Dei certam, sed est dubius de illa. Debet ergo in tali casu decerni tanquam in re dubia, & cujus possessio sit dubia. Dividitur autem res à iudice inter eos, de quibus dubitatur utrius sit. Ita est faciendum in casu nostro. Si tu non es peccator, gratia Dei est tua: Si es peccator, habes debitum carenti illa in aeternum, & subeundi poenas inferni. Deus ex sua benignitate permittit ut in hoc dubio res dividatur magno cum excessu pro nostra parte. Damus enim aliquid minimum ex nostro, hoc est confessionem peccati tanquam dubij, & Deus obligatur ad aliquid maximum ex suo, hoc est ad veniam peccati, ad promissionem vitae aeternae.

18. Et quamvis possit evenire, ut quis cum peccato dubio sit in possessione credendi se esse in gratia eo quod ante hoc dubium confessus fuerit bona fide alia peccata, & fuerit ritè absolutus: tamen hanc ipsam possessionem non habet independentem ab obligatione, quam tunc implicite subiecit confitendi hoc peccatum, cum primum dubitatio de illo memoriae occurrisset. Et posita hac implicita obligatione poenitentis, absolutio extenditur etiam ad peccata non expressa.

19. Objici possit; malum dubium non esse materiam doloris, ac proinde nec poenitentiae. Nec respondeas sufficere dolorem conditionatum; nam ille non est dolor, sed dispositio ad dolendum si putificetur conditio. Dolor quippe non est obligatio moralis, sed actus physicus, qui non recipit conditionem. Respondetur tamen de malo dubio posse dari dolorem, non quidem respondentem tristitiae, sed timori: sicut de bono dubio potest dari delectatio respondens non laetitia, sed spei. Hucusque Pallavicinus. Ad argumenta vero adducta à Patre Ferrantino respondet ex eadem Societate Pater Bardi à me * alibi allatus. Ad auctoritatem verò Patrum Revisorum, solum asseram quod bona eorum venia poterant considerare Patrem Laymanum in hac

Alibi in Resolutionibus nostrae hujus Ref.

* Alibi signanter in fine Ref. praeterita & in aliis not. primae hujus Ref.

Sup. hoc
ce in Ref.
prae
in tribus
Ref. 100
de in qua
§. ult. de leg.
etiam de
etiam de
legem h
infia et
Ref. 198
ult. à 199
& in com
ter. 1. in 10
30. §. 1. de

hac quaestione trepidanter loquutum fuisse, nec pro illo Pater Coninch absolute stat, Pater vero Joannes Praepositus licet in part. 2. *Divi Thomae* talem sententiam tenuerit, tamen postea in 3. part. videtur mutasse sententiam, nam asserit hanc sententiam practice non esse probabilem, unde dicendum est, quod Schola Patrum Societatis stat pro nostra sententia, quae praeter alias rationes probatur in communi sensu Ecclesiae.

20. Advertendum est tamen hic primo, quod si quis confessus est peccatum ut certum, quia sic putabat; postea vero habet dubium, non tenetur illud, ut dubium iterum confiteri, nisi forte ex alio capite, quam ex integritate confessionis, quia nimirum se putat graviter infamatum apud confessarium: Sed haec obligatio vix utiquam potest esse gravis, imò vix erit casus, in quo quis propter hanc solum causam tenetur refricare memoriam peccati praeteriti, cum nec in casu quo quis sibi imposuerit aliquod peccatum, quod non commisit, existimans se verè illud commississe, tenetur iterum apud eundem, vel alium confessarium peccatum sibi prius impositum negare. Imò etiam si quis non solum, sic putabat, sed peccando, & mentiendo in una confessione imposuerit sibi peccatum aliquod, non video esse necessarium illud ipsum peccatum expresse revocare in alia confessione, sed sufficit si dicat: accuso me, quod in confessione praeterita peccatum grave falso imposuerim; si autem inde, vel mihi, vel proximo sequeretur grave damnum, quod revocando possem impedire, & deberem; tunc ex alio capite, non autem praecise ex obligatione integritatis deberem revocare, si ve in confessione alia, si ve extra quantum sufficit.

Sup. hoc infra in Ref. 138. § ult. & signanter à lin. 6.

21. Advertendum est tertio, explicandas esse etiam circumstantias peccati, si ve tanquam conditionaliter certas, si ve tanquam etiam conditionaliter dubias, si tales circumstantiae mutant speciem, vel augent numerum, verbi gratia, qui dubitat an habuerit consensum in mortale turpe cum foemina, quam certò scit tunc fuisse conjugatam, & sibi notam, ut talem id debet fateri, est enim illa circumstantia, quamvis absolute dubia, cum peccatum sit dubium, sub conditione tamen certa, quia supposito peccato certum est illud fuisse cum conjugata. Aliquando verò circumstantia etiam est sub conditione dubia, ut si quis dubitet, vel non meminerit se peccasse, vel consensisse in peccatum cum foemina de cujus statu libero, aut soluto etiam dubitat, quamvis enim tunc supponamus peccatum fuisse commissum, adhuc est locus dubitationi circumstantiae, quam tamen explicare tenetur. Et idem dicendum est de peccato mortali dubio in genere, atque in specie, si quis enim dubius sit an peccatum mortale commiserit & nescit cujus speciei, id etiam debet fateri sicut multo adhuc potiori ratione, si certus esset se peccatum mortale commississe, sed nescit cujus speciei.

22. Verum in his casibus, quando aliquis confitetur se de peccato dubio, adjungendum est aliquod peccatum certum, si verò inquit Sanchez certus esset de facto, dubius autem de jure, ut cum certus est se admisisse, & solum dubitat, an sit mortale? tunc non opus esse aliam materiam praebere. Quod mihi verum videtur, quando saltem certus est quod illud opus à se factum fuerit veniale; nec enim sufficit, quod certus sit fecisse opus, nisi certus sit in illo peccasse, saltem venialiter ut per solam illius confessionem detur materia certò sufficiens ad essentiam Sacramenti.

Sup. contento in hoc §. in Ref. 1. post praeteritam,

23. Quando autem quis confitetur aliquod peccatum certum, de quo dubitat, an alias confessus sit, non tenetur dicere se dubitare, an confessus fuerit

Ita Sanchez, & Coninch; qui eodem modo affirmant poenitentem in confessione non teneri dicere se tale peccatum commississe post ultimam confessionem, nisi ob aliquam peculiarem circumstantiam mutantem speciem, forte id necessarium sit: sicut enim qui scit, vel dubitat tale peccatum fuisse confessum, non tenetur dicere sub mortali se alias confessum, vel dubitare an tale peccatum, confessus sit; ita pariter qui commisit peccatum, non tenetur dicere esse commissum post ultimam confessionem, nisi adsit aliqua peculiaris circumstantia, quae id postulet. Et haec omnia invenies apud Dicafillum, ubi supra, quae valde à confessariis notanda erunt, sunt enim satis in praxi occurrentia.

per totam
& in aliis
ejus lectio-
dae anno.

RESOL. CXXXII.

An qui dubius manet se perpetrasse aliquod peccatum, tenetur illud sub tali dubio confiteri? Ex part. 3. tract. 4. Resol. 60.

§. 1. **A**ffirmative respondent communiter Doctores, quos citant, & sequuntur Sanchez in sum. tom. 1. lib. 1. c. 10. n. 66. & 67. Suarez tom. 4. disp. 22. sect. 9. n. 76. & alij asserentes, quod si quis post diligentem animi discussionem dubius maneat, an mortaliter peccaverit, ita ut neutram partem assentiendo inclinare possit, tenetur peccatum illud sub dubio confiteri; & hanc opinionem ego teneo.

2. Non reticebo tamen contrariam sententiam docere secundum Layman ubi infra, Aegidium de Coninch. tr. 2. de Sac. disp. 7. d. 8. concl. 7. ubi sic asserit. Ad hoc ut peccatum teneat confiteri, requiritur ut saltem probabiliter possim judicare me peccasse. Ita ille. Et ratio est quia delictum praesumi non debet, & in nullo foro aliquis accusari debet de delicto, quod commississe, ita ostendi non potest, ut data judicia, & conjectura assensum generent. Deinde per Concilium Tridentinum sess. 14. c. 5. tantum exigitur à poenitentibus omnia peccata mortalia post diligentem examinis discussionem recenseri. Ergo, & c. Et in hanc sententiam videtur inclinare Layman in Theol. mor. lib. 1. tr. 1. c. 4. §. 4. n. 37. saltem in confessionibus ordinariis extra articulum mortis; sic enim ait: Si in decursu vitae alia peccata sua, quorum conscientiam habet, confiteatur, tacito illo, de quo post diligentem excussionem dubitat, an commiserit, vel an fuerit mortale, tunc probabile apparet, non incumbere ejus confitendi obligationem. Non enim ex lege positiva Christi, & Ecclesiae, habetur, quia esset nimis severa obligatio accusandi se de iis, quae commississe se ignorat. Neque ex lege naturali charitatis propter periculum animae, quandoquidem confitendo bona fide peccata reliqua, per accidens remittuntur ea, quae ignorantur. Verum in hac re nihil determino, sed aliorum judicio committo. Ita Layman ubi supra, qui optime hanc sententiam tenet in ordine ad scrupulosos. Nota tamen, quod Coninch loco citato, loquitur de dubio negativo, & non ita absolute, ut putat Layman, ideo tu cogitans ego, ut dixi, absolute affirmativam sententiam teneo.

Sup. hoc à duabus praecedentibus Ref. & à duabus sequentibus & infra in ul. Ref. 1. & lege de ceteris Ref. 136. & c. Ref. 138. § ult. & in ul. tr. 1. c. 10. n. 66. & c.

RESOL. CXXXIII.

An Sacerdos, si ante celebrationem, vel laicus ante Communionem dubitet, an commiserit aliquod mortale, v. g. an consenserit morosa delectationi, tenetur confiteri?

Ex quo deducitur, an peccata lethalia, etsi dubia, materia sint confessionis? Ex part. 6. tractat. 6. & Misc. 1. Ref. 32.

§. 1. Ad

AD hanc questionem ita respondet Philibertus Marchinus de Sacramento Oratoris, tract. 2. part. 3. cap. 1. n. 17. Cum dubium est utrinque æquale; itaut dubitans quasi æqua lance pendere videatur; æqualiter ponderans pro utraque parte conjecturas, & tunc si non deponat dubium, sed cum illo celebret & comunicet, peccat contra reverentiam Sacramento debitam. Nam etiam peccata lethifera, et si dubia, materia sunt confessionis. At si tale dubium ante celebrationem vel communionem deponat, sequens opinionem Doctorum probabilem, quod in dubio æquali possit quis deponere conscientiam suam, & sequi quam partem velit, non secus ac in materia voti & restitutionis, tunc uterque excusatur à culpa, si absque prævia confessione celebret, comunicet. Quo casu non dicitur se exponere periculo accedendi indignè ad Eucharistiam, aut lethalia dubia non esse materiam confessionis, aut Tridentinum excepisse à necessitate Confessionis venialia solum non lethalia dubia. Si quidem hæc omnia rectè procedunt in accedente ad Eucharistiam cum formali dubio lethalis culpe, non verò locum habent in eo: qui eligens supra relatam opinionem, probabile iudicium intra se haberet, quod in tali dubio æqualis possessio sit pro libertate sua, non pro Sacramento. Ita Marchinus & ante illum Reginaldus in praxi, tom. 21. lib. 29. c. 6. num. 99.

2. Sed hanc opinionem puto non esse admittendam, quia ex illa sequeretur peccata dubia nunquam confitenda esse; quia possit quis semper deponere conscientiam, putans se non esse obligatum; quod in nostro casu non est admittendum. Etenim non est par ratio de voto & restitutione, ut docent Doctores. Unde repellenda veniunt ea, quæ novissime docet Auctor casuum Conscientie Bononiæ discussorum anno 1637. mense Septembri cas. 3. fol. 83. ubi sic asserit, Speculativè loquendo probabile videtur aliquibus, quod de jure divino positivo non adsit in rigore obligatio confitendi peccata mortalia negativè dubia. Ratio est, tum quia quæ non habet probabile iudicium, quod peccaverit mortaliter, potest censere se non teneri ad appearing illud peccatum in confessione Sacramentali, & potest censere meliorem suam conditionem possidentis suam libertatem, & immunitatem confitendi. Tum quia, qui post diligens examen remanet dubius de voto, non adstringitur quicquam ex voto adimplere; sicut nec similiter teneur alteri solvere qui dubitat num contraxerit debitum; ergo idem in presenti dici posse videtur. Præterea non adest obligatio satisfaciendi proximo, aut petendi veniam ab illo, quando dubitamus de injuria, seu offensa illi à nobis illata.

3. Confirmari possunt prædicta. Primò ex Concilio Tridentino sess. 14. cap. 5. & 7. ubi cum exactè tradatur materia necessaria confessionis ad convincendos hæreticos dicentes Confessionem esse carnificandam conscientie, nihil tamen potius ibi dicitur de peccatis dubiis: ergo juxta Concilium Tridentinum non videtur horum esse necessaria confessio; alioquin non debuisset prætermitti doctrina necessaria de hac obligatione. Imò Concilium cit. c. 5. videtur etiam excludere positivè ab obligatione confessionis Sacramentalis peccata dubia, illi verbis quibus totam solum materiam necessariam confessionis explicat, inquiens. Constat enim nihil amplius in Ecclesia à penitentibus exigere, quam ut postquam quisque diligentius se excusaverit & conscientie suæ finis omnes & latebras explicaverit, ea peccata confiteatur, quibus se Deum suum mortaliter offendisse meminerit. Quæ verba videntur

potius oppositum insinuare, dum exigunt confessionem eorum tantam, quorum penitens conscientiam habet: conscientia enim videtur involvere scientiam, juxta illud S. Bernardi lib. de Conscientia, c. 8. Conscientiam esse quasi cordis scientiam: peccatorum ergo, quorum non est scientia. Huc usque Auctor dictorum Bononiensium, cui adde Præpositum in primam secundæ Divi Thomæ q. 19. art. 6. dub. 4. in fine, ubi sic ait: Qui est dubius, num ali-quod peccatum commiserit, si post diligens examen adhuc remaneat dubius, non videtur obligari confiteri quia respectu præcepti confessionis in possessione suæ libertatis, qua nos debet privare propter dubium, quod per diligens examen depelli non potuit. Ita ille. Quod etiam docet in alio loco à me citato in 4. p. tr. 3. res. 5. ubi hanc sententiam tanquam improbabilem damnavi, & nunc iterum damno.

4. Nec obstant argumenta in contrarium superius allata; nam ad illa doctè & solide pro more suo satis respondet Pater Joannes de Lugo de Sacram. penitentia, disp. 15. sect. 2. §. 2. à num. 63. usque ad n. 77. ad illum, & non pigebit.

5. Dicendum est igitur peccata mortalia dubia esse necessariò confitenda, sive dubium sit de substantia actionis, an fuerit facta; sive an fuerit mortalis, sive an fuerit jam illud peccatum in confessione dictum. Unde contra Marchinum ubi supra, Sacerdos ante celebrationem, vel Laicus ante communionem, si dubitet, an confenserit mortale delectationi, tenetur confiteri de tali peccato dubio, nec potest conscientiam deponere in tali casu, non adesse obligationem illud confitendi.

Quæ nunc hanc sequentur, & in aliis ejus prima not.

RESOL. CXXXIV.

An qui dubitat, utrum commiserit peccatum mortale, nec ne, teneatur illud confiteri?

Et notatur, quod doctrina hujus questionis procedit, quando penitens est in dubio puro, secus autem si haberet assensum probabilem circa factum, quod iudicet, vel nullum commisisse peccatum, vel saltem tale peccatum non esse mortale, excepto fortasse mortis articulo, propter irreparabile periculum salutis, cui tunc certius providere teneatur.

Et docetur, quod si post confessionem hujus peccati in dubio confesso penitens habeat notitiam certam, vel probabile iudicium, quod tale peccatum fuerit mortiferum, obligari penitentem iterum in confessione manifestare illud ut certum? Ex part. 4. tract. 3. Res. 5.

§. 1. Negativam sententiam indicat Henricus Sup. hoc in quatuor Res. præcedentibus, & in Res. seq. §. 2. & lege infra doctrinam Res. 136. & ex Res. 139. §. ult. à lin. 2. & in tom. 3. tr. 1. ex Res. 10. §. 1. & 2.

in glossa lit. P. Et sententiam multis rationibus confirmat Layman lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 4. n. 37. licet non audeat aliquid determinare, & novissime ad hoc dubium ita respondet Joannes Præpositus in 3. part. D. Thom. quest. 5. de integritate confessionis, dub. 3. num. 117. Ex una parte videtur obligari illud confiteri. Primò, quia in dubio tutior pars est eligenda. Secundò in tali casu potest homo dici habere conscientiam peccati, nam tale peccatum est in conscientiam saltem dubiam. Tertio homo tenetur confiteri de tali peccato; ergo tenetur illud confiteri, quia in homine baptizato illud quod est necessarium contritionis objectum, est etiam necessarium confessionis objectum, cum illud nequeat remitti sine ordine ad claves, & ita tenent aliqui, quos citat, & sequitur Suarez disp. 21. sect. 9. Ex altera autem parte videtur non teneri, quia qui non habet probabile iudicium, quod peccaverit, potest censere

TON.
13 II
E III

cenſere ſe non eſſe obligatum ad aperiendum peccatum in Confefſione, & poteſt cenſere meliorem ſuam conditionem poſſidentis ſuam libertatem, & immunitatem conſtituti. Secundò, qui poſt diligens examen remanet dubius de voto, non aſtringitur quidquam ex voto adimplere; ſimiliter non tenetur alteri ſolvere qui dubitat num contraxerit debitum: ergo idem in præſenti dici poteſt.

2. Dices hoc dubium, quo aliquis dubitat num peccaverit, eſt ſolum ſpeculativum, cum quo ſtare poteſt mortalis certitudo de obligatione illud conſtituti. Reſpondeo poteſſe quidem inſtitui ſacramentum Pœnitentiæ, ut etiam imponeretur obligatio cenſendi peccata dubia, non verò conſtare an ita ſit inſtitutum, & de cætero de hac obligatione non poſſe judicare ſicut de aliis ortis ex præceptis, in quibus ex dubio ſpeculativo quoad rem ipſam juncto principio practico, quòd melior ſit conditio poſſidentis ſuam libertatem, concludimus non aſtringi aliquo præcepto.

3. Dices, eſt certum peccatum eſſe dubium. Reſpondeo non videri quidquam hinc poſſe convinci. Unde hæc opinio ſemper mihi viſa eſt ſpeculativè probabilis, ſimiliter ex Leſſio, & quibusdam aliis à me conſultis.

4. Ad rationes prioris ſententiæ dici poteſt.

Ad primam quando dubium eſt omnino practicum, tutiorem partem eſſe eligendam; ſi verò ex dubio ſpeculativo junctis aliis principiis elici poſſit conclusio practica, quâ concludamus nos non teneri aliquod onus ſubire, non ſemper tutiorem partem eligendam, ut variis exemplis oſtendi poteſt.

5. Ad ſecundam reſpondeo negando aſſumptum quantum ad præſens inſtitutum pertinet; patet in ſimili, qui dubitat de voto, qui non eſt dicendus habere conſcientiam voti in ordine ad obligationem, & ut teneatur aliquid ex vi voti exequi: ſimiliter qui dubitat num commiſerit contra legem habentem annexam excommunicationem, ſi poſt diligens examen non poſſit rei veritatem agnoscere, non tenetur ſe habere excommunicatum, ergo ſimiliter videtur dicendum, quòd is qui poſt diligens examen non poteſt judicare ſe peccaſſe, non teneatur cenſere ſe obligatum ad illud in confefſione aperiendum.

6. Ad tertiam reſpondeo negando conſequentiam, ad cujus probationem dico, per ſe loquendo objectum neceſſarium contritionis in baptizato eſſe objectum confefſionis, quando ſcilicet conſtat de peccato, per accidens autem non eſſe; nam inter præceptum contritionis ex una parte, & confefſionis ex altera, eſt diſcrimen, quòd de lege ordinaria contritio formalis, vel virtualis de peccato mortali ita ſit neceſſaria extra Sacramentum, ut nullus ſine ea poſſit conſequi remiſſionem peccati, confefſio autem in re non ita ſit neceſſaria; unde licet homo propter neceſſitatem mediæ contritionis teneatur cenſeri de peccato etiam dubio, non ideo tenetur illud ſub tali ſtatu conſideratum confiteri, quia in eo ſtatu poteſt cenſeri non obligate jus divinum poſitivum; & licet dicatur, quòd nullum mortale commiſſum poſt Baptiſmum remittatur ſine ordine ad claves, poteſt intelligi quòd præceptum ſolum urgeat pro tempore, quòd moraliter conſtat de peccato; ſed licet hæc opinio ſit, ut dixi, ſpeculativè probabilis, non judico in praxi recedendum à prioris opinione. Hæc omnia Præpoſitus, ubi ſuprà. Verum ego abſolute ſupradictam ſententiam improbabilem puto, & ideo tu omnino in propoſito dubio ſententiam affirmativam tene; nempe dubitantem ſi peccatum mortale commiſerit, teneri illud confiteri, & ita tenet Sanchez in ſumma tom. 1. lib.

1. cap. 10. num. 66. & alij, quos citat, & ſequitur Merolla, tom. 1. diſp. 3. cap. 3. dub. 2. corollar. 23. num. 353. quibus ego addo Sylviuſ in addit. ad 3. part. quæſt. 6. art. 4. in reſponſ. ad 3. Homobonum in conſultat. cas. conſcient. vol. 2. part. 5. reſponſ. 131. Guilielmuſ Merceruſ in 3. part. D. Thom. quæſt. 9. art. 4. n. 7. Hurtadum de Sacrament. diſp. 9. de pœnitentiæ diſſic. 7. Fillucium tom. 2. tract. 21. c. 4. num. 171. Fauſtuſ in Theol. moral. tom. 1. lib. 3. quæſt. 72. Turriam de pœnit. quæſt. 9. art. 2. diſp. 29. dub. 6. Valentiam tom. 4. diſp. 6. q. 9. punct. 3. Azorium tom. 1. lib. 1. cap. 4. quæſt. 3. Salas in 1. 2. tom. 1. tr. 8. diſp. 1. ſect. 5. Emanuelem Sà ver. confefſio, num. 5. & ipſummet Henriquez lib. 2. de pœnit. cap. 4. §. 5. & indicat Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 5.

7. Nota tamen hæc omnia procedere, quando pœnitens eſt in dubio puro, ſecus autem ſi habeat aſſenſum probabilem circa factum, quòd judicet vel nullum commiſiſſe peccatum, vel ſaltem tale peccatum non eſſe mortale. Ita Sylviuſ ubi ſuprà, & Sylveſter ver. confefſio 2. quæſt. 2. cum Mercero qui addit, excepto fortaſſe mortis articulo propter irreparabile periculum ſalutis, cui tunc certius providere tenetur.

8. Nota etiam hæc obiter docere Turriam & Sanchez locis citatis, quòd ſi poſt confefſionem hujus peccati in dubio pœnitens habeat notitiam certam, vel probabile indicium, quòd tale peccatum fuerit mortiferum, obligari pœnitentem iterum in confefſione manifeſtare illud ut certum, & ita quando pœnitens confiteatur hoc peccatum, in dubio tenetur illud confiteri cum alio peccato certo. Verum Merolla ubi ſuprà n. 557. & 559. contrarium tenet, ſed noviſſimè ſententiam Sanchez & Turriani docet etiam Hurtado loco citato.

RESOL. CXXXV.

An in vero dubio, an habuerit peccatum mortale, quis poſſit ſumere Euchariftiam ſine confefſione?
Ex quo ſequitur, an abſt. obligatio conſtituti peccata dubia? Ex part. 5. tr. 14. & Miſc. 2. Ref. 44.

§. 1. **A**ffirmativam ſententiam (quòd valde miror) docet Jacobus Granado in 3. part. D. Thom. contro. 6. tract. 10. diſp. 7. num. 13. ubi ſic ait: Dicit Henriquez lib. 8. cap. 45. §. 3. lit. P. cum Paludano, Antonino, & Tabiena, in vero dubio, an habeas peccatum lethale, poſſe accedere ad Euchariftiam ſine confefſione, deponendo dubium, & videtur colligi ex Tridentino dicente confefſionem eſſe præmittendam, quando quis eſt ſibi conſcius peccati mortalis, dubitans enim non eſt conſcius. Ita ille.

2. Sed ſi hæc opinio eſſet admittenda, ſequeretur non ad eſſe obligationem conſtituti peccata dubia, quòd nullo pacto concedi poteſt; ut ego adverſus Henriquez loco citato ſatis docui in 4. part. tract. 3. reſol. 5. cum communi Doctorum ſententia, & docet etiam Granado ubi ſuprà tract. 9. diſp. 7. num. 2. peccata enim certa, & dubia pari paſſu currunt in ordine ad illa explicanda in confefſione; certa videlicet ut certa, dubia ut dubia.

RESOL. CXXXVI.

An ſi quis habeat tantum peccata dubia, teneatur præmittere confefſionem ſacramentalem ante ſumptionem Euchariftiæ vel celebrationem Miſſæ?
Et an, qui præmiſit confefſionem de peccato dubio

pro sumenda Eucharistia, si postea comperit esse certum, teneatur ante illius sumptionem iterum illud tanquam certum confiteri? Ex p. 9. tr. 3. Ref. 6.

sup. hoc in Ref. p. 1. & legatur alias Re. p. 1. & alia etiam notantur primam.

Quidam recentiores affirmativè auctores respondere nominatim contra me. Probatur hæc opinio, quia tunc ex Concil. Trid. sess. 13. c. 7. præmittenda est Confessio ante sumptionem Eucharistia, quod quis conscius est peccati mortalis; sed, qui dubitat de peccato, non dicitur conscius peccati mortalis; ergo non tenetur præmittere confessionem. Probo minore: nam, ut observat Mercerus de Sac. 9. 80. art. 4. dub. 1. in princip. Coninch in 3. p. 9. 80. dub. 2. num. 9. ille, secundum Concilium Tridentinum, dicendus est sibi conscius esse peccati mortalis, qui credit, & existimat peccasse mortaliter: sed qui dubitat, non credit, neque existimat peccasse mortaliter: ergo non tenetur ante Communionem confiteri.

2. Sed, his non obstantibus, ego puto, dictam sententiam esse rejiciendam, & proflus non esse recedendum ab affirmativa: & idè, cum Emanuel Sà verb. Eucharistia, n. 23. dixisset: [Qui se putat bona fide dispositum, nec sibi conscius est alicujus peccati mortalis, sit de attrito contritus virtute Sacramenti. Non dicitur autem cum conscientia peccati accedere, qui dubitat, quidem, sed non putat.] Magister sacri Palatii in editione Romana post dicta verba addidit hæc alia: *Præticè deponendo dubium*. Et ita intelligendum esse Sà, docuit ex eadem Societate Petric. de offic. Sacerd. lib. 1. c. 1. dub. 7. n. 61. Idè dicendum est, quòd si quis præticè non deponat dubium, non potest Eucharistiam sumere, si antea non præmitat Confessionem de peccatis dubiis. Et ita hæc sententiam tenet sapientissimus Arayo in 3. p. D. Thom. 9. 80. art. 4. n. 30. Amicus in curs. Theol. tom. 7. disp. 26. sect. 1. n. 10. Filiuc. tom. 1. tr. 4. c. 8. n. 210. Elcobar in Theol. mor. tr. 7. Exam. 6. c. 4. n. 61. Petric. de offic. Sacerd. lib. 1. c. 1. dub. 7. n. 57. juncto n. 61. omnino videndus Garcia in Summa Theol. mor. tr. 3. disp. 5. dub. 1. punct. 5. n. 32. Bassæus in Florib. Theol. mor. verb. Communio, n. 27. Stephanus à sancto Gregor. de Sac. lib. 3. c. 26. n. 14. & Reverendiss. Magister Candidus tom. 3. disp. 2. art. 22. dub. 48. quibus adde Trullench. de Sac. lib. 3. c. 6. dub. 4. 8. qui tamen malè citat in favorem contrariæ sententiæ Suarez: nam Suarez, hoc minime dicit: voluit forsitan citare Henrici qui tamen Henricus non bene pro se citat Tabienam, & Paludan.

3. Probatur nostra sententia: quia, ut quis dignè sumat Eucharistiam, debet esse in gratia, ut patet ex illius verbis: *Probit autem seipsum homo, &c.* sed dubius de peccato est dubius de gratia. Ergo debet confiteri peccatum dubium, ut se constituat in gratia, quam per illud forsitam emisera: quia gratia est medium necessariū ad salutem. Itaque si Concilium vult, & præcipit, ut accedens ad Eucharistiam accedat probatus, qui ad illam accederet cum peccato dubio, non accederet probatus: quia, si tæ dubietate, potest habere animam peccato maculatam. Ergo tenetur confiteri peccatum dubium; ut se constituat in statu, in quo verè dici possit, se accedere ad Eucharistiam probatum. Dices, hoc fieri posse per contritionem, & postea suo tempore subijcere clavibus peccatū dubium. Resp. Concil. velle, ut quis dignè sumat Eucharistiam, quòd sit in gratia per Confessionem, non per contritionem, ut patet ex illis verbis: *Quomodo cumque se esse contritos existiment.*

4. Instabis: Hoc Concilium disponere in illis, qui certò sciunt se peccasse mortaliter, ut patet in illis verbis: *Qui sibi conscius peccati mortalis, &c.* non autem in his, qui dubitant: nam in primo casu urget

Concilij præceptum, & idè tenentur confiteri, etiam si conterantur; non autem in secundo, qui possunt conterti, & postea de illo peccato dubio confiteri: nam de istis, ut dictum est, non loquitur Concilium. Resp. quòd mens Concilij in d. sess. 13. c. 7. fuit, non solum imponere præceptum de peccatis certis, sed etiam de peccatis dubiis. Quod probatur primò ex eodè Concilio sess. 13. c. 1. quod similibus verbis utitur: & tamen DD. quos ad fatietatem citat, & sequitur Sanch. in Sum. 10. 1. lib. 1. c. 1. n. 66. illa intelligunt, non solum de peccatis certis, sed etiam de peccatis dubiis, ut novissimè docet etiam sapientissimus Pater Ovied. in p. 2. D. Th. tr. 5. cont. 4. punct. 7. n. 57. ergo, &c. Deinde in d. sess. 13. in can. 11. dicitur, illos teneri ante Eucharistia confessionè præmittere, quos conscientia peccati mortalis gravat, sed, ut patet, quòd, v. g. ego dubito, me consensisse in aliquo peccatū, tunc conscientia me gravat alicujus peccati mortalis: ergo etiam de illo imponit Concil. præceptum de confessione ante Eucharistia, præmittenda.

5. Confirmantur supradicta: quia, ut patet Concilium obligationem, & ut ita dicam, substantiam hujus præcepti de præmittenda Confessione ante Eucharistiam desumpsit, & probat ex consuetudine Ecclesiæ: ergo ex consuetudine Ecclesiæ desumendus est modus exequendi dictum præceptum: sed consuetudo Ecclesiæ ulque adhuc declaravit, & observat non solum peccata certa, sed etiam peccata dubia debere confiteri ante sumptionem Eucharistia: ergo necessariò sunt consistenda.

6. Et quidem, si peccata dubia, secundum Adversarios, sunt materia necessaria Confessionis, ego non video motivum, neque rationem; quare de illis non sit latum præceptum, ut confiteantur ante Eucharistiam, cum id videatur maximè expetere reverentia, & puritas debita huic tremendo Sacramento; ita ut Patres Concilij ad illud recipiendum non fuerint contenti, ut homo se constitueret in gratia per contritionem.

7. Probatur etiam nostra sententia: quia, cum constet latum esse præceptum, obligans ad Confessionem, qui conscientiam habet peccati mortalis in sacro Concilio Trident. sess. 13. c. 7. ante sumptionem Eucharistia, in dubio judicandū est in favorem possidentis: ergo judicandū est in favorem præcepti confessionis, quod ex communi usu Ecclesiæ, Doctorū consensu possidere constat. Et quidè displicet mihi paucis abhinc annis aliquos recetiores coepisse aperire januam quibusdā opinionibus, quæ infringunt consuetudines antiquas totius Ecclesiæ, & communi usu, ac praxi omnium fidelium receptas: & possem plures ex dictis opinionibus adducere: sed non libet mihi aliena scripta carpere. Dico itaque, & còcludo absolute, in casu, de quo loquimur, adesse præceptū consistendi ante Communionem, si possit: patetque tum ex praxi communi, ac consensu fidelium, non audientium comunicare, nisi prius consistatur peccata dubia memoriæ occurrentia: tum ex sensu communi DD. Vnde Reverendissimus Pater Candidus, sacri Palatii Apostolici Magister, noluit permittere, ut opinio contraria hic Romæ imprimeretur. Hinc non est audiendus Leandrus de Sacram. tom. 2. tr. 7. disp. 7. qu. 11. qui, licet nostram sententiā teneat, videtur contrariam, tanquam probabilem, admittere.

8. Verùm non deferam hic discutere non incuriosam difficultatem; An, qui præmisit Confessionem de peccato dubio pro sumenda Eucharistia, si postea comperit esse certum, teneatur ante illius susceptionem iterum illud, tanquā certum, confiteri? Plures rationes pro negativa sententia speculatus est Eminèntiss. Alibi in tribus Refol. sequentibus.

Lugo alibi à me adductus: & hanc negativā sententiā absolute tenet Caramuel in Theol. mor. lib. 3. disp. 4.

CONCILIUM
TRIDENTINUM
SESSIO XIII
CANON 11

sup. hoc in Ref. p. 1. & legatur alias Re. p. 1. & alia etiam notantur primam.

Quæ hic d. Ref. ante d. d. n. 1. & alia etiam notantur primam.

& cursum
suprà in §.
ult. Ref. 134.
& quamvis
pro reserva-
tis in hoc
casu lege-
tamen infra in
tr. 8. ex Ref.
40. §. Ad se-
cundum, &
alias Ref. &
§. ejus an-
nor.

disp. 4. m. 1539. Et hanc sententiam, tanquam probabilem, tenent etiam ex Societate Iesu duo Scriptores recentiores, Pellizzarius in *Man. Reg. tom. 1. tract. 5. cap. 3. sect. 1. num. 56.* & Tamburinus in *Methodo expeditæ Confessionis, lib. 2. cap. 1. §. 4. num. 24.* Primò, quia, cum exposuerit illud, prout erat in conscientia, quod tantum exigit Tridentinum *sess. 14. c. 5.* est ab eo directè, tameti conditionatè, absolutus, perinde ac is, cuius peccatum à Sacerdote existimatur veniale, cum sit mortale: sicut enim Sacerdos tunc vult absolvere à peccato, prout est à parte rei; ita etiam in casu nostro; atqui peccatum, à quo quis directè absolutus est, non tenetur ex jure divino iteratò confiteri: ergo. Secundò: Ex communi sententia confessus se morosè delectatum decies circiter, si certò deinde deprehendat, se duodecies peccasse, nõ tenetur eas vices postea confiteri; & tamen eas non confessus est ut certas, sed modo dubio: atqui similis ratio urget in casu: ergo. Tertio: Dubius de voto, excommunicatione, &c. si petat dispensationem, soluitur omni obligatione, et si deinde deprehendat certò emissum esse, &c. ergo idem est in casu. Ex communi tamen sententia, & praxi, tale peccatum est confitendum deinde ut certum: sed an praxis est scrupulo, an ex ratione orta, non disputo; videtur enim homo pœnitens non velle disputare, nec librare rationes; sed sequi securissimam partem.

5. Vnde ex his rationibus ad propositam difficultatem Auctores citati negativè responderunt. Sed ego non audeo recedere à communi Doctorum sententia affirmativa, à qua etiam ipsemet Cardinalis de Lugo nõ audet recedere, cum sit etiã recepta à communi praxi, & usu fidelium. Dico igitur, quòd si quis præmisit confessionem de peccato dubio, & postea recognoscit se certò peccasse; tenetur iterum ante summptionem Eucharistia illud tanquã certum confiteri, quicquid Doctores supracitati asserat in contrarium, inter quos numerandus est post hæc scripta uilius Leandrus de *Sacr. tom. 1. tr. 5. disp. 5. quest. 27.*

RESOL. CXXXVII.

An pœnitens, qui confessus est de peccato dubio, si postea scit certo, vel probabiliter illud peccatum commississe, vel fuisse mortiferum, teneatur iterum illud confiteri?

Et additur, hoc non procedere, quando pœnitens integre falsus est, peccatum, quod fecit, dubitat tamen esse mortale. Quamvis enim Confessor simili dubio teneretur, non est enim iterum illius peccati repetenda confessio, si postea alteruter doctor, vel alius consultus, norit id peccatum esse mortale. Ex part. 3. tract. 4. Ref. 90. alias 91.

Sup. hoc in duabus Ref. seqq. & in Ref. præterita §. Verum & supra in Resol. 134. cursum in §. ult. & lege alium §. caru notationu.

§. 1. **H**ic casus frequenter accidit, & affirmativam sententiam tenet Turrianus de *pœnit. quest. 9. art. 2. disp. 29. dub. 6.* ubi sic asserit: Hoc loco occurrit notandum, quod olim docui non semel de hac re rogatus, nempe, si post confessionem peccati in dubio pœnitens habeat notitiam certam, vel probabile iudicium, quòd tale peccatũ fuerit mortiferum, obligari pœnitentem ad manifestandum illud ut certum. Ratio est, quia peccatũ explicandum est in confessione, prout est in conscientia pœnitentis: prædictum autem peccatum jam est in conscientia pœnitentis, ut certum qua ratione non erat subiectum clauibus, sed solum ut dubium est. Ergo adest obligatio manifestandi illud in confessione. Ita

Sup. hoc supra in Ref. 28. §. 2. ad Turrianus, & ante illum Sanchez in *summ. tom. 1. lib. 1. cap. 10. num. 69.* qui tamen optime addit, hoc non procedere, quando pœnitens integre falsus

est peccatum, quod fecit, dubitabat tamen an esset mortale. Quamvis enim Confessor simili dubio teneretur, non est iterum illius peccati repetenda confessio, si postea alteruter doctor factus, aut alius consultus, norit id peccatum esse mortale. Ratio est, quia plene in confessione suum peccatum manifestavit, nec nova circumstantia explicanda occurrit, nec ad confessionis valorem est necessarium, ut pœnitens, aut Confessor sciat determinatè peccatum confessum esse mortale. Ergo.

RESOL. CXXXVIII.

An peccatum confessum ut dubium debeat, cessante dubio iterum ut certum confiteri?
Ex quo deducitur, quid est dicendum in prædicto casu, si exprimens esset circumstantia peccati dubij confessi? Ex part. 6. tract. 6. & Misc. 1. Ref. 31.

§. 1. **C**asus frequenter potest accidere: & pro negativam sententiam attendas quæso amice Lector) P. Ioannes de Lugo de *Sacram. Pœnitent. disp. 26. sect. 1. §. 4. n. 77.* adduxit plurimas rationes, Primò, quia ille v.g. qui confitetur se peccasse decies plus minusus, non dicit ut certum undecimum perjurium, sed ut dubiũ; & tamen si postea recordatur se undecim vel duodecim vicibus peccasse, non tenetur, ut communiter asserunt Doctores, & patet ex praxi, confiteri iterum tanquam certum illud unumdecimum, vel duodecimum peccatum, quòd prius sub dubio dixerat; ergo neque etiam si unicum perjurium in dubio confessus fuisset, deberet postea certior factus illud ut certum confiteri: cur enim magis unum quam undecimum debet confiteri, quando utrumque cum æquali dubio dixit, & postea de utroque æqualem habet certitudinem. Secundò si aliquis dubius de excommunicatione, irregularitate, voto, &c. petat ad cautelam absolutionem, vel dispensationem, & ea obtenta comperiat censuram & irregularitatem fuisse certò contractam, non indiget nova absolutione, vel dispensatione: quia ad hoc ipsum data fuit prior absolutio, & dispensatio, ut si vinculum fuit verè contractum dissolvatur. Ergo hoc ipsum de peccato dicendum est, quando aliquis illud confitetur, prout est in sua conscientia sub ratione dubij non indigere postea nova absolutione, cum fuerit absolutus sub conditione, si verum peccatum fuit. Tertio quando es confessus peccatum ut dubium, si fuit verum peccatum, absolutio cadit supra illud, & non quidem indirectè, sed directè: quia ad hoc illud confiteris, ut absolvaris ab illo. Et probatur clarè, quia in aliquo casu teneris illud solum confiteri & dare pro materia absolutionis, si aliud non haberes. Ergo tunc Sacerdos absolvit directè ab illo peccato: absolvit autem directè sub conditione implicita, nempe si fuit peccatum; si enim peccatum non fuit, non absolvit directè, vel indirectè ab illo: ergo si fuit verum peccatum, absolveris directè ab illo; ergo licet postea constet certò fuisse peccatum, non debes iterum ad iudicium illud deferre. Ad quid enim? non certè ad absolutionem directam obtinendam, quia jam directè absolutus es ab illo. Hucusque Pater Lugo, qui plures alias adducit rationes, respondet ad multa argumenta; quæ in contrarium adduci possunt, licet postea n. 92. nolite aliquid in hoc puncto definire, sed securiorem partem consulit.

2. Verum in gratiam amicissimi viri pro confirmatione supradictorum non definam hæc adnotare tanquam probabilem admittere hanc sententiam novissimè

novissimè ex eadem Societate Martinum Bresserum de Confessione, lib. 4. c. 18. n. 197. ubi sic ait: Observe quare dubius an fœminam concupiverit, debet explicare suum, illiusque statum; quia id necessarium est, ut Confessarius cognoscat gravitatem peccati, & statum conscientia pœnitentis. Similiter dubitans, an aliquod in genere peccatum mortale admisserit, etsi immemor speciei, tenetur illud confiteri. Addit Sanchez, si postea speciei meminerit, teneri, & illam confiteri, quemadmodum qui peccatum confessus est ut dubium, debet iterum confiteri ut certum, si postea certus fiat se id fecisse. Verum etsi hoc sit multò tutius & probabilius, contrarium videtur improbabile, tum de specie, tum præsertim de certitudine. Hæc Bresserus. Sed tu cogita, maxime quando esset confitenda species peccati: nam esse necessariò postea confitendam docet Præpositus in 3. p. D. Thom. q. 5. de integritate Confessionis, dub. 5. n. 126. & peccatum confessum ut dubium debere iterum ut certum confiteri, ego docui in 3. p. tract. 4. resol. 91.

RESOL. CXXXIX.

An peccata dubia confessi ut dubia, si efficiantur certa, sint iterum confitenda? Et an peccata dubia sint in confessione aperienda? Ex p. 10. u. 16. & Misc. 6. Res. 79.

De hoc casu his diebus interrogatus fui per litteras ex Germania à quodam Theologo, qui pro negativa sententia adducebat Card. de Lugo, & Joannem Caramuelem, & poterat etiam adducere Leandrum de Sacram. tom. 1. tract. 1. disp. 5. quæst. 27. & Martinum de San. Jo. in Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 8. de Pœnit. n. 9. ubi me citato, sic ait: Añado que despues que el penitente confesò enduda el peccado, que dudò avia cometido, aunque despues se acuerde con certidumbre que le cometo, es muy probable sententia, que no tiene obligacion, à bolverle à confessar. Deven alèntir à esta opinion los Doctores, que llevan, que aviendose confesado de doze peccados, Añadiendo la particula. poco mas ò menos, si despues se acordò el penitente de dos peccados mas, no tiene obligacion à confessarlos, pues corre la misma razon en el un caso, que en el otro, veale el n. 4. deste mismo tratado. La razon de lo dicho es, que aunque confesò el penitente el peccado en duda, le absolvieron directamente del. He comunicado esto con hombres doctos, que sienten lo mismo. Ita ille. Cui adde novissimè nominatim contra me Marcum Vidalem, in Arca Theol. moral. tit. de pœnit. Sacrament. Inquis. 5. mm. 33. & seqq.

Sed his non obstantibus communiter contrarium asserunt DD. ut novissimè nominatim contra Lugum Joannes Martinon in Theolog. Scholast. tom. 5. disp. 5. o. sect. 3. n. 95. quia, ait ille, peccatum illud incertum, quando postea scitur ut certum, notabiliter variat iudicium Confessarij, & transfert illud de materia non necessaria Sacramenti in materiam necessariam. Et quemadmodum si dubitasset, essetne mortale, an veniale, posteaqueprehenderet esse mortale, teneretur de illo, tanquam de mortali, rursus confiteri, sic, &c. Par enim est ratio utriusque. Sicut enim differentia mortalis & venialis, est moraliter specifica, ita & differentia mortalis certi, & dubij. Alias rationes videbis apud DD. à me alibi adductos; & nota, quòd Cardinalis Lu-

go conatur firmare multis argumentis negativam sententiam, sed non audet ei adharere.

3. Restat modò respondere ad ejus argumenta, quæ etiam adducit Vidalis, & Martinus de San Joseph, & primo, quia qui confessus est, v. g. decies circiter, seu plus, minùve pejerasse, si postea meminuit certo, se pejerasse duodecies, non tenetur de duobus illis perjuriis confiteri: sed censetur illa in præcedenti confessione sufficienter explicasse, quamvis sub dubio tantum ea proposuerit. Respondeo, majorem requiri exactiorem in explicanda substantia peccati, quam in numero: sufficeretque numerum circiter declarari, quantum occurrit post sufficientem diligentiam, ut communi usu receptum est, ex quo magis, quam ex principiis metaphysicis de confessionis integritate judicandum est. Quò pertinet id quod ait idem Cardinalis n. 588. differentiam esse inter speciem peccati, & numerum, quoad necessitatem explicandi, & determinandi in confessione. Nam ferè omnes dicunt eum, qui confitetur, se ter, vel quater fornicatum esse, non teneri postea ad confitendam quartam fornicationem, quamvis certo illius recordetur. At verò si pœnitens dicat, se certum esse de consensu mortali contra castitatem, non tamen recordari, an circa solutam, vel conjugatam: omnes dicunt debere postea explicare determinatè speciem, si postea recordetur fuisse conjugatam, sive id advertit. Nimirum quia species peccati debet explicari determinatè, multo magis quam numerus peccatorum. Atqui, differentia inter peccatum mortale dubium, & certum, est moraliter specifica in ordine ad confessionem, & ad iudicium ferendum, in foro pœnitentia. Ergo debet magis determinatè explicari, quam numerus peccatorum.

4. Ad secundum, quod qui obtinet dispensationem à censura, vel à voto proposito ut dubio; non tenetur iterum petere, licet postea certo de illis constet. Respondeo, negando paritatem: nam institutio Sacramenti Pœnitentia obligat ad deferenda Sacerdotibus omnia mortalia eo modo, quo possint rectè censere de eorum gravitate: quòd non facit, qui peccatum mortale certum confitetur ut dubium. At potestas tollendi censuras, quæ tota pendet ab institutione Ecclesie, non hoc postulat: neque potestas dispensandi in voto ex causa rationabili, sufficiente ad relaxandum votum, sive dubium, sive etiam certum sit. Quò addo, quia alioqui non puto fore validam dispensationem voti certi.

5. Ad tertium, quia talis fuit directè absolutus à suo peccato, quamvis proposito tantum ut dubio. Ergo non tenetur illud iterum confiteri, accedente cognitione certa: quæ cognitio tantum purificat, aut notificat conditionem, sub qua fuit remissum per absolutionem. Respondeo, peccatum illud, fuisse quidem directè remissum: sed quia non fuit satis explicatum in præcedenti confessione, manet obligatio explicandi illud ut certum.

6. Et hæc omnia docet Martinon ubi supr. contra Lugum, & alios; qui tamen mm. 91. sine ulla formidine sustinet, peccata dubia non esse in confessione aperienda. Verùm hanc sententiam Martinon, tanquam adversantem communi opinioni Doctorum, & communi praxi totius Ecclesie, alibi omnino rejiciendam esse probavi. Et præcipuè in hac part. 10. tr. 12. resol. 2. Unde malè novissimè probabilem illam putat Bossius in Moral. tom. 1. part. 2. tit. 1. §. 48. mm. 1754. si loquutus est de probabilitate practica, si autem de probabilitate speculat iva, transeat.

Q 2 RESOL.

TON
10
11
12
13

RESOL. CXL.

An sit praeceptum de praemittenda confessione ante Eucharistiam? Et an sit divinum, aut Ecclesiasticum? Ex part. 9. tract. 3. Ref. 1.

§. 1. Praemittendam esse Confessionem sacramentalem ante sumptionem Eucharistiae ab eo, qui sibi peccati mortalis conscius est, nec sufficere solam contritionem, non modo definitum est in Concilio Tridentino, sess. 13. c. 7. & Can. 11. sed etiam fuit constans antiquorum Doctorum sententia, exceptis Cajetano, & Armilla in Summa, verb. Communio, & Panormitano in c. De homine, de celebrat. Miss. docentibus, nullum praeceptum fuisse in Ecclesia Dei de Confessione praemittenda ante Communionem. Verum communis, & constans reliquorum DD. sententia est, semper in Ecclesia Dei fuisse hoc praeceptum de praemittenda Confessione sacramentali peccati mortalis ante sumptionem Eucharistiae. Quod aperte probatur ex verbis Concilij Tridentini sess. 13. c. 7. quare communicare volenti revocandum est in memoriam illud praeceptum: Probet seipsum homo. Ecclesiastica consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumvis sibi contritus videatur, absque praemissa sacramentali Confessione, ad Sacram Eucharistiam accedere debeat. Quod à Christianis omnibus, etiam ab iis Sacerdotibus, quibus ex officio incuberit celebrare, hae sancta Synodus perpetuo servandum esse decrevit. Quibus verbis non solum Concilium ex cit. loco Pauli colligit, fuisse antiquum praeceptum probandi peccati mortalis, sed etiam definit, hanc probationem non fuisse aliam, ut Ecclesiastica consuetudo declaravit, quam Confessionem sacramentalem. Unde merito censetur à Concilio damnata opinio Cajetani: quin & injuncta excommunicatio ipso facto incurrenda, si quis eam docere, praedicare, vel pertinaciter asserere seu etiam publice disputando defendere praesumpserit, ut habetur citato Can. 11.

Sup. hae diff. lege doctrina Ref. seq. & signa ter infra in Ref. 144. §. Notandum usque in finem dicta Refol. & in Refol. 149 §. 2. curiam in fine, & in Ref. 154. ad medium §. ultim. & in principio Ref. 168. & in to. 3. tr. 1. Refol. 30. à principio usque ad §. ult. exclusivè.

2. His suppositis, difficultas est, an tale praeceptum sit Divinum, vel Ecclesiasticum. Esse Ecclesiasticum docet Medina, Palacios, & alij: quia nullum habemus signum, quod sit praeceptum divinum; multa verò, quod sit Apostolicum: tum, quia non solet Christus de modo, & ritu suscipiendi Sacramenta, dare praecepta, nisi quae consequuntur ex ipsa natura institutionis, sed eam curam relinquere Ecclesiae, ut constet in reliquis Sacramentis: tum, quia Trid. ad probandum semper in Ecclesia Dei fuisse hoc praeceptum de praemittenda Confessione ante sacramentalem Communionem, non aliud testimonium ad hoc probandum affert, quam citatum locum Pauli: Probet autem seipsum homo. Atqui ex hoc non potest colligi, nisi praeceptum Apostolicum. Et hanc sententiam tenet etiam ex Neoterics Coninch.

3. Verum ego puto, tale praeceptum non esse purè Ecclesiasticum, sed etiam divinum propositum. Et merito: quia dictum praeceptum in dictis verbis Pauli contentum, non fuit tunc latum à Paulo, quando verba illa protulit, sed erat jam antea latum: ergo credendum est, latum fuisse à Christo, & nobis à Paulo traditum, & explicatum: quia, juxta regulam Aug. lib. 4. de Baptismo, c. 14. praeceptum illud conjicitur esse divinum, cuius non agnosceatur initium, si aliunde non conjiciatur non fuisse latum à Deo. Quod autem dictum praeceptum in verbis Pauli

contentum non fuerit tunc à Paulo latum, sed antea fuerit, ex eo probatur, quod non fuit traditum à Paulo, tanquam novum, sed tanquam antiquum: quod primo constat ex eo, quod Paulus tradit probationem illam per Confessionem, tanquam medium antea unicum, & necessarium, ut quis dignè manducaret, & biberet, ut ex contextu constat: quia postquam dixit: Quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit Calicem Domini indignè, reus erit Corporis, & Sanguinis Domini, immediate subdit: Probet autem seipsum homo, & sic de Pane illo edat, & de Calice bibat: qui enim manducat, & bibit indignè, judicium sibi manducat, & bibit. At si antea non fuisset praeceptum confessionis ad sumptionem Eucharistiae, non tradidisset probationem per confessionem, tanquam medium unicum, & necessarium ad dignam sumptionem Eucharistiae: quia praeter confessionem erat contritio perfecta, qua peccator potuisset constitui in statu gratiae. Secundo, idem constat ex eo, quod Paulus reprehendebat Corinthios, quia absque probatione illa sumebant Eucharistiam, supponens fuisse transgressores illius praeccepti; & ob id plures ex illis fuisse infirmitatibus, mortibus, & aliis penalitatibus à Deo punitos.

4. At asserunt adversarij: Apostolus solum affirmat institutionem, & usum hujus Sacramenti accepisse à Domino; reliqua verò ipse praecipit, non Dominus. Sed contra: tum, quia hoc Paulus non expressisset, sicut expressit, quando ead. Epist. c. 7. dixit: Non ego praecipio, sed Dominus, uxorem à viro non discedere. Contra verò, ipse, non Dominus praecipit, ut vir fidelis non dimittat uxorem infidelem; nec uxor fidelis virum infidelem, si velit cohabitare cum illa: tum, quia hoc praeceptum non tradit eo loco Apostolus, tanquam novum, & tunc primo institutum, & Corinthiis impositum: alioqui non reprehendisset illos, quod sine sacramentali probatione ad Eucharistiam accessissent. Quod si supponat illud, non est, unde Adversarij probent illud esse Apostolicum, & non divinum: quia illud esse Apostolicum, & non divinum, eatenus ex hoc loco probare possunt, quatenus hoc praeceptum hoc loco primo instituitur. Quod si non primo hoc loco instituitur, sed supponitur jam institutum, solumque ab Apostolo ipsius exequitio urgetur, non est, unde probare possint illud non esse divinum, sed Apostolicum.

RESOL. CXLI.

An opinio asserens praeceptum de praemittenda confessione ante Eucharistiam esse de jure Ecclesiastico sit saltem probabilis?

Et observatur, quod si sententia asserens confessionem ante Eucharistiam esse de jure Ecclesiastico est vera; sequitur, quod consuetudo posset tale praeceptum tollere, vel in ipso Summo Pontifice dispensare. Ex part. 9. tr. 3. Ref. 2.

§. 1. Affirmativè videtur respondendum ex Pro Fructu Suar. in 3. p. D. Th. 10. 3. disp. 66. sect. 3. citato Fructu ubi sic ait: [Admittendo autè hoc universale, & antiquum praeceptum, an illud sit juris humani, vel divini, mera opinio est, nostramque sententiam solum, ut probabiliorè, & magis piam defendimus.] Ita ille. Et novissime Less. in 3. p. D. Tho. 9. 80. art. 4. dnb. 1. n. 8. sic asserens: [Si ex praecepto Ecclesiae tenearis audire Missam, vel communicare, ut impleas Praeceptum Ecclesiae, potes communicare, vel celebrare, etiam si non possis confiteri. Ita Dominicus Sot. in hunc art. 4. dist. 1. 2. q. 1. quae sententia est probabilis: nam probabile est praeceptum de praemittenda confessione esse Ecclesiasticum, & Apostolicum.] Hae Less. Et Am. in cur. Theol. 1. 7. disp. 26. sect. 1. n. 8. sententiam

Pro Fructu Suar. in 3. p. D. Th. 10. 3. disp. 66. sect. 3. citato Fructu ubi sic ait: [Admittendo autè hoc universale, & antiquum praeceptum, an illud sit juris humani, vel divini, mera opinio est, nostramque sententiam solum, ut probabiliorè, & magis piam defendimus.] Ita ille. Et novissime Less. in 3. p. D. Tho. 9. 80. art. 4. dnb. 1. n. 8. sic asserens: [Si ex praecepto Ecclesiae tenearis audire Missam, vel communicare, ut impleas Praeceptum Ecclesiae, potes communicare, vel celebrare, etiam si non possis confiteri. Ita Dominicus Sot. in hunc art. 4. dist. 1. 2. q. 1. quae sententia est probabilis: nam probabile est praeceptum de praemittenda confessione esse Ecclesiasticum, & Apostolicum.] Hae Less. Et Am. in cur. Theol. 1. 7. disp. 26. sect. 1. n. 8. sententiam

sententiam asserentem esse Præceptum de jure divino, confessionem ante Eucharistiam, vocat tantum communionem, & probabiliorem. Idem etiam docet Conin. in 3. p. q. 80. ar. 4. dub. 1. n. 1. 3. & dub. 2. n. 17. clare asserens, hanc opinionem esse probabilem.

2. Sed ego invenio Nugn. in 2. p. q. 80. ar. 4. diff. sic. 2. conel. 2. asserere, supradictam sententiam esse improbabilem: sic enim ait: [Secunda sententia videtur mihi etiam prorsus improbabilis. Probatur hæc conclusio: quoniam in omnibus locis citatis insinuat hoc Præceptum ita necessarium, ut in illo Ecclesia dispensare non possit. Et hæc est communis sententia inter DD. Scholasticos. Itaque necessarium dicendum est, hoc Præceptum esse divinum.] Ita Nugn. At ego libenter abstinere à censura opinionis tantorum virorum, qui merito Gigantes Theologiæ vocari possunt. Lectores judicent. Igitur sufficit mihi hic tantum diversas sententias proposuisse. Observa, aliquos docere, quod si sententia asserens, confessionem ante Eucharistiam esse de jure Ecclesiastico, esset vera, sequeretur, quod consuetudo posset tale Præceptum tollere, vel in ipso Summo Pontificem dispensare.

RESOL. CXLII.

An si quis per revelationem sciverit, se esse justificatum, teneatur adhuc ante Eucharistiam confessionem præmittere?

Idem est de eo, qui certo novisset se in ventre matris fuisse sanctificatum, quod adhuc teneatur ad Baptismum suscipiendum. Ex p. 9. tr. 3. Ref. 3.

§. 1. Ad hunc casum respondet Sapientissimus Amicus in Cur. Theol. 10. 7. disp. 26. sect. 1. n. 1. sic asserens: [Ex dictis deducitur, etiam si quis certa revelatione sciverit, se per contritionem esse à peccato justificatum, adhuc teneri ad sacramentalem confessionem præmittendam ante sumptionem Eucharistiae, ut rectè Henric. lib. 8. de Sacr. c. 4. contra Rubio. Palan. & alios. Ratio verò est: quia etiam si finis hujus Præcepti sit, ut accedens ad hoc Sacramentum sit in gratia; adhuc tamen consequuto sine Præceptum servandum est, quando potest servari, ut constat de Præcepto confitendi semel in anno, cuius finis est, ut unusquisque ponat se in gratia; cum tamen, qui certo sciverit, se esse in gratia, nullumque commisisse peccatum mortale, teneretur hoc Præceptum servare. Idem esset de eo, qui certo novisset se in ventre matris fuisse sanctificatum, adhuc teneri ad Baptismum suscipiendum. Ratio est: quia Præceptum est tantum de medio, non de fine: unde quando tale medium præceptum non est adhibendum, adhibendum est, etiam si finis, propter quem medium est præceptum, supponatur acquisitus.] Ita Amicus, & ego. Sed circa præsentem questionem vide Pericium de officio Sacer. lib. 1. c. 1. dub. 7. n. 61. & Suar. tom. 3. disp. 66. sect. 3.

RESOL. CXLIII.

An qui ante Missam, vel ante Communionem confititur, si postea recorderetur alicujus peccati, teneatur illud confiteri, antequam sacrificet, vel communicet? Ex p. 9. tr. 3. Ref. 4.

§. 1. Posset quis dicere, & respondere distinguendo: (attendas, quæso, amice Lector.) Vel peccatum oblitum, fuit oblitum in confessione facta, in ordine ad sumendam Eucharistiam; & tunc certum est, ante illius sumptionem esse confiten-

dum: vel peccatum oblitum, fuit oblitum in confessione facta in ordine ad sumendam Eucharistiam ex præcepto Concilii Tridentini. & tunc dicendum est, tale peccatum non esse tunc confitendum, quia Præceptum Concilij fuit jam adimpletum.

2. Confirmatur: Quia, si quis adimplevit præceptum annuæ confessionis, & recordetur postea alicujus peccati; non tenetur illud confiteri, etiam si annus non sit elapsus, sed sufficit illud confiteri in confessione sequentis anni. Sic & in nostro casu, si quis recordetur peccati oblitum, non tenetur illud confiteri: quia jam satisfecit præcepto Concilij de præmittenda confessione ante Eucharistiam.

3. Nec obstat dicere, in tali casu aliquem esse sibi conscium peccati mortalis: & idcirco teneri ex verbis Concilij præmittere Confessionem. Respondeo, esse quidem conscium peccati mortalis, sed indirectè remissi in Confessione facta ad satisfaciendum præceptum Concilij de præmittenda Confessione, quod semel satisfactum, non videtur amplius obligare: nam in tali casu, quis est in gratia, & sic probavit, & adimplevit præceptum Concilij: quia Concilium requirit, ut obligatus præmittere Confessionem, sit sibi conscius peccati mortalis; talis verò non est sibi conscius illius, quia saltem indirectè obtinuit remissionem: Itaque dicendum videtur, præceptum de præmittenda Confessione à Christo datum esse propter reverentiam Sacramenti Eucharistiae, ad quod meritò nos debemus præparare, modo magis securus, quod homo videtur jam fecisse, quando in ordine ad sacram Communionem diligens fecit conscientia examinem, & confessus est omnia, quæ memoriæ occurrerunt: ergo, &c.

4. Dicere autem cum Suar. disp. 66. sect. 4. quod talis credatur indirectè absolutus ab ipso peccato, quod post occurrit, non magis eximit illum ab hoc præcepto, quam quod credatur per contritionem charitate formatam consequutus iustitiam, & peccatorum remissionem. Contra hoc tamen opponi poterit, quod non eadem videatur esse utriusque ratio: quia de contritione perfecta, ob solemnitatem illius actus, & arduitatem, minus sumus securi, quam de absoluteione à tali peccato: quia Sacramentum Pœnitentiæ, saltem indirectè, ad hoc sese extendit. Ergo, &c. Itaque in nostro casu pœnitens jam satisfecit præcepto præmittendi confessionem ante Communionem, eamque formaliter integram, ideoque non erit obligatus ad confitendum iterum ante Communionem. Unde hanc sententiam probabilè putat Hieronymus Garcias in Summa Theolog. mor. tr. 3. diff. 5. dub. 1. punct. 5. n. 50.

5. Nec hic deeram apponere verba Patr. Corn. in 3. p. D. Th. tr. 4. q. 8. disp. unico, dub. 3. sic asserentis: [Quæres, an hoc præceptum quamprimum confitendi obliget non solum, quando non fuit præmissa confessio, sed etiam quando qui præmissit Confessionem, oblitus fuit alicujus peccati mortalis, cuius post celebrationem recordatus est. Resp. negative. Ratio est, quia Concil. id præcipit, quando non fuit præmissa Confessio. Quæres, an iste teneatur confiteri saltem illud peccatum, antequam iterum celebret. Quidam negant: tum, quia iste reverà non habet conscientiam peccati mortalis, cum illud jam ei fuerit per absoluteionem remissum, quamvis teneatur illud confiteri tempore, quo præceptum affirmativum confessionis obligat per se semel in anno: tum, quia ideo præcipitur confessio ante Commun. quando est conscientia peccati mortalis; quia probatio requisita ab Apost. non debet relinqui iudicio proprio, sed Confessoris: iste, de quo loquimur, est in gratia iudicio Confessoris: ergo non est præcepta et nova confessio. Alij verò affirmant: quia iudicant, hoc præceptum

& finem, à veris. secus. Sed lege eam à lin. 6. & in tom 4. tr. 4. Refol. 44. signanter §. Et quidem. & ibi in Refol. 45. §. ult. eandem ad medium, vers. nisi forte Eucharistia.

CONFITON
DE PENA
DUB. 10 II
E III

Pro fundam
mento do
trine hujus
ref. legit
et præcep
a. §. Hic
supponit
omnes aut
Refol. & §
jus anote

hæc est
e Ref.
à infir
mittit
ref. in
quodam

præceptum præmittenda confessionis, quando est conscientia peccati mortalis, ample esse accipiendum in gratiam huius sacramenti propter magnam reverentiam, quæ ei debetur, præsertim quod quodammodo gravat conscientiam peccatum illud, quandiu est obligatio illud confitendi. Mihi videtur utraque sententia probabilis, sed hanc posteriorem video amplecti à viris timorata conscientia.] Hucusque Cornejo.

6. Sed hæc omnia ejus verba fuerunt caetero iniusta, & deleta in Indice expurgatorio Hispano; quia sententiam negativam, tanquam probabilem, admittebat, quod rectè negat Pater Averfa de Sacra. Euchar. q. 8. sect. 6. unde refellendus est Reginald. tom. 2. lib. 29. c. 6. q. 4. sect. 1. 105. in fine, qui etiam affirmativam sententiam, tanquam probabilem, videtur admittit. Et idè nominatim contra illum circa præsentem difficultatem, affirmativam sententiam tenet Pellizzat. in Man. Regul. tom. 1. sr. 5. c. 3. sect. 2. n. 105. & Caltr. Palaut. tom. 4. tr. 21. disp. unie. punct. 1. 2. n. 4. ubi sic ait: [Inquires, an præcepto prædicto sufficienter satisfacias, si confessionem præmiseris, tametsi non fuerit omnium peccatorum ob invincibilem ignorantiam; Casus est frequens, cum sæpè contingat, peccatorem post confessionem legitime factam recordari ante Communionem alicujus peccati non confessi, in quo casu alicui videri posset non esse obligatum illud confiteri. Quia jam illud peccatum non solum contritione, sed etiam absolutione sacramentali remissum est. Sic videtur sentire Reginaldus. Sed omninò contrarium tenendum est: quia illius peccati obliti non es probatus per confessionem; siquidem obligatus es illud confessioni subicere. Concilium autem expostulat probationem per confessionem cujuscumque peccati mortalis, cujus conscientia gravaris. Ergo illud ante Communionem confiteri debes.] Ita ille. Et Trull. de Sacra. lib. 3. c. 6. dub. 4. n. 13. etiam Reginald. impugnatur. Vide Uviggers in 3. p. q. 80. art. 5. dub. 3. Suar. disp. 66. sect. 4. & Coninch de Sacra. q. 80. art. 4. dub. 2. & Leand. de Sacra. tom. 2. tr. 7. disp. 7. q. 21.

7. Dicendum est itaque eum, qui ante Communionem præmisit confessionem integram omnium mortalium peccatorum, quæ memoriæ occurrerunt, & postea, antequam ad Communionem accedat, recordatur alicujus peccati adhuc à se commissi, de quo non est confessus; teneri, per se loquendo, & exclusis circumstantiis, quæ excusare possunt, illud confiteri, antequam communicet; quia præceptum, de quo agimus, obligat non tantum ad confitendum ante Communionem, sed simpliciter ad confitenda omnia mortalia peccata, quorum quis sibi conscius fuerit. Nec refert, quòd tale peccatum oblitum jam sit remissum in confessione legitime facta; quia non obstat remissio, quin debeat supponi clavibus, ut satis indicat Conc. Trid. cum in cit. c. 7. ne contritum quidem & per consequens nec consequutum remissionem suorum peccatorum mortaliū, vult liberum esse à faciendâ eorum sacramentali Confessione, antequam ad sacram Communionem accedat. Adde, quòd sicut quantumcunque quis se contritum putet, atque adèd in statu gratiæ tenetur adhuc confiteri ante Communionem: ita, quamvis confessus fuerit de suis peccatis, ac proinde etiam de oblitis indirectè saltem absolutus, & justificatus; adhuc tenebitur de peccatis postea in memoriam occurrentibus confiteri, & directè absolvi, antequam communicet. Sumitur demum ex Trid. c. 7. ubi ait: *Et nullus sibi conscius peccati mortalis, scilicet non confessi absque præmissa sacramentali Confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat.* Et can. 11. ubi ait: *Illis, quos conscientia peccati mor-*

talis gravat, pariter intelligit non confessi. Non enim intelligit solum non remissum; siquidem inquit: *Quantumcunque etiam se contritus existimant.*

8. Unde ex omnibus supradictis apparet, caute legendum esse Joan. Præpos. qui in 3. p. q. 80. art. 5. dub. 3. n. 25. negativam sententiam tenuit. Unde merito contra illum invehitur Caspens. in Cur. Theol. to. 2. tr. 22. disp. 9. sect. 2. n. 25. ubi sic ait: [Hæc sententia est omninò falsa, & nullatenus admittenda; quia per edictum particulare Sanctæ Inquisitionis in nostra Hispania fuit reprobata; atque ita tenendum est, eum, qui de peccato oblito in præterita confessione recordatur in tempore, quo sine gravi nota possit de illo confiteri ante Communionem, teneri præmittere confessionem de illo peccato, licet per aliam confessionem indirectè absoluto. Et ratio hujus est: quia Præceptum præmittendi confessionem ante Communionem, non est confitendi utcunque, sed confitendi omnia peccata ante Communionem, & faciendi confessionem, non solum formaliter, sed etiam materialiter integram, nisi aliqua necessitas urgens obstat, & desit copia Confessarij. Hoc autem Præceptum non impletur, nisi illud peccatum subiciatur clavibus ante Communionem. Et hoc probat praxis, & consuetudo omnium fidelium, qui etiam post legitimam confessionem nullo modo audent accedere ad Eucharistiam, nisi prius confiteantur illa peccata, quorum de novo recordantur.] Ita Caspens contra Præpositum; qui tamen non est sibi constans, & est sibi contrarius, ut patet ubi supra, dub. 2. n. 12. & ita nostram sententiam, præter DD. citatos, mordicus tenet, & latè probat omninò videndus Franciscus Sylvius in resol. mor. tom. 2. verb. Confessio, 3.

9. Nec obstat dicere, quòd qui confessus est cum debita præparatione, & oblitus alicujus peccati mortiferi, non gravatur amplius conscientia illius peccati, cum ab illo sit absolutus, licet directè: ergo non comprehenditur verbis Concilij. Sed contra. Si idcirco conscientia peccati mortiferi illum non gravat, nec tenetur confiteri ante Communionem, eò quòd remissum sit illi hoc peccatum; ergo nunquam tenetur illud confiteri: quod sine dubio est falsum, & contra omnes DD. & totius Ecclesiæ praxim. Deinde per contritionem veram etiam remittitur peccatum, non minus quàm per illam absolutionem indirectam, imò magis directè, & propriè: ergo is, qui concepit contritionem sui peccati, idque probabiliter novit, non amplius gravatur illius conscientia, & sic poterit communicare sine confessione sacramentali, quamvis copiam Confessoris habeat; quod est contra Concilium. Dicendum ergo, illum gravari conscientia peccati mortiferi juxta Concilium, qui scit, se illud commississe, & nondum subjecisse clavibus Ecclesiæ, ut ab illo directè absolvetur. Hæc est mens Concilij, ut etiam colligitur ex cap. 7. Et ita docet Lessius in 3. part. D. Thomæ, quest. 80. art. 4. dub. 2. num. 28.

10. Notandum est, hanc sententiam docere etiam Hieronym. Garciam ubi supra, qui tamen me adducit pro sententia negativa; quasi tenerem, peccata oblita non esse ante Communionem confitenda; sed postea suo tempore. Verùm ego hanc sententiam in locò ab ipso citato non docui, ut patet legenti, sed tantum adduxi Henriq. & Reginald. quos supra. satis impugnavi. Mea igitur sententia est, peccatum in confessione oblitum esse ante Communionem confitendum; nec sententiæ Henriq. & Reginald. adhæsi, nec unquam probabilem existimavi, ut non benè existimat Garcias ubi supra, in hoc refellendus, licet ipsi in bono sensu explicari possent. Unde monco, amicum Lectorem, quòd ego in meis operibus,

ribus, soleo pro curiosis diversas opiniones adduce-
res, sed non ex hac sequitur, illis omnibus me adha-
rere, sed tunc tantum me habeo ut relatorum: qui
enim adducit aliqua recitative, illa non approbat,
ex cap. Super litteras, de rescripti. cap. Litteras; de
rescripti. s. i. Gloffa in leg. Gallus. s. Idem creden-
dum ver. Princeps. ff. de liber. & posth. & ideo quan-
do de facto alicui opinioni ego adhærere volo, tunc
clare explico illam docendo, & tenendo, vel sal-
tem, tanquam probabilem, illam admitto, ut passim
ex lectura meorum Operum patet.

11. Advertant igitur Lectores, si ego tantum
opiniones refero, tunc pro illis me non adducant,
sed tantum quando opinionibus expressis verbis te-
neo, vel saltem tanquam probabiles admitto. Unde
in meis Operibus non admitto aliquorum senten-
tiam asserentiam, quod si quis referat Doctorum
sententias, videtur posteriori loco adducta adha-
rere: nam ego, referendo sententias, nulli adhæreo;
si, ut dixi illam aperte non doceam, vel tanquam,
probabilem admittam.

12. Nota etiam, Gratiam ubi supra citare contra
nostram sententiam, quam hic docuimus, aliquos
Auctores, ut Emanuëlem Sà, Henriquez, Fagun-
dez, Reginaldum, & alios; qui tamen non loquun-
tur in casu nostro: nam, licet asserant, etiam seclu-
sa infamia, & scandalo, peccatum oblitum non esse
confitendum; hoc tamen dicunt, quia putant, quod
in illo casu talis confessio non possit fieri sine irre-
verentia Sacramenti, ut individualiter, de mente
Henriquez testatur Escobar in Theol. moral. tract. 7.
exam. 6. cap. 5. n. 62. Peritus de offic. Sacerd. lib. 1.
cap. 1. dub. 9. num. 93. & Aversa de Sacram. Euchar.
quest. 8. sect. 6. quia in tali casu videtur veluti in-
choatam fuisse actionem communicandi; sed nos
loquimur in casu, quo ante Missam, vel ante Com-
munionem quis recordetur peccati oblitum; tunc enim,
quia non adest periculum scandalum, neque irreveren-
tia erga Sacramentum, dicimus, necessarium Confes-
sionem de dicto peccato oblitum faciendam esse, nec
contrariam sententiam Joannes Prapofiti prorsus
probabilem esse putamus, quicquid dixit Garcias,
alias vir doctissimus. Et hæc latius in gratiam Le-
ctorem adnotare volui, cum ista difficultas non fue-
rit ab aliis ita diligenter pertractata.

RESOL. CXLIV.

An si quis in ordine ad Communionem confessus est,
& postea recordatur de aliquo peccato inculpabili-
ter oblitum, teneatur illud confiteri antequam Sa-
cræ Synaxim sumat?

Et deducitur, an præceptum confessionis ante Com-
munionem sit Apostolicum, & de jure Ecclési-
astico, & non divino? Ex part. 1. tractat. 8. &
Misc. 8. Ref. 40.

1. **C**asus est nimis practicabilis, ideo satis no-
tandus, & negativam sententiam tenet
Patet Ferrand. de scandalo disp. 1. quest. 80. num. 2.
cum sequent. Probatur, quia præceptum de præmit-
tenda confessione omnium peccatorum mortalium,
quæ sunt in conscientia, ante communionem, tendit in
eum finem, ut homo per talem diligentiam adhibi-
tam, gratiam consequatur, ac proinde in gratia tan-
tum Sacramentum recipiat. Sed in nostro casu ille
diligentiam præceptam adhibuit, & gratiam rece-
pit, ut supponimus, facta prima confessione. Ergo
jam præcepto satisfecit.

2. Secundo probari posset à simili in illo, qui in
confessione hujus anni ex oblivione, vel ex ratio-

nabili causa omisit aliquod mortale. Hic enim ut
bene etiam docet in terminis Fagundez part. 2. lib.
1. c. 4. §. Quæritur dubium, non tenetur illud statim
confiteri, sed potest licite differre, usque ad primam
confessionem, quam faceret sive ex devotione, sive
ex obligatione sequentis anni in Quadragesima.
Quia scilicet per primam confessionem præceptum
implevit, fuit enim formaliter integra, & præceptum
Ecclesiasticum solum obligat ad faciendam confes-
sionem hujusmodi validam. Et antea Suar. tom. 4.
de pœnit. disp. 36. sect. 4. n. 6. in fine; Ubi dicit alios
Auctores simpliciter negare, ex vi hujus præcepti
esse obligationem statim confitendi talia peccata,
sed posse usque ad confessionem sequentis anni
differri. Et citat Victoriam in summ. n. 137. Navarr.
summ. cap. 2. num. 10.

3. Ex his itaque videtur sic posse à paritate con-
cludi; Si talis penitens non tenetur statim in illo
anno peccatum confiteri, quia jam per primam
confessionem implevit præceptum pro illo anno;
Ergo neque in nostro casu, quia præceptum imple-
vit de præmittenda confessione Eucharistice in or-
dine ad obtinendam gratiam, quam de facto pro-
babiliter obtinuit per confessionem priorem.

4. Deinde confirmari potest eadem probatio ex
Henriquez tom. 2. lib. 8. de Eucharistia cap. 46. n. 3.
Ubi ait, cum, qui est ad altare sumpturus Eucharis-
tiam & recordatur alicujus peccati inculpabiliter
omissi in præcedenti confessione, non teneri statim
furgere, & iterum Confessarium adire, ut peccatum
illud ommissum confiteatur, licet nullum adsit peri-
culum alicujus notæ subeunda. Rationem affert,
propter reverentiam Sacramenti; & quia jam est in
gratia ratione præcedentis confessionis formaliter.
Verba Henriquez sunt hæc: Laicus si ante linteum
Altaris adstat paratus communicare cum aliis, &
confessionem præmiserat, excusatur propter reve-
rentiam Sacramenti, ne statim redeat ad Confessa-
rium, ut directè absolvyatur à peccato, cujus fue-
rit oblitus, etiam seclusa nota, & scandalo; cum
jam accedat justus, & probatus per confessionem;
expeditque communiter, ne Sacerdos ad Altare
audiat reconciliations volentium communicare.
Pœnitens tamen novi peccati memor, antequam
ad Altare accedat, tenetur qualiter Confessario id
aperire, antequam communique. Ergo videtur asse-
rere, jam per præcedentem illam confessionem sa-
tisfactum esse præcepto in ordine ad gratiam obti-
nendam; ac proinde non amplius durare præceptum
ipsum de confessione præmittenda; alioqui si dura-
ret, non bene dixisset, eum excusari à non confes-
sione propter reverentiam Sacramenti. Huc usque
Pater Ferrantinus, qui postea ad confirmandam
suam sententiam summa diligentia asserit post mul-
tos annos invenisse Auctorem illam docentem;
nempe Petrum Cornejo Carmelitanum in 3. part.
D. Thoma.

5. Sed vir doctus hunc Doctorem inveniendos,
invenit censuram sententiam, quam docuerat. Unde
scire debet, quod ex ordine supremi Tribunalis no-
stræ Sacræ Inquisitionis Hispaniæ, dicta opinio ma-
gistri Cornejo fuit ex ejus operibus deleta, & ex-
puncta, ut patet in Indice Expurgatorio Hispano;
& observat Caspensis in curs. Theol. tom. 2. tr. 22.
disp. 9. sect. 2. n. 25.

Unde rectè Eminentissimus Dominus meus
Cardinalis de Lugo respondet dicto Patri Ferratino,
ut ipse supra testatur, suam sententiam nullam ha-
bere probabilitatem; & ego pace viri doctissimi
idem sentio, per ea quæ contra talem sententiam
adduxi latè in part. 9. tr. 3. * ref. 4. cum pluribus Do-
ctoribus ex Societate, & stante edicto superius alla-

Supra in Ref.
56. & 57. ex
Ref. 58. §.
Hoc suppo-
sito. & cum
eodem Fa-
gundez tan-
tum hic ci-
tato, in fine
§. ult. Ref.
13. & ad-
dito Grana-
do in §. No-
randum est,
Ref. 63.

Sup. hac do-
ctrina in
Ref. 1. post
seq. & in
aliis ejus
primæ notæ

Sup. hoc in
Ref. præte-
rita §. Nec
hic, & in
alio vers.
ejus notæ

* Quæ hic
est Ref. an-
tecedens, &
in aliis ejus
primæ an-
not.

to Sanctæ Inquisitionis; Unde Franciscus Sylvius professor publicus Sacræ Theologiæ in Academia Duacena in variis Resolutionibus tom. 2. *verb. confessio* 3. fol. 47. vocavit hanc sententiam periculofam & maximè urgentem in irreverentiam Sacræ Eucharistiæ, nec probandam, nec in praxi deducendam. Requirit enim, ait ipse, tanti Sacramenti reverentia, ut ei præmittatur confessio omnium peccatorum mortalium antea non confessorum, quorum habetur memoria. Unde Concil. Tridentin. *sess. 13. cap. 7. & can. 11.* statuit, illis qui conscij sunt peccati mortalis, habita copia Confessoris, necessarid præmittendam esse confessionem Sacramentalem Sacræ communioni. Atqui is, qui confessus quidem est, sed recordatur alicujus peccati mortalis, cujus oblitus fuit confiteri, conscios est peccati mortalis. Novit enim quod illud commiserit, & non fuerit confessus. Hoc autem est esse conscium peccati mortalis, & conscientiam peccati mortalis eum gravare. Cum igitur abque nota infamiæ, & abque aliorum scandalo, vel offensione possit, vel à communione abstinere, vel antequàm communicet, illud peccatum oblitum confiteri, habeatque ideò copiam confessoris; omnino tenetur confessionem illius præmittere communioni.

7. Confirmatur, si talis non sit dicendus esse conscius peccati mortalis, neque conscientiam peccati mortalis habere; ergo licebit ipsi sine prævia confessione communicare aliquot diebus sequentibus si non labatur in ullum mortale peccatum; nihil enim est quod magis eum impediatur illis diebus communicare, quàm primo die, cum nullum novum mortale peccatum admisisse ponatur. Talis autem licentia omninò contra Sacramenti reverentiam cederet, & nequaquam est permittenda.

8. Neque refert, quod talis penitens sit directè absolutus à peccatis confessis, & indirectè ab oblitis: quamvis enim hoc satis sit ad communicandum, quando non meminit alicujus alterius peccati mortalis, propter bonam videlicet fidem qua procedit, & oblivionem, vel ignorantiam invincibilem alterius peccati qua laborat; quando tamen recordatur alicujus peccati mortalis, quod necdum fuit confessus, non est satis ut habita copia Confessoris possit sine illius confessione communicare; idque propterea, quia oportet confiteri omnia peccata mortalia, quorum quis habet memoriam, quod non sit ea confessus, priusquam communicet: & tum bona fide, tum invincibilis oblivio cessat in eo, qui jam recordatur, & habet copiam confessoris.

9. Non refert etiam quod videatur esse probatus per confessionem immediatè factam: postquam enim recordatur peccati mortalis in ea confessione obliti, probatio illa non sufficit; quia jam est conscius peccati mortalis quod commisit, nec est confessus. Responsum hanc tradere videntur Angelus *verbo Eucharist. 2. n. 5.* Sylvest. *cod. verb. quest. 7.* Navarr. *Enchir. cap. 12. num. 49.* sed longè apertius exprimitur Suar. *tom. 3. in 3. part. disp. 66. sect. 4. §. sed hujus;* Filliuc. *cap. 8. de Eucharist. num. 215.* Bonac. *disp. 4. de Eucharist. quest. 6. part. 1. num. 17.* Mercurius *ad 3. part. quest. 80. art. 4. dub. 2.* Kellisonus *ibid. art. 5. dub. 2.* atque ut non opus sit plures recensere, fidelium sensus, & consensus eam responsum, evidenter ostendit, qui dum post confessionem, alicujus peccati mortalis recordantur, solent ad Confessarium redire priusquam communicent, si comòdè possunt, & si non redierint, in sequenti confessione se accusant, quod antequàm communicarent, recordati fuerint talis, aut talis peccati, & tamen communicaverint. Ab isto autem sensu, cum ad

Sacramenti reverentiam pertineat, non sunt revocandi, sed potius in eodem fovendi. Huc usque Sylvius. Alias rationes, Auctores videbis penès me ipsum, *ubi supra.*

10. Notandum est etiam hic, Patrem Ferrantinum *ubi supra num. 10.* docere præceptum confessionis ante communionem esse Apostolicum, & de jure Ecclesiastico, & non de jure Divino. Hanc sententiam improbabilem vocavit Nugnus, in 3. p. q. 80. *art. 4. diff. 2. conclus. 2.* imò temerariam existimavit Marchinus de Sacrament. *Ordinis tract. 3. de sacrificio Missæ, part. 3. cap. 1. num. 1.* sed excesserunt viri docti in ejusmodi censuris, ut de censura Marchini, observat Leander de Sacrament. *tom. 2. tr. 7. disp. 7. quest. 12.* qui benè tamen docet, tale præceptum etiam esse Divinum positivum à Christo Domino latum, promulgatum verò, & declaratum ab Apostolo ejus Paulo, his verbis: *Probet se ipsum homo.* Sic docent ex Tridentino *loc. cit.* Sotus in 4. *diff. 12. quest. 1. art. 4.* Suar. *disp. 66. sect. 3.* Valquez *disp. 207. cap. 4.* Filliuc. *tract. 4. n. 211.* Valencia *disp. 6. quest. 8. punct. 3.* Hurtadus *disp. 9. de Eucharist. diff. 5.* Fagund. *præcept. 3. lib. 3. cap. 8. num. 2. & 3.* Lugo *disp. 14. à num. 69. pag. 452.* Bonac. *disp. 4. quest. 6. punct. 1.* Granados *tract. 10. de Eucharist. disp. 7. num. 10.* Cornejo *quest. 80. art. 4. disp. unica, dub. 2.* Villalobos *tract. 7. diff. 37. num. 1.* Machado *lib. 4. part. 1. tract. 10. document. 6.* Ludovicus *quest. 7. de Eucharistia artic. 9. dub. 1.* Raynaldus *tom. 26. 29. n. 103.* Valentia *tom. 4. disp. 6. quest. 8. punct. 3.* Petrus Sotus *lect. 12. de Eucharistia.* Canus *Relect. de Penitent. part. 5. & communitur alij Thomistæ, quibus omnibus adde Dicastillum de Sacrament. tom. 1. tract. 4. disp. 9. dub. ... num. 69.*

11. Probatur hæc opinio, primo ex Sancto Leone *epist. 91. c. 2.* ubi Præpositis (inquit) Ecclesiæ hanc Christus dedit potestatem, ut confitentibus actionem penitentia darent, & satisfactione purgatos ad communionem reciperent. Quem locum Lugo, & alij rectè expendunt.

12. Confirmari etiam potest ex Tridentino, *cit. c.* ubi cum dixisset juxta Pauli præceptum ante receptionem Eucharistiæ esse debere diligentem examinationem, & probationem, subiungit. Ecclesiastica autem consuetudo declarat sine confessione, &c. In quo testimonio expendendum est, non dixisse Concilium ex consuetudine Ecclesiæ oriri hanc necessitatem; sed Ecclesiæ consuetudine eam necessitatem declarare, scilicet in testimonio allegato Sancti Pauli significatam esse hujusmodi necessitatem, ac proinde esse ex divino præcepto, quod ex testimonio Pauli, & per explicationem Ecclesiæ fidelibus possit innoscere.

13. Id verò Concilium potuit colligere, quia, Paulus non tradit de novo necessitatem illius probationis, de qua loquitur, sed potius de illa agit tanquam de re, quam supponit jam esse necessariam ante ipsius Epistolam, nam ob omisam probationem, de qua loquitur, dicit: *Ideo inter vos multi imbecilles, & dormiunt multi. Si nosmetipsos judicavimus, non unque judicavimus, &c.* Agit autem de probatione per confessionem, & Concilium declarat: ergo illa probatio, etiam ante Epistolam Pauli erat necessaria.

14. Accedit, quod Augustinus docet *lib. 4. contra Donaristas cap. 24.* Id quod semper in Ecclesia fuit, nec ejus initium agnoscitur, ex Apostolica traditione proficisci rectissime creditur. Talis autem est necessitas confessionis, cujus necessitatis initium non potest assignari; ergo ab Apostolica traditione illud præceptum accepimus tanquam à Christo datum, & per Apostolos ad nos derivatum. Quito alios Patres,

Sup. hoc
pra in Res.
140, §. 8.
supposita
in aliis
annor.

Sup. h
pau
by di
cya

Sup. h
pau
by di
cya

Sup. h
pau
by di
cya

Sup. h
pau
by di
cya

Sup. h
pau
by di
cya

Sup. h
pau
by di
cya

Sup. h
pau
by di
cya

Sup. h
pau
by di
cya

Sup. h
pau
by di
cya

Sup. h
pau
by di
cya

Sup. h
pau
by di
cya

Sup. h
pau
by di
cya

Sup. h
pau
by di
cya

Sup. h
pau
by di
cya

Sup. h
pau
by di
cya

Sup. h
pau
by di
cya

Sup. h
pau
by di
cya

Sup. h
pau
by di
cya

Sup. h
pau
by di
cya

Sup. h
pau
by di
cya

Sup. h
pau
by di
cya

Sup. h
pau
by di
cya

Sup. h
pau
by di
cya

Sup. h
pau
by di
cya

Sup. h
pau
by di
cya

Sup. h
pau
by di
cya

Partes, qui videri possunt apud alios Auctores citatos, præsertim apud Cardinalem de Lugo, qui rectè hanc doctrinam colligit ex Cypriano, & ne deferas videre me ipsum ubi supra resolut. 1. & 2. & alios Doctores, quos ibi adduxi.

RESOL. CXLV.

An quando quis confitetur de isto peccato oblito, teneatur de illo elicere novum actum doloris, & contritionis?

Hoc intellige de illo, qui habuit dolorem generalem de peccatis suis, si obliviscatur unum peccatum in prima confessione, quando peccatum hoc oblitum confitetur.

Et an teneatur elicere actum doloris sub pœna peccati mortalis, si tantum peccata venialia confitetur?

Et ad confirmandam doctrinam dictarum difficultatum adducitur, quod aqua postquam semel abluit, potest iterum assumi pro novo Sacramento ad abluendum; & oleum ad unguendum; & sic de aliis Sacramentis habentibus materiam perseverantem. Ex part. 9. tract. 3. Res. 5.

§. 1. Negativè respondet Joseph de Januario in resolut. Theolog. moral. part. 1. res. 30. n. 1. & seqq. ubi sic ait: [R]espondeo, quod qui confitetur peccata mortalia aliàs confessa, & absoluta, non tenetur in secunda Confessione elicere novum actum doloris, si dolor primæ Confessionis adhuc perseveret, sive virtualiter, sive habitualiter. Sicut nec tenetur ille, qui habuit dolorem generalem de peccatis suis, si obliviscatur unum peccatum in prima Confessione; quando peccatum hoc oblitum confitetur. Tenetur verò elicere actum doloris, qui peccata venialia confitetur tantum, sub pœna peccati mortalis.

2. Probatur prima pars: quia dolor, ut dolor, cum non sit sensibilis de naturâ sua, non potest esse pars Sacramenti Pœnitentiæ: nam Sacramentum Pœnitentiæ est signum sensibilis, &c. at fit sensibilis per Confessionem: ergo Confessio est ratio formalis reddens dolorem, seu contritionem, sensibilem, & consequenter partem Sacramenti Pœnitentiæ: sed nova ratio formalis reddit novum compositum, eum forma det esse rei: ergo nova Confessio cum dolore virtualiter perseverante facit novum compositum in ordine ad Sacramentum, & consequenter sufficit ad recipiendam novam formam absolutionis. Confirmatur: quia actus pœnitentis, prout sunt à pœnitente, non sunt materia proxima, sed remota, ex qua Sacramenti Pœnitentiæ: sed materia remota, ex qua, potest iterum, & iterum assumi pro diversis numericè Sacramentis. Aqua enim postquam semel abluit, potest iterum assumi pro novo Sacramento ad abluendum, oleum ad unguendum, & sic de aliis Sacramentis habentibus materiam perseverantem: ergo dolor virtualiter perseverans potest iterum, & iterum assumi per potestatem Clavium ad integrum aliud, & aliud Sacramentum.

3. Probatur secunda pars, quòd, scilicet, qui habuit motivum generale dolendi de decem peccatis mortalibus, si confiteatur tantum novem, & obliviscatur decimum, & Sacramentum recipit, quando iterum confitetur illud unum oblitum, non teneatur elicere novum actum contritionis, sed sufficiat prior non retractatus. Est Henriquez in Summa, lib. 4. de pœnitentiâ, cap. 26. §. 7. ubi habet, quòd una, & eadem contritio potest pertinere ad duo Sacramenta, ut pars ipsorum, & exemplificat sic; ut

cum semel absolutus, iterata mox nova Confessione explicat præteritum dolorem, & peccatum oblitum; hic enim novum effectum gratiæ auctè videtur recipere, dum absque novo dolore recipit absolutionem: quia adsunt requisita omnia, scilicet, nova Confessio, ut signum peccati, & doloris: nam dolor prior, ut in virtute extensus est ad peccata oblita, perinde valet, ac si esset novus dolor de peccatis oblitis. Hæc Henriquez. Est etiam Joannis de Lugo de pœnitentiâ, disp. 12. sect. 2. à n. 27. Hoc dictum patet ex rationibus allatis in dicto secundo: nam, si dolor de peccatis confessis potest iterum assumi ad componendum novum Sacramentum, si adsit nova Confessio: ergo à fortiori poterit deservire dolor ille universalis in secundo Sacramento pro peccato oblito, & adhuc non confessio. Nam illo dolore, secundum quod destruit peccatum illud oblitum, adhuc usus non est Sacerdos ad componendum novum Sacramentum Pœnitentiæ. Confirmatur: quia potest quis dimidiare Confessionem, si habet peccata reservata, & non reservata, si confiteatur Superiori tantum reservata, & inferiori non reservata. Tunc autem dantur duæ absolutiones, & sunt duæ Confessiones, & duo Sacramenta, & tamen secundum communissimam sententiam, teste Henriquez lib. 6. de pœnitentiâ, cap. 15. §. 4. non tenetur talis Pœnitens elicere duplicem actum contritionis, si prior dolor fuerit universalis: ergo, neque tenebitur in casu nostro, cum dolor sit universalis. Hucusque Januarius, cui adde Eminentissimum Lugo de Sacram. Pœnit. disp. 14. sect. 3. §. 2. n. 18. 27. & seqq. Et hæc dicta esse volo secundum mentem supradictorum Doctorem; nam de his * alibi à nobis dictum est.

RESOL. CXLVI.

An si quis accessit ad linteum Sacra mensæ, ut communicet, si recordetur alicujus peccati mortalis teneatur surgere, & Confessarium adire?

Et an in tali casu, si solus esset cum Sacerdote, & Sacerdos posset eum absolovere, tunc teneatur eidem prius confiteri? Ex part. 9. tr. 3. Res. 8.

§. 1. Affirmativè respondet Marchinus de Sacramentis. Ordinis, tract. 3. part. 3. capit. 1. n. 12. quia putat in tali casu non adesse scandalum. Primò, quia manifestum est apud nos, hunc recessum à Sacra Mensa, causa alicujus peccati obliti confitendi, non gignere ullam mali nominis levem suspicionem, sed potius timorata conscientie opinionem. Secundò, non omnes Sacra Mensa assistentes Sacramentum Communione, sed ut Missam audiant: & ideo potest iste se fingere unum ex istis, & postea surgens confiteri, & Corpus Dominicum manducare. Tertio, levis aliquorum admiratio non est præferenda divino, atque expresso Præcepto præmittende post mortale Confessionis ante Communionem in habente copiam Confessarii: seculus daretur occasio, seu via nimis ampla aperiretur res divinas indignè pertractandi. Ita Marchinus, & alij penes ipsum. Unde Bizozerus de Sacram. part. 4. cap. 8. n. 3. sic ait: [Q]uartus casus est, si quis laicus est cum aliis coram Sacerdote, ut se communicet, & tunc recordatur alicujus peccati mortalis, de quo non est confessus; non debet tunc discedere, ne aliis scandalum præbeat; sed debet communicare, deinde confiteri. Ita dicunt Doctores: sed nunc, cum videamus non esse scandalum, quòd mulier, vel vir devotus pluries ad eundem Confessarium eadem die, & hora accedat, imò inde generetur bonum exemplum; non esse admittendus hic casus, nisi

* Alibi in Resolutoribus notrimæ & secundæ hujus Res.

Sup. prima diff. hujus Res. in §. Deinde. Res. 1. post præteritam, & infra in Res. 147. cursum in fine §. 1. & in Res. 162. §. ult. post mediū, verific. Quod etiam, & in Res. 163. §. 1. ad mediū, & in Res. 182. §. ult. & pro contritione in hoc casu, si antea non fuit præmissa Confessio in Res. 185. §. ultim. verif. Pe o. Sup. hæc admiratione cit. sim infra prope finem hujus Resol. vef. a lo mucho. & magis latè infra in Res. 159.

nisi probabile periculum esset de scandalo.] Ita ille. Vide etiam Aversam de Sacrament. Euchar. quest. 8. Dicendum itaque, plerumque non adesse scandalum, utpote si in concursu plurimorum possit quis cautè recedere: si sit ignotus aliis adstantibus: aut si talis qualitatis sit, ut nihil detrimenti in sua fama patiat, & fortasse potius laudem acquirat, si alij cogitent, aut ipsamet fateatur, se ob aliquid sibi in memoriam reductum, velle prius querere Confessarium: sicut & nullam jacturam subit, qui pluries eodem mane conspicitur redire ad Confessarium.

2. Sed ego adhæreo contrariæ sententiæ: jam difficile moraliter videtur in tali casu scandalum vitari posse. Et ita hanc sententiam, præter Suarez, & Fagundez à Marchino relatos, tenet Præpositus in 3. part. quest. 80. art. 5. dub. 4. num. 21. Lessius in 3. part. quest. 80. art. 4. dub. 2. num. 8. & Joannes Wiggers de Sacrament. in 3. part. 9. 80. art. 5. dub. 2. n. 11. ubi sic ait: [Similiter communicare poterit absque Confessione prævia, qui ad Altare positus orans, Sacerdote jam Communionem præparante, incipit recordari alicujus peccati mortalis, nondum confessi, quando sine periculo infamiae, aut notæ, recedere non potest: si tamen solus esset cum Sacerdote, & Sacerdos posset eum absolvi, tunc tenebitur eidem prius confiteri, quia & sine periculo infamiae potest, neque est notabilis indecentia in eo, quod Sacerdos, vel non nihil ab Altari recedat, vel in ipso Altari Confessionem ejus excipiat. Præsertim cum soleat Communio administrari an Sacrum, aut Sacrificium jam quasi peracto.] Ita ille. Et ideò rectè contra Marchinum asserit Hier. Garcias in Summa Theol. moral. tract. 3. diff. 5. dub. 1. punct. 5. num. 49.

[De aqui es, que el que se llega à comulgar, y está ya al pie, ò à la Mesa del Altar, y se acuerda de algun pecado mortal, no por esto tiene obligacion de retirarse, ni llamar alli Confessor, sino hazer acto de contricion, y comulgar, porque se pondria à peligro de infamarse; aunque Marchino es fuereca lo contrario; y prueballo, porque en los seculares el retirarse de aquel lugar, no causaria infamia, pues ay uso dello, y puede aver muchas causas para ello, à lo mucho, causaria alguna admiracion, y esto no basta: trae este Autor por sí à Bonacina, però Bonacina habla en caso, que aun no aya dicho el tal la Confession, ni aurà nota de que se retire, pero si dixo ya la Confession, y veen los circunstancias que ha passado ya à comulgar, digalste lo que quisiere Marchino, que no podra apartarse sin nota.] Hæc ille, & ego. Vide etiam Castrum Palaum tom. 3. tr. 21. disp. unica. punct. 12. n. 7. qui tandem nostram sententiam tenet, & etiam, me citato, Leandrus de Sacram. tom. 2. tract. 7. disp. 7. q. 18.

RESOL. CXLVII.

An teneatur præmittere Confessionem per interpretem, si quis nesciat linguam, & velit sumere Eucharistiam?

Et an vero, qui est in articulo mortis, possit communicare absque prævia confessione, si non potest confiteri absque interprete?

Et advenitur laicum positum ad linteum Communionis, & Sacerdotem post inchoatam Missam esse censendum non habere copiam Confessarii, atque adeo posse cum contritione Missam prosequi, & Eucharistiam sumere. Ex part. 9. tr. 3. Ref. 10.

Sup. hoc in §. 1. Negativè respondeo cum Mercero in 3. part. D. Thom. de Sacram. q. 80. art. 4. dub. 6. Aversa de Sacram. Eucharist. q. 3. sect. 6. & Amico

in Cursu Theolog. tom. 7. disp. 26. sect. 1. num. 17. ubi sic ait: [Tunc tantum censenda est inopia Confessoris, quando, vel simpliciter abest, & spectata qualitate personæ, itineris, & non negotiorum, moraliter adiri non potest: vel, si adest, non habet jurisdictionem: aut non potest absque nota infamiae tali Sacerdoti confiteri: ut quando inchoato Sacro Sacerdos, vel laicus, prope Altare communicatus recordatur peccati mortalis non confessi: in tali enim casu uterque potest absque prævia Confessione, sola contritione præmissa, venerabile Eucharistia Sacramentum sumere. Eadem ratio est, si Penitens non habeat Confessarium ejusdem linguæ, à quo sine interprete intelligi non possit: quia non tenetur penitens adhibere interpretem ad Sacramentalem Confessionem faciendam.] Ita ille. Et nota verba hujus Authoris, qui censet, laicum positum ad linteum Communionis, & Sacerdotem post inchoatam Missam, esse censendum non habere copiam Confessarii, atque adeo posse cum contritione Missam prosequi, & Eucharistiam sumere.

2. An vero, qui est in articulo mortis, possit communicare absque prævia Confessione, si non potest confiteri absque interprete? Affirmativè respondet Magister Serra in 3. part. qu. 80. art. 4. sic asserens: [Secundus casus est, quando morti proximus tenetur Viaticum sumere, & non adest Sacerdos, nisi forte qui non potest absolutionem proferre, quia est mutus; aut qui non valet Confessionem etiam nutibus factam percipere, ac penitentem sine interprete intelligere; tunc enim licitè potest Eucharistiam accipere absque Confessione cum sola contritione peccati mortalis, cujus habet conscientiam.] Ita Serra. Sed de hoc alibi à nobis actum est.

RESOL. CXLVIII.

An quis in periculo vite possit sumere Eucharistiam absque prævia confessione?

Et pro praxi hujus questionis adducuntur aliqui diversi casus in §. 1. hujus Resolutionis.

Et docetur, quod quando quis morti proximè tenetur Viaticum sumere, & non adest Sacerdos, nisi forte qui non potest absolutionem proferre, quia est mutus, aut qui non valet Confessionem etiam nutibus factam percipere, ac penitentem sine interprete intelligere, tunc enim licitè potest Eucharistiam accipere absque Confessione cum sola contritione peccati mortalis, cujus habet conscientiam. Ex part. 9. tract. 3. Ref. 16.

§. 1. Respondeo affirmativè cum Leandro de Sacram. tom. 2. tr. 7. disp. 7. q. 22. Læsius in 3. part. q. 80. art. 4. dub. 2. num. 8. & aliis communiter. Unde, me citato, sic asserit Garcias in Summa, tract. 3. diff. 5. dub. 1. punct. 5. num. 35. [Hablando pues de la necesidad urgente. El primero caso es, el artículo de muerte, quando insta el precepto divino de comulgar: sabe, y ve un Sacerdote, que se está muriendo, ò por aver tomado veneno, ò por algun accidente natural, ò violento, no ay presente Confessor alguno, pideffe, que si podrá ir al Sagrario, y comulgarste, aunque este en pecado mortal, con solo acto de contricion, ò si está parà poder dezir Missa, si podrá hazerlo sin confesarste, con sola contricion; ò finalmente aunque este sano, si podrá dezir Missa sin confesarste, por consagrar una forma para un enfermo, que se muere, y no ay reservada en el Sagrario. Respondo con la comun de los Doctores, que puede en todos los casos referidos, y muchos Autores, y entre ellos Valquez

Sup. hoc infra in Ref. 162. §. 1. ad medium, lege doctrinam vers. quem habet ibi solum.

Sup. hoc supra in §. 1. hujus Ref. paulo post initium, vers. Tertio levis. & magis late infra in Ref. 159.

quez estien den esto al Diacono, y aun al secular: de fuerre, que en este caso un Diacono puede comulgar un secular, sin que preceda Confession en el, y a fortiori podrá el mismo Diacono, como que da dicho del Sacerdote, y Suarez, Coninch, Filiucio, y Layman, a quienes refiere, y signe Diana part. 3. r. 4. ref. 47. afirman, que en este caso podrá un secular comulgarse a si mismo, si no ay Sacerdote, que le confesse, y comulgue: y aun Layman, Coninch, Valencia, y Diana dizen, que podrá en este caso un secular dar la Communio a otro secular a imitacion de la Reyna de Escocia, quando la hizo martirizar Isabella, y no disiente dello novissimè Tamburinus in 2. edit. tom. 2. disp. 2. q. 2. num. 4. La razon dellos es, porque todo esto no repugna al derecho natural, divino, ò eclesiastico, ni ay ley que lo prohiba, porque el cap. Pervenit. de consecr. d. 2. donde se prohibe a los seculares, y a las mugeres administrar este Sacramento, habla en caso fuera de necesidad, y no quando esta insta. Ni obsta contra esto la costumbre en contrario, lo uno, porque por lo menos en España a penas ay cortijos, donde no aya Sacerdote, y assi esto es de raro contingentibus, y no es mucho no se use lo otro, que muchas cosas se dexan de hazer, no porque no puedan hazerle licitamente, sino por evitar admiracion, y novedad. La razon de todo lo dicho es, porque en este caso de muerte, y recibefe la Communio por modo de Viatico, para lo qual no es necesario estar ayuno, por otra parte insta el precepto divino, y no ay ocasion de confessar; luego concurren ya todas las condiciones, que pide el Concilio Tridentino, luego bien puede uno celebrarlo, ò comulgarse, sin que preceda Confession, aunque este en pecado mortal con solo, que haga acto de contricion.] Ita ille.

2. Hinc Serra in 3. part. quest. 80. artic. 4. docet, quòd, quando quis morti proximus tenetur Viaticum sumere, & non adest Sacerdos, nisi forte, qui non potest absolutionem proferre, quia est mutus, aut qui non valet Confessionem etiam nutibus factam percipere, ac poenitentem sine interprete intelligere: tunc enim licitè potest Eucharistiam accipere absque Confessione cum sola contritione peccati mortalis, cujus habet conscientiam.

RESOL. CXLIX.

An simplex Sacerdos, deficiente copia Confessarij, possit celebrare contritus, dum iter facit propter Missam precepti, quam tenetur audire, modo deficiat Missa, quam ab alio possit audire? Et curissimè inferitur, an in dicto casu teneatur cum sola contritione celebrare? Ex part. 2. tractat. 14. Resolut. 63.

§. 1. Respondeo affirmativè; quod intelligendum est, modò deficiat Missa, quam ab alio possit audire. Ita Rodriguez in summ. tom. 1. cap. 247. num. 6. Vega in summ. tom. 2. c. 41. cas. 4. Tolletus lib. 2. cap. 15. §. major. diffi. Henrici, lib. 8. c. 48. num. 8. Sylvester ver. Eucharist. 2. §. 7. Adrian. in 4. disp. 19. quest. 4. conclus. 10. quicquid in contrarium asserat Corduba in summ. qu. 142. Sot. in 4. dist. 13. quest. 2. art. 6. & novissimè Coninch de Sacrament. quest. 80. art. 4. dub. 2. n. 17. Villalobos in summ. part. 1. tractat. 7. dub. 37. num. 2. Filiucius tom. 1. tract. 4. cap. 8. num. 217. Pesantius in addit. ad 3. part. quest. 10. disp. 5. de precepto confessionis. Fernandez in exam. Theolog. moral. part. 3. cap. 5. §. 8. num. 2. Suarez in 3. part. tom. 3. disputat. 67. sect.

4. qui tamen nostram sententiam vocant probabilem.

2. Nec valet dicere, quòd præceptum de præmittenda confessione ante communionem, est præceptum divinum. Præceptum autem audiendi Missam in die festo, est Eccllesiasticum; ergo fortius debet esse illud, quàm istud, atque ideo necessitas implendi præceptum Missæ, non debet excusari ab obligatione divini præcepti. Nam respondetur, esse nonnullos casus, in quibus propter probabiles rationes, hinc inde occurrentes, possit Sacerdos eligere, quam partem maluerit, & hunc casum, de quo loquimur, esse ex illorum numero, quia Concilium sess. 13. cap. 7. & Doctores dicunt, si urgeat necessitas, & copia Confessarij defit, id esse licitum. Adde, quod probabile est, secundum Concil. ubi supra, hoc præceptum de præmittenda confessione esse tantum juris humani.

3. Sed dices, si Sacerdos in tali casu potest cum sola contritione celebrare, ergo tenetur. Respondet minimè, nam sequi potest opinionem negantem cum Suarez, & aliis.

Sup. hoc late, supra in Ref. 140. a §. His suppositis. & in aliis ejus not.

RESOL. CL.

An talis Sacerdos simplex, etiam non Parochus, possit celebrare Missam sine prævia confessione, dum non adest Sacerdos, ut alij Missam audiant, & non est alius, qui celebret? Ex quo breviter deducitur posse Sacerdotem in articulo mortis, si non adest copia Confessarij, celebrare contritum, ut agrotus præceptum Communionis adimpleat. Ex part. 2. tract. 14. Ref. 64.

§. 1. Negativè respondet Pesantius in addit. ad 3. part. quest. 10. disput. 5. de precepto confess. Suarez tom. 3. in 3. part. disp. 67. sect. 4. Et ratio est, quia alij non peccabunt, si ipsè Missam non celebret.

Sup. hoc leg. doctri. nam Ref. seq.

2. Sed ego contrariam sententiam semper tenui, quia, ut supra probatum est, talis Sacerdos iter faciens, potest contritus Missam dicere, propter adimpletionem præcepti Eccllesiastici dicendi, vel audiendi Saerum. Ergo potest dicere Missam, ut alij supradictum præceptum adimpleant, & quando urget præceptum, necessitas proximi reputanda est tanquam propria. Nec valet dicere cum Suarez, quòd alij non peccabunt, si Sacerdos non celebret. Nam respondetur, posse Sacerdotem in articulo mortis, si non adest copia Confessarij, celebrare contritum, ut agrotus præceptum communicandi adimpleat, & tamen si Sacerdos in illo casu minimè celebraret, agrotus quidem non peccaret. Unde satis probabilis est nostra opinio, licet contraria sit etiam probabilis.

Sup. hoc in Ref. rot. præterea. §. Ni obstat, & seq. & infra in Refol. 115. & in aliis ejus primæ annotation.

RESOL. CLII.

An Sacerdos possit celebrare, si non adsit copia Confessarij, ut ipse, vel alij satisfaciant præcepto audiendi Missam? De Parocho non est dubitandum. Ex part. 9. tract. 3. Resolut. 9.

§. 1. DE Parocho non est dubitandum. Difficultas est de aliis Sacerdotibus. Et negativè respondet nominatim contra me Pater Averfa de Sacram. Eucharist. quest. 8. sect. 6. Castrus Palaus tom. 4. tract. 21. disp. unica. punct. 12. num. 7. ubi sic ait: [Ob Saerum ex obligatione audiendum, verius

Sup. doctri. na contenta in hac Ref. lege duas Ref. præteritas.

rius existimo, te non posse celebrare Confessione non præmissa. Neque enim te excusare potest à præmittenda Confessione carentia fructus, quam ex Sacrificio percipere posses. Hunc enim alio die facile compensare poteris absque illa Indulgentia; alias posses quotidie celebrare nulla alia necessitate intercedente, ne priveris Sacrificij fructu, quod nullus admittit. Neque item excusari potes ob satisfaciendum Præcepto Ecclesiastico audiendi Sacrum: quia hoc Præceptum non obligat, nisi cum Sacrum peragi potest ritu ab Ecclesia præscripto. Non igitur ob hanc causam celebrare potes omiſsa Confessione.] Ita ille, qui citat Suarez, Coninch, Layman, Filiucium, & alios.

2. Probatur hæc opinio Primò, ubi concurrunt duo Præcepta, humanum, & divinum, quæ observari simul eodem tempore non possunt, certè divinum humano est præferendum: sed præceptum audiendi Sacrum in die Festo est solum humanum, & illud de præmittenda Confessione post mortale ante celebrationem est divinum: ergo non licebit non Parocho celebrare, ut ipse, vel alij Missam in die Festo audiant. Secundò, utilitas spiritualis aliena, cui succurrere ex officio non debes, non est justa causa omittendæ Confessionis ante Missam post mortale; secus in Parocho, qui ex officio oves suas pascere tenetur. Tertio, cessat Præceptum audiendi Missam in die Festo, si desit Sacerdos, qui illam celebret: ergo cessabit etiam, si is solus adit Sacerdos, qui habeat mortalis culpæ maculatus, & carens Confessario, non potest illam dignè, & aptè celebrare. Hæc opinio est satis probabilis.

Alibi in Resolutionibus not. præterita.

3. Sed alibi affirmativam sententiam probabilem etiam existimavi, & nunc iterum existimo, & illam ut probabilem etiam admittit Lessius in 3. part. qu. 80. art. 4. dub. 2. num. 8. Adamus Tannerus tom. 4. disp. 5. quest. 8. dub. 2. numer. 41. & me citato Trullench de Sacram. lib. 3. cap. 6. dub. 4. n. 17. & idè non deseram hic apponere verba Hieronymi Garcias in Summa Theolog. moral. tract. 3. difficult. 5. dub. 1. punct. 5. num. 43. sic, me citato asserentis: [Digo lo secundo, aunque es muy provable, que no puede un Sacerdote particular celebrar sin confesarse, para que el, & otros cumplan con el Precepto de oyr Missa: pero tambien lo es, que puede el Sacerdote simple, sin que preceda Confession, celebrar Missa, para que la oygan los vezinos de su lugar, y el cumpla con el Precepto sy lo mismo digo, quando va camino, quando no huviesse otra Missa, que pudiesse oyr el, y los otros, que la acompañan, o se hallan presentes. La razon es, porque entonces insta el Precepto, y la necesidad del proximo, se ha de tener en tal caso por propria, supuesto que es en orden à la salud espiritual, Confirmasse, porque si este tal fuesse Parocho, podria, como queda provado en la conclusion passada, aunque no huviesse nota ni infamia, luego lo mismo puede el Sacerdote simple en el caso presente, aunque no sea Parocho. Pruevo la consecuencia, porque si los Parochianos tienen derecho para pedir pasto espiritual à su Parocho, tambien los Christianos tienen derecho para pedirlo à qualquier Sacerdote, quando lo puedo dar libremente, luego ambos pueden; à mas de que en aquello da buen exemplo el simple Sacerdote, y si no dize Missa, por maravilla se escapa, & de nota, & de mal exemplo, pues nadie ignora, que los Sacerdotes celebran cada dia, y si no lo hazen sin causa manifesta, siempre dan que sospechar.

Sup. hoc in fine Ref. præterita, & infra in Ref.

4. Ni obsta dezir con Suarez, que los oyentes en tal caso estaran escusados, y que no pecaran: porque si esto valiesse, tambien podriamos dezir, que en el

articulo de muerte no pecaria uno dexando de comulgar, si el Sacerdote no quisiesse celebrar, para darle el Viatico, (supponemos que no tiene formas consagradas,) y con todo esso puede el Sacerdote celebrar para darle el Viatico: luego el estar uno escusado del Præcepto de oyr Missa, no quita que pueda dezirla el Sacerdote con solo acto de contricion, por solo que otros la oygan.] Ita ille, cui adde etiam Adamum Opatovium de Sacram. tract. de Euchar. disp. 8. q. 3. num. 18.

5. Probatur itaque hæc opinio. Primò: quia quando urget Præceptum, & necessitas proximi, reputanda est propria, quando ea necessitas est in ordine ad salutem. Nec refert, quòd alij non peccabunt, si in ea circumstantia Sacerdos non sacrificet: quia etiam quando proximus est in articulo mortis, & urget Præceptum divinum communicandi, si Sacerdos tunc habens peccatum mortale non sacrificet ad eum communicandum: ægroto quidem non peccabit; & tamen tunc dicimus, posse prædictum Sacerdotem in eo casu contritum Missam celebrare: non ergo ratio necessitatis sumenda est ex peccato, vel non peccato proximi præcisè. Secundò: quia ipse Sacerdos, dum iter facit, potest contritus celebrare, si desit copia Confessarij, qui illum audire possit, cum obligat Præceptum Ecclesiasticum dicens, vel audiendi Missam in die Festo. Tertio, quia, si esset Parocho, posset id licitè efficere, ut docet Suarius: ergo & non Parocho: nam, si Parochiani habent jus ad petendum pastum spiritualem à suo Parocho, etiam Christiani habent jus illud petendi à quocumque Sacerdote, quando liberè illum dare potest: & denique, quia si Sacerdos in die Festo, urgente Præcepto audiendi, vel dicens Sacrum, deficiente copia Confessarij id potest efficere, id etiam poterit licitè efficere, quando eadem necessitas urget proximum, cum necessitas proximi pro necessitate propria reputanda sit. Unde immeritò quidam Theologus olim mihi dixit, hanc sententiam esse nimis laxam: est quidem benigna, sed satis probabilis, & tuta in praxi, ut ex allatis rationibus probat Fagundez Præcept. 3. lib. 3. capit. 9. num. 13. & fatetur Mercerus de Sacrament. quest. 80. dub. 2. num. 3. in fine, & alij Doctores contrarie sententia: unde Leandrus de Sacrament. tom. 2. tract. 7. disp. 7. quest. 26. dixit, Eminentiſſimum Cardinalem de Lugo immeritò hanc sententiam improbabilem vocasse, & idè ipse, me citato, nostram sententiam, tanquam probabilem, tenet.

RESOL. CLII.

An Sacerdos, ut ipse, & alij adimpleant præceptum Paschale, possit absque prævia confessione celebrare?

Ex quo inferitur aliter dicendum esse de Communionis debita ex voto, aut etiam ex præcepto. Ex part. 5. tract. 13. & Misc. 1. Resol. 63.

§. 1. **N**egativa sententia probatur, quia lex Ecclesiastica non obligat ad communionem, nisi quando debito, & legitimo modo haberi potest, & ita docet Sylvius in 3. part. quest. 80. art. 4. dub. 2. & Suarez, cum quo his diebus quidam Theologaster (credo quòd alium authorem non habebat) ita mordicus hanc sententiam tenebat, ut affirmativam, quam ego consului, improbabilem non dubitavit vocare.

2. Sed toto casu erravit. Dico igitur probabilis in tali casu Sacerdotem posse celebrare cum sola contritione, & laicos communionem accipere, & ita docet

docet Henriq. lib. 8. c. 46. n. 4. Coninch. de Sacram. q. 80. art. 4. dub. 2. n. 17. & Joan. de Lugo de Sacram. Euchar. disp. 14. sect. 5. n. 116. quia præceptum illud Ecclesie de communione, non est purè Ecclesiasticum, sed est præceptum Divinum determinatum ab Ecclesia quoad tempus. Quare sicut urgente præcepto divino viatici sumendi noluit Deus obligare ad Confessionem præmittendam, si non est copia Confessarij; sic urgente præcepto divino Communio- nis etiam extra mortis articulum idem credi potest; præsertim cum præceptum divinum Communio- nis extra mortis articulum respiciat etiam necessitatem, quam habemus illius cibi, quem quia necessarius ad sustentationem animæ spirituale, ideo præcipit nobis Deus illum aliquandiu in vita sumere. Ergo hoc præceptum etiam extra mortis articulum debebat permittere Communem absque confessione, quando non esset copia sacerdotis, utpote præceptum de cibo necessario, & de re necessaria, & hæc omnia docet Lugo ubi supra, qui etiam optime infert aliter dicendum esse de Communione debita ex voto, aut etiam ex præcepto.

RESOL. CLIII.

An ad implendum præceptum annuæ Communio- nis, possit quis celebrare, vel communicare sine prævia confessione?
Et notatur, quod probabiliter potest quis elicere actum contritionis, & celebrare, vel communicare sine prævia confessione, quando cum peccatis non reservatis habet peccatum reservatum, & adest Confessarius, qui solum habet potestatem in non reservatis? Ex p. 4. tr. 4. & Miscell. Ref. 96.

Sup. hoc in §. 1. Pote aliquid in tali casu, si conscius est peccati mortalis, non habens copiam Confessarij, elicere actum contritionis, & celebrare, vel communicare, docet Henriq. lib. de Euchar. c. 46. n. 4. qui plures citat in gloss. lit. M, & hanc opinionem non esse improbabilem docet Præpos. in 3. p. q. 80. art. 5. dub. 3. n. 19.
2. Sed contrariam sententiam tenet Nugnus in 3. p. q. 80. art. 4. diff. 2. circa fin. Sot. in 4. dist. 12. q. 1. art. 4. & Suar. rom. 4. disp. 66. sect. 4. quia sola adimpletio humani præcepti non videtur sufficientem necessitatem præbere, neque præceptum huma- num obligat, quo casu non potest adimpleri conveni- enter & conformiter juri divino, & de hac quæ- sitione ego alibi etiam latius dicturus sum.
3. Notandum est tamen hic obiter cum Præposito ubi supra, n. 17. quod probabiliter potest quis elice- re actum contritionis, & celebrare, vel communi- care sine prævia confessione, quando cum peccatis non reservatis habet peccatum reservatum, & adest Confessarius qui solum habet potestatem in non reser- vatis, nam cum secundum aliquos, ut alibi dictum est, hujusmodi Confessarius in illa circumstantia non possit absolvere, probabiliter tunc quis potest secundum illam se dirigere, & judicare in tali casu non adesse copiam Confessarij, quando scilicet ur- get necessitas communicandi.

RESOL. CLIV.

An si quis tempore Paschatis non haberet copiam Confessarij, possit celebrare, vel communicare non præmissa mortali confessione?
Ex quo inferitur, quod quando concurrunt duo præcepta alterum Ecclesiasticum, & alterum divinum in- compatible. Divinum est observandum, & ex- Tom. I.

cusatur homo à præcepto Ecclesiastico. Etiamque deducitur ut, quis adimpleat præceptum Ecclesiasticum de confessione annua, potest confiteri non integrè, si nullus sit Sacerdos, cui possit integre confiteri, quamvis integritas Confessionis sit præcepti divini. Et an hoc præceptum de præmittenda Confessione ante celebrationem sit tantum juris humani? Ex part. 9. tract. 3. Ref. 18.

§. 1. Negativam sententiam docet Suar. in 3. p. rom. 3. disp. 66. sect. 4. & Magister Serra in 3. D. Thome, q. 80. art. 4. ubi sic ait: [Nonnulli recentiores in hoc secundo casu necessarium esse dicunt scandalum; in primo tamen non requiri, sed sufficere necessitatem præcepti Communio- nis, quia quamvis sit juris humani, & præceptum de præmit- tenda Confessione juris divini, potest, ut illud im- pleatur, mulier prædicta communicare non præmissa Confessione: sicut & quis impleat præceptum Ecclesiasticum de Confessione annua, potest confiteri non integrè, si nullus sit sacerdos, cui possit integre con- fiteri, quamvis integritas Confessionis sit præcepti divini: Sed ego nullam, quantum ad hoc, video dif- ferentiam inter primum, & secundum casum. Unde Magister Soto in 4. dist. 12. q. 1. art. 4. & alij dicunt, in utroque casu consulendam esse rationem scanda- li, & non sufficere necessitatem præcepti Ecclesi- astici: quia quando concurrunt duo præcepta, alterum Ecclesiasticum, & alterum divinum, non compatibi- lia, divinum est servandum, & excusatur homo à præcepto Ecclesiastico; quapropter nec in casu pro exemplo adducto, si nullum esset scandalum in omissione præcepti annuæ confessionis, posset ho- mo confiteri non integrè; sed Confessionem differ- re debet, quousque esset sacerdos, qui integrè con- fiteri posset.] Hæc ille, cui adde, præter citatos, Pi- tiganum dist. 9. q. 1. art. 12. D. Antonin. p. 3. tit. 13. c. 6. §. 7. Nugnum in 3. part. q. 8. art. 4. Joan. de la Cruz in direct. conscientie, p. 1. de Euchar. q. 5. dub. 1. concl. 2. Adamum Tannerum tom. 4. disp. 5. quæst. 8. dub. 2. n. 41. & alios penes ipsos.

2. Sed ego magis affirmativæ sententiæ adhæreo cum Toletio lib. 2. c. 25. ubi dicit in necessitate im- plendi Præceptum Ecclesie, & defectu copie Con- fessarij, posse quendam accedere ad mēsam contri- tum cum voto Confessionis faciendæ habita occa- sione. Idem docet Leandrus de Sacram. tom. 2. tr. 7. disp. 7. q. 17. Fagundez Præcept. 3. lib. 3. c. 9. n. 15. & me citato Averfa de Sacram. Euchar. q. 8. sect. 6. Lugo disp. 4. num. 116. & Coninch in 3. part. q. 80. art. 4. dub. 2. num. 17. ubi sic asserit: Melius tamen credo facturum, qui in Paschate celebraret con- cepta contritione. Tum, quia hoc præceptum majo- ris est momenti, & rariùs datur ista occasio sine con- fessione celebrandi, ac durum videtur talem hominem tunc temporis arce- re à Communione, quam omnes fideles percipiunt; maximè cum probabile sit, hoc Præceptum de præmittenda Confessione tantum esse juris humani. Confirmatur, quia, ut im- pleam Præceptum de Confessione annua, possum confiteri non integrè, si nullus sit sacerdos, cui pos- sim integrè confiteri; cum tamen integritas Con- fessionis sit Præcepti divini. Ergo, similiter potero communicare non præmissa confessione, ut impleam Præceptum de annua Communione, cum hoc non sit minoris momenti, quam illud.] Ita Coninch. & ita hanc sententiam non audent improbare Do- ctiores contrarij, ut Tannerus, & alij ubi supra citati. Si tamen aliquis in Paschate non habens copiam Confessarij nollet communicare, adhærendo sen- tentiæ negativæ, quòd in tali casu non liceat, ego

Sup. hoc in duabus præcedentibus Ref.

Sup. hac doctrina in to. 2. tr. 1. Ref. 134. prope finem §. 1. & ibi in tr. 2. Refol. 74. §. Restat.

Sup. hoc la- te supra in Ref. 140. & in aliis ejus annot.

R. illum

illum non damnarem, cum sequeretur sententiam satis probabilem, quam tenent viri doctissimi. Itaque, si casus occurrat, potest quis vel non communicare, vel si vult, communicet; præmissa tamen contritione de peccatis commissis.

RESOL. CLV.

An Sacerdos ad dandum Viaticum moribundo possit celebrare absque prævia confessione?

Ex quo à fortiori infertur, quod si Sacerdos, hausto inscienter veneno, deficiente copia Confessarij, sentiat paulatim vires sibi deficere, & mortem appropinquare, poterit quidem huiusmodi Sacerdos cum conscientia peccati mortalis, præmissa contritione, Missam celebrare absque confessione, ut seipsum communicare possit in eo mortis periculo, & etiam non jejunos in dicto casu.

Et apparet dispar ratio, quare sine vestibus non liceat celebrare pro dando Viatico infirmis, & liceat celebrare sine prævia confessione. Ex part. 9. tract. 3. Ref. 17.

Sup. conten-
to in hoc, &
seq. § supra
in Ref. 148.
à lin. 5. &
pro parte,
cursum in
fine Ref.
150. & in
Ref. 151. §.
Ni obita. &
in tom. 2. r.
1. Ref. 134.
§. vlt. in prin-
cipio.

§. 1. **N**egativè respondet Ochagavia de Sacram. Euchar. tract. 2. quest. 9. n. 5. ubi sic ait: [Non tamen probabilem iudicio sententiam Henricus in Summa, tom. 2. lib. 8. de Eucharist. cap. 47. asserentis, debere Sacerdotem sine præmissa Confessione suorum mortalium celebrare, cum ægrotus constitutus est in articulo mortis, & tenetur Sacram Communionem recipere, quia tunc non currit præceptum Communionis, cum non sit copia Sacramenti, quia Sacerdos nequit celebrare nisi debito modo, ut non posset Sacerdos ob eam causam sine vestibus sacris celebrare.] Ita ille.

2. Sed sententia Henricus non solum est probabilis, sed tenenda. Et ideò assero cum Fagundez Præcept. 3. lib. 3. c. 9. num. 4. ex Suarez, quod si necessitas proximi in articulo mortis urgeat, ita ut necessarium sit Sacrum facere, & hostiam consecrare ad illum communicandum, & non detur copia Confessarij, rectè poterit sacerdos, habens conscientiam peccati mortalis, habita contritione, celebrare: quia illa necessitas proximi eo casu, ut propria reputanda est, iuxta illud: *Diliges proximum tuum, sicut teipsum.* Et ratio est: quia jam tunc dantur prædictæ duæ conditiones requisitæ ad celebrandum, & communicandum absque Confessione, nempe, necessitas urgens, & defectus copæ Confessarij: & parum refert, quod illa necessitas non sit propria, sed proximi, cum pro propria habenda sit. Ex his à fortiori infertur, quod si Sacerdos hausto inscienter veneno, deficiente copia Confessarij, sentiat paulatim vires sibi deficere, & mortem appropinquare; poterit quidem huiusmodi Sacerdos cum conscientia peccati mortalis, præmissa contritione, Missam celebrare absque Confessione, ut seipsum communicare possit in eo mortis periculo: imò nec solum jejunos; sed etiam post cibum, & non jejunos in eo casu ut seipsum communicaret, celebrare potest. Et ratio est: quia tunc communicat per modum Viatici: quo casu permittitur Communio non jejunis; & quia non datur copia Confessarij, & aliunde urget præceptum divinum communicandi in articulo & periculo mortis; atque adeò concurrunt prædictæ duæ circumstantiæ requisitæ, urgens necessitas, & defectus copæ Confessarij.

3. Nec obstat dicere in favorem Ochagavie, quod prohibitio celebrandi sine vestibus est de jure positivo; prohibitio autem celebrandi absque prævia Confessione est de jure divino. Ergo, si ad dandum Viaticum moribundo, non est licitum celebrare

absque vestibus sacris; à fortiori non erit licitum celebrare sine prævia Confessione. Respondeo, quod irreverentia celebrando sine vestibus sacris non potest in nostro casu aliunde compensari; irreverentia verò celebrando sine prævia Confessione potest compensari aliunde, nempe, per contritionem. Ergo est dispar ratio inter utrumque casum. Unde apparet, quare sine vestibus non liceat celebrare pro dando Viatico infirmis, & liceat celebrare sine prævia peccatorum Confessione. Vide alias rationes penes Cardinalem Lugo de Sacrament. Eucharist. disputat. 14. sect. 5. num. 108. & seq. Et ita nostram sententiam affirmativam contra Ochagaviam tenet etiam Adamus Tannerus tom. 4. disput. 5. q. 8. dub. 2. num. 36.

RESOL. CLVI.

An Sacerdos, si nō adsit copia Confessarij, possit absque prævia confessione perficere Missam, in qua hostia consecrata celebrans mortuus est?

Et an ad hoc teneatur?

Et advertitur, quod seposito scandalo Sacerdos in mortali constitutus possit excusari à Sacrificio alterius perficiendo, si moraliter vix possit contritionem elicere. Ex part. 9. tr. 3. Ref. 14.

§. 1. **A**D hunc casum respondet Joannes Præpositus in 3. part. D. Thom. q. 80. ar. 5. dub. 3. n. 19. [Si post consecrationem, etiam unius speciei, celebrans moriatur, vel deficiat, nec adsit alius, qui Sacrificium perficiat, præter Sacerdotem peccatorem, hic potest, & tenetur, etiam non præmissa Confessione, (quam suppono non posse instituire,) Sacramentum perficere, & communicare: nam major est obligatio Sacrificij perficiendi, quam præmittendi Confessionem communioni, & absolute censetur grave, quod Sacrificium imperfectum remaneat: unde necessitas illius complendi abundè sufficit, ut possit aliquis omnia Confessione communicare.]

2. Adverte tamen, quod, seposito scandalo, Sacerdos in mortali constitutus possit excusari à Sacrificio alterius perficiendo, si moraliter vix possit contritionem elicere: nam, quamvis homini non desit divinum auxilium ad huiusmodi contritionem elicendam; interdum tamen potest ita multis mortalibus implicari, & tam diuturna peccandi consuetudine, ut sit illi difficillimum, & moraliter impossibile, perfectam contritionem elicere: quo casu, cum non offerat imperfectum Sacrificium, sed ab alio inchoatum relinquat imperfectum, ad quod perficiendum non tenetur, si non possit cum dispositione necessarii requisita, videtur, quod non teneatur Sacrificium ab alio inchoatum perficere, si, moraliter loquendo, vix possit adferre congruam dispositionem, sed quod possit relinquere imperfectum, circa quam imperfectiorem solum permissivè se habet.] Hac omnia Præpositus, qui citat Sotum, & Toletum.

RESOL. CLVII.

Enumerantur casus, in quibus tenetur Sacerdos præmittere confessionem adversus alios contrarii sentientes. Ex quo deducitur, quod quando privilegium est necessarium ad servandum aliquod præceptum divinum, tenetur homo uti privilegio, ut servet illud; quando verò præceptum est humanum, probabilis est sententia, quod non tenetur homo uti privilegio; ut si sit cessatio à Divinis in aliqua Civitate, & concedatur facultas alicui Ecclesie, ut in ea agatur res Sacra, tunc probabile est, quod non tenetur populus audire Missam. Ex part. 9. tract. 3. Ref. 13.

§. 1. Pp

Sup. hoc si
gnanter in
Ref. 1. nor.
præteritæ,
paulo post
initium, & in
tom. 3. tr. 1.
Ref. 1. §. Et
in uno.

§. 1. POnitur casus, quando sacerdos est Religiosus, & solum habet presentem sacerdotem laicum, & habet aliqua peccata gravia cum aliqua infamia, tunc dicit Summa Rosella *verb. Communio*, quod potest communicare sine Confessione ad vitandam infamiam suae Religionis. Sed hoc mihi videtur improbable, quandoquidem parva, vel nulla sequitur infamia Religionis.

2. * Alius casus ponitur à quibusdam, quando, scilicet, aliquis habet, presentem sacerdotem, cui potest confiteri ex privilegio; vult tamen communicare sine Confessione, quoniam non vult confiteri nisi proprio sacerdoti. Et probatur ista sententia: quia nullus tenetur uti privilegio: sed confiteri tali sacerdoti est privilegium: ergo non tenetur illi confiteri. Sed etiam casus iste est improbabilis; quoniam talis communicans habet presentem sacerdotem sufficientem; ergo habet copiam Confessoris.

3. Ad argumentum verò in oppositum factum distinguitur major propositio: quando privilegium est necessarium ad servandum aliquod præceptum, negat: alia transeat: præcipue quando præceptum est divinum; quoniam quando illud præceptum est humanum, probabilis est sententia, quod non tenetur homo uti privilegio: ut servet illud: ut si sit cessatio à divinis in aliqua civitate, & concedatur facultas alicui Ecclesiae, ut in illa agatur res sacra, tunc probable est, quod non tenetur populus audire Missam, quoniam secundum leges cessationis à divinis sunt excusati, & est privilegium, quod celebratur in illa Ecclesia, quò privilegio dicitur probabiliter, quod non tenetur uti. Et hæc omnia notat Nugnus in 3. p. tom. 1. q. 80. art. 4. diff. 2.

4. Notandum est etiam, quod non est censenda Confessoris inopia ex eo tantum, quod deest proprius, cui possit devotius, & utilius confiteri, contra Sylvest. *Eucharist. 3. q. 1. 4.* qui tamen hoc sub dubio allerit, pro quo citat Richardum, qui in 4. dist. 17. art. 3. *quest. 6.* id expresse docet. Ratio autem est: quia reverentia huic sacramento debita prævalet privatae utilitati, & devotioni. Neque etiam censenda est Confessoris inopia: quia tantum adest sacerdos, cui non nisi ex privilegio confiteri potest; nam reverà in tali casu non deest copia Confessoris; proinde teneris in eo evenit uti privilegio ad observantiam huius præcepti. Sicut teneris eo uti ad præceptum annuæ Confessionis servandum. Et ita docet Amicus in *Curs. Theol. tom. 7. disput. 26. sect. 2. n. 14.* Et circa omnia *superius* dicta unde etiam Averlam de *Sacram. Eucharist. quest. 6. sect. 8.* & Fagundez de *præcept. Ecclesiae, præcept. 3. lib. 3. c. 9. num. 17. & 18.*

5. Aliqui etiam ponunt alios casus, sed malè, de quibus sic ait Garcias, in *sum. mor. tr. 3. diff. 5. dub. 1. punct. 5. n. 47.* [Algunos Autores estien den la doctrina pueña otros quatro casos. El primero, al sacerdote porre, el qual por non privarle de la limosna de la Missa para passar, dizenque puede celebrar con solo acto de contricion, no aviendo Confessor. El segundo, al Capellan, à quien le obliga su Capellania à celebrar. El tercero, quando ay cuerpo presente, se ha de dezir Missa de die obitus, y no ay otro que la diga. El quarto, quando ay bodas, y se ha de dezir Missa nupcial; però la comun de los Doctores non admite estos casos, sino huviere infamia, ò nota en la omision, porque lo demas seria abrir la puerta à la relaxacion, y dar ancha mano para dexar de confessarse, y assi fi no ay infamia, o otras circunstancias que excusen precisamente, los casos pueños no bastan.] Ita ille. Itaque non est extendenda licentia celebrandi absque Confessione ad

Tom. I.

hos casus. Primò, quando pauper sacerdos habet jus præter finem boni communis sacrificij, ut accepta stipe sustentetur ex Missa. Ita ex aliorum opinione docet Henricus lib. 8. *Euchar. c. 46. n. 6.* & citat ad marginem, *litera T. Tabien. verb. Missa, §. 31.* & dicit ibi, ita expresse tenere Sylvest. *verb. Eucharistia 2. §. 7.* Sed ego perattentè legi Sylvestrum, & expresse non reperire: nec talem necessitatem probò; quia jus stipis ad sustentationem præcisè sumptum non est causa sufficienter excusans; & alioqui nimia licentia daretur sacerdotibus ad celebrandum sine Confessione; & idèd meo iudicio censeo, in eo casu nunquam esse excusandum sacerdotem à gravi irreverentia, & sacrilegij peccato. Secundò, si sacerdos teneatur ex obligatione capellaniae, aut ex ea obligatione, quam quidam sacerdotes habent, dicendi triginta Missas continuas. Ita docent Sylvest. & Henricus citati. Verùm ex præcisà hac obligatione, nisi alia circumstantia excusantes occurrant, hunc sacerdotem non excusabo à gravi peccato sacrilegij: quia, ut modo dixi, jus stipis ad sustentationem sacerdotis non censeri debet necessitas sufficienter excusans, alioqui daretur magna licentia sacerdotibus sacrum hoc mysterium contemnendi, & minus reverenter tractandi: tunc autem illum excusabo, quando etiam incidere in occasionem generandam, asciscendamque sibi infamiam, si non celebraverit. Addunt aliqui, etiam pro benedictione nuptiali danda sponis, posse quoque sacerdotem, si desit copia Confessoris, contritum Missam celebrare; quia obligatio accipiendae benedictionis, & dandae, dum petitur, videtur causa satis urgens, ad excusandam obligationem præcepti divini præmittendi Confessionem ante Communionem.] Ita Henricus allegatus. Nam, quamvis ille id referat ex aliorum opinione, tamen id non improbat, neque in textu, neque ad marginem; quare videtur hanc necessitatem approbare: quia illius mos est, statim vel in textu, vel in margine improbare, quæ non approbat; & sic consequenter dicendum est, illum numerosos casus approbare, cum similiter eos non improbat. Verùm ego etiam hanc necessitatem non probò; quia obligatio suscipiendi benedictionem nuptialem, iuxta meliorem opinionem, non obligat nisi sub veniali tantum, nisi fortè in eo casu contingeret sibi infamiam, non celebrando, maxime presentibus multis, qui ipsos sponso sociarent. Et hæc omnia docet Fagundez *ubi supr. num. 8.* licet contra ipsum Leandr. de *Sacram. tom. 2. tr. 7. q. 32.* teneat, Sacerdotem, qui ex obligatione capellaniae, aut elemosynæ acceptæ teneatur offerre Sacrum, posse deficiente Confessore sine prævia Confessione celebrare. Sed ego puto non esse recedendum à sententia Fagundez, Garciae, & aliorum.

RESOL. CLVIII.

An in casibus, quibus licitum est sumere Eucharistiam ante confessionem, opus sit elicere actum contritionis? Et notatur, quod si talis bona fide putat se contritum, potest hoc Sacramentum sumere, neque peccaturum, si subdubitet, non sufficientem habeat contritionem. Et queritur, quando actus doloris & contritionis elici debet à Sacerdote, cum deest copia Confessoris, & adest urgens necessitas celebrandi, an ante inchoationem Missæ, vel ante consecrationem? Et quid, si Sacerdos recordetur de peccato mortali post consecrationem? Et deducitur, quod tangere corpus Christi in peccato mortali non est peccatum mortale. Etiamque curissime inferitur Confessarium non peccare mortaliter, si incipiat audire confessionem in peccato mortali, dummodo ante absolutionem conerit.

R. 2. Et

Et tandem quaeritur, an dari possit casus, in quo quis possit communicare cum conscientia peccati mortalis, ut v. g. si quis mox Eucharistiam est sumpturus, & in circulo de aliquo mortali recordatur? Ex p. 9. tract. 3. Ref. 19.

§. 1. **N**on desuerunt aliqui Theologi recentiores, qui docuerunt, sufficere in eo casu attritionem, etiam si cognita sit: quia existimatio contritionis per se nihil confert vel ad effectum Sacramenti, vel ad dignam dispositionem; sed solum potest excusare à peccato, seu transgressione præcepti de habenda contritione, si illud esset impositum: hic autem nullum invenitur tale præceptum, & ideo non est necessaria illa existimatio contritionis, ut dignè accedat is, qui attritionem habet. Ad quam sententiam addunt, Sacramentum hoc per se institutum esse ad dandam gratiam primam, & consequenter ad remittendum mortale peccatum; tamen cum quodam ordine ad Confessionem, quæ si fieri potest, antecedere debet: quando ergo id fieri non potest, imitari potest hoc Sacramentum, cætera, quæ per se instituta sunt ad dandam gratiam primam: si ergo illa dignè recipiuntur cum attritione cognita; ita & hoc Sacramentum in prædicto casu. Deinde, licet Confessio præcipiatur ante Communionem, ut homo accedat ad hoc Sacramentum jam justificatus; tamen hic est finis, non materia præcepti; ergo cum in præsentem non possit fieri Confessio, quæ est materia præcepti hujus, ex vi illius non obligatur homo, ut per contritionem prius justificetur, quàm ad hoc Sacramentum accedat; ergo nullo jure obligatur.

2. His tamen non obstantibus, dicendum est, eum, qui habet conscientiam peccati mortalis, & confiteri non potest, teneri ad habendam prius contritionem, quàm ad hoc Sacramentum accedat. Atque adeò nunquam dignè accedere, nisi probabiliter, & inculpabiliter existimet, sibi esse peccatum per contritionem remissum. Hæc assertio tam certa est, ut contraria, nec probabilis sit, nec sine temeritate defendi posse videatur. Et in hoc conveniunt omnes Doctores: nam Cajetanus, & qui cum eo negant necessitatem confessionis, ut certum supponunt necessitatem contritionis; & quia hæc satis est, ut homo constituatur in gratia, colligunt Confessionem non esse necessariam. Eodem modo opinantur, qui præceptum Confessionis præmittendæ admittunt, Ecclesiasticum tamen, non divinum; ut videre est in Medina, & Corduba de Confess. quest. 17. alij verò, qui præceptum Divinum Confessionis agnoscunt, à fortiori docent esse necessarium accedere sine conscientia peccati mortalis, quod aperte docet D. Thomas. Qui autem solam attritionem habet cognitam, cum conscientia peccati mortalis accedit, quia conscientia non dicit affectum, sed scientiam talis status: ille autem, qui sic est dispositus, scit se adhuc esse in peccato mortali. Ergo, &c. Et hæc omnia docet Suarez in 3. p. tom. 3. disp. 66. sect. 5. & alij, quos citat, & sequitur Garcias in Summa, tract. 3. diffinit. 5. dub. 1. punct. 6. n. 73.

3. Itaque assero, quibus casibus potest aliquis communicare sine prævia Confessione, eum debere conari ad contritionem eliciendam. Notandum tamen cum Præposito in 3. part. quest. 80. artic. 3. dub. 3. num. 15. quòd si talis bona fide putet se contritum, potest hoc Sacramentum sumere, neque peccaturum, si subdubitet, nam fortè sufficientem habeat contritionem: nam morale iudicium, quod de nostris actibus formare possumus, non necessariò excludit omnes motus dubitationis.

4. Nota verò, quòd post hæc scripta inveni Zardum in direct. Theolog. part. 3. de Sacram. Eucharist. c. 7. sic asserere: [Secundò considero, quòd dum Sacerdos ducitur necessitate ad communicandum sine Confessione, tunc debet conteri, quantum sibi possibile est, pro illo tempore, & dolore, quòd confiteri non possit: quia aliter non suppleret. Sed hæc contritio, etsi optima sit, & tutius sit, ut celebraturus contritus accedat, & non tantum attritus; tamen videtur mihi sustentabile, ut cum sola attritione cognita, (intensiva tamen,) quæ dicitur contritio appetitiva, possit accedere, his concurrentibus: Primò, ut pro ipso non stet, quòd doleat de peccato, quantum potest pro illo tunc. Secundò, quòd iudicet, se cum Sacramento non esse in statu peccati mortalis: quia, quamvis Communionem non sumperit, tamen ad eam continuò tendit, unde iudicat se in statu gratiæ de propinquo, imò in instanti Communionis, quando debet esse in gratia, quòd tunc eam obtinebit: nam sic est in ultima dispositione ad eam: ultima autem dispositio ad formam, secundum naturales, est ejusdem ordinis cum forma; & secundum morales, quod parum distat nihil distare videtur.] Ita ille, an probabiliter iudicent alij.

5. Non deseram hic etiam apponere id, quòd quaerit Garcias ubi sup. n. 78. ubi sic ait: [Quando, ò en qual punto tendrà obligacion uno de hazer acto de contricion? Pongo exemplo: acuerdasse le à uno estando diciendo los Kyries, que ha dexado en la proxima Confession un peccado mortal de confesar, ò que le ha cometido y no fe ha confesado, por no acordasse, si deve luego hazer acto de contricion, ò si bastará antes de confagrar, y fimir? Y responde, que bastará que lo haga en el Memento primero: y si fe acuerda del inmediatamente despues de la confagracion que bastará le haga quando dize: *Domine, non sum dignus*, &c. porque el estado de gracia solo se quiere para confagrar, y comulgar, y no para hazer las demas ceremonias de la Missa; luego bastará, que se haga para estas ocasiones. Verdad es, que la fantidad de toda aquella accion de la Missa pide, que procure el Sacerdote lo mas presto que pudie hazerlo, mayormente aviendo comodidad.] Ita ille, & ante illum Eminentissimus Lugo de Sacram. Euchar. disp. 14. sect. 6. n. 134.

6. Itaque, si quaeras, quando actus contritionis elici debet, cum deest copia Confessarij, & adest urgentis necessitas? Respondeo, ante inchoationem Missæ: non enim est decens inchoare illud Sacrificium, nisi in gratia. Aliqui non damnant de mortali, si actus contritionis eliciatur ante consecrationem: quia non desunt Doctores asserentes Confessarium non peccare mortaliter, si incipiat audire Confessionem in peccato mortali, dummodo ante absolutionem conterat.

7. Sed, quid, si Sacerdos recordetur de peccato mortali post consecrationem? Respondeo, quòd debet elicere actum contritionis in Memento Mortuorum. In rigore tamen aliqui asserunt sufficere ante sumptionem, dum dicit: *Agnus Dei*, &c. vel *Domine, non sum dignus*, &c. Vide circa supradicta Averlam de Sacram. Euchar. q. 8. sect. 7.

8. Nec obstat dicere, quòd sic faciendo, tangeret Corpus Christi in peccato mortali, dum benedicit cum Hostia, vel illam frangit, &c. Respondeo enim cum Hurtado de Sacram. disp. 9. diff. 1. tangeret Corpus Christi in peccato mortali non esse peccatum mortale. Quod probatur à fortiori: quia ex opinione probabilissima, quam ego cum Valquez, & aliis olim docui, ministrans Corpus Christi in alio mortali peccato mortali non peccat mortaliter. Ergo à fortiori de casu, de quo loquimur.

9. Et tandē quero, an dari possit casus, in quo quis possit communicare cum conscientia peccati mortalis. Et respondit affirmativē Curtillus in *addit. ad Marcini, pract. 8. dub. 24.* ubi sic ait: [Si quis mox Eucharistiam sumpturus, in circulo de aliquo mortali recedatur, & absque infamie nota, puta sui peccati suspitione, nullo modo Confessionem præmittere, nec ullam tergiversationē invenire valeat, advertat, que se non esse contritū, nec posse pro tunc conteri, an citra mortale communicare possit? Respondeo; quod præterquam quod, se non esse contritum certō cognoscere posse non puto; tamen dato, quod ita sit, id absque ullo peccato fieri potest: nam, quando concurrūt duo præcepta eiusdem rationis, illud servandum, quo servato, minora incommoda sequuntur, ac servato altero, de duobus enim malis minus eligendum, c. *Duo mala. 1. 3. cap. Nervi. 1. 3. Arist. 2. Ethic. c. 9.* quare, quāvis sit de iure divino evitare irreverentiā Sacramenti, illudque in mortali nequaquā recipere, cum sancta sanctē tractanda sint; & de iure etiam divino sit evitare scandalum proximi ex illo Matth. 18. nimirum, aditantium, qui temerē aliquid de illo, qui à cirulo discederet, suspicari possent; tamen minora mala ex talis scandalī devitatione sequerentur, quā cum peccato communicaretur; quia in primo casu plura proximi peccata vitarentur; in secundo verō non nisi unum, quod profectō, neque esset peccatum, nisi materialiter tantum; nam, cum assumeretur, tanquam medium ad adsequendum aliquod bonum, nimirum, ad evitandum majus malum, & media specificentur à fine, ipsum esset etiam bonum, & materialiter tantum malum, vt eleganter suo more asserit Sanch. in *Sum. lib. 1. c. 10. n. 16. sine* cum Vasq. Marina, Azorio, &c. Idque evidenti pacitate patet; nam idem peccatum est, & eiusdem speciei, Sacramenta subiecto incapaci, & indigno exhibere, quā subiectum incapax illa recipere, cum in utroque casu sancta non sanctē tractentur; ergo, sicut Sacerdos ad scandalum vitandum, existenti in peccato mortali, & Eucharistiam publice petenti, illam ex communi Doctorum sententia citra mortale exhibere potest: ita etiam existens in peccato mortali, ad evitandum scandalum, illam etiam citra mortale recipere poterit.]

Huc etiam Curtill. Quem casum in Sacerdote celebrante admittit etiam Vasq. & Hurtad. quos ego adduxi in *3. p. tr. 4. ref. 98* quorum sententiam probabilem existimam Eminētissimus Dominus meus Car. de Lugo, teste Pellizario in *Man. Regul. tom. 1. tract. 5. c. 3. sect. 2. n. 103.* sed contra Vasq. insurgit Ochagavia à me, ubi *suprà*, citatus, & novissimè Antonius de Escobar in *Theol. mor. tract. 7. Exam. 7. c. 5. n. 62.* quia in casibus supradictis, tam laicus, quā Sacerdos, potest elicere votum contritionis, cum Deus semper sit paratus auxilium præbere. Vide Suar. in *3. p. tom. 3. disp. 66. sect. 1.*

RESOL. CLIX.

An sit sufficiens sola admiratio, ut Sacerdos possit absque prævia confessione celebrare?
Et cursum docetur nomine scandalī in materia, de qua loquimur, comprehendi etiam admirationem populi. Ex part. 9. tract. 3. Ref. 20.

§. 1. Negativè ex Coninch, & Suarez respondet Trullench de *Sacr. lib. 3. c. 6. dub. 4. n. 14.* ubi sic ait: [Nota, ea, quæ diximus, militare, quando sequitur scandalum, intelligi de scandalo proprie accepto, & in rei veritate; non verò si tantummodò sequatur quedam admiratio absque scandalo, & infamie periculo. Tunc enim dicitur; sequi scandalum, quando datur occasio detrahendi, vel temerè judi-

candi, vel proximum infamandi, &c. non verò quando solum datur occasio admirationis, quod est diligenter advertendum: nam aliqui accipiunt admirationem pro scandalo.]

2. Non deseram hic apponere verba Garciae in *Sum. tra. 3. diff. 5. dub. 1. p. unit. 5. n. 39.* ita asserentis: [Porque toda la dificultad deste caso consiste en averiguar, quando ay infamia, y nota, será bien que lo espliquemos mas. Avierto pues para su inteligencia, que una cosa es escandalo, otra es admiracion. Suarez, Bonacina, y Coninch dicen, que la admiracion no basta para escusar de confesarle; però à Cordova, Sylvestro, Machado, y Fagundez no les agrada esta opinion, y con razon: porque aunque muchas vezes se admira el vulgo de cosa leves; però en estas materias de ordinario se junta con la admiracion la nota, y escandalo, viendo que este no celebra, & aquel no comulga, si bien menos nota ay en los seculares para comulgar, que en los Sacerdotes para celebrar; però lo cierto es; que de la admiracion toman ocasion de hazer juyzios, y de hablar contra el Parocho, & sacerdote, y infamar algunos proximos, y assi de ordinario à la admiracion va anexa la infamia, y escandalo. Digasse lo que quisiere Lugo *diff. 1. 4. sect. 1. n. 158* y pues siempre que se teme nota, & infamia, prudentemente concuerdan los Doctores, que escusa el Precepto de la previa Confession: venimos à concluir, que por lo ordinario para escusar es suficiente la admiracion; y finalmente Suarez lo viene à conceder à la postre. Ni vale lo, que dize Coninch, que no basta la admiracion, si de ay no se sigue alguna mala sospecha; porque supone un imposible, moralmente hablando, y mas en lugares cortos, donde estas cosas son mas contingentes, y se sabe cada uno, como vive. Però en esto no se puede dar regla general, sino que se ha de quedar à arbitrio de buen varon. Esta doctrina estiendo Juan Sanchez *diff. 3. 2. n. 2. & 6.* aun à caso que justamente huviesse negado, & creyessè que la avia de negar el Cōfessor la absolucion al penitente, & por no querer dexar la cōcubina, & por otro titulo, como se le figa infamia de no comulgar, y se halle con contric. on provablemente. Veale este Autor.] Hac omnia Garciae.

3. Nota etiam Grand. in *3. p. contr. 6. tr. 10. disp. 7. n. 13.* ex Sylvestro, Armilla, & aliis viris doctis, nomine scandalī in materia, de qua loquimur, docere, comprehendi etiam admirationem populi; hanc etiam sententiam tenet aperte Machad. de *perf. Confess. 10. 1. lib. 2. p. 4. tr. 8. document. 3. n. 4.* Sed tu cogita: nam video DD. communiter sentire contrarium.

RESOL. CLX.

An Regularis, qui per pium Confessarium non potuit obtinere licentiam à Superiore, ut absolvetur à reservatis, possit sine prævia confessione Eucharistiam sumere, aut celebrare?

Et an in prædicto casu, hoc ipso, quod Superior Regularis neget prædictam licentiam, possit is absolvi à supradicto Confessario ex tacita confessione licentia Superioris, v. g. Provincialis, Generalis, aut Papa pro illa vice?

Et an hoc verbum pro illa vice, intelligatur pro una vice tantum, an vero toties, quoties dicta facultas petitur à Confessario, & negatur à Superiore? Ex p. 9. tract. 3. Ref. 15.

§. 1. Respondeo affirmativè: quia in tali casu censendus est non habere copiam Confessarij. Et idèd Præpositus in *3. p. 9. 80. art. 5. dub. 3. num. 19.* rectè notat, non esse præmittendam Confessionem

Sup. hoc lege doctrinā Resolutionū not. seq.

fectionem ante Communionem, si in Religione Sacerdos non possit sine nota certis diebus omittere Sacri celebrationem, quin ingeneretur suspicio gravioris alicujus peccati. Idem dicendum de Communionem respectu non Sacerdotum, ut si in Religione non Sacerdotes debeant ex præcepto, vel consuetudine certis diebus communicare, nec possit omitti Communio sine gravi nota: in quo casu (quia frequenter accidit, ut quis hujusmodi periculum prætextat) diligenter advertendum, num verè periculum gravioris notæ subit, & non tantum fingitur: neque enim statim licet communicare sine prævia confessione, eò quòd aliquis habeatur minus devotus, si non communicet, quod in genere Confratres fortè mirabuntur: opus est etiam, ut nota, & infamia, quæ timetur, non possit alia probabili via averti. Unde nostram sententiam in terminis docet Pater Tamburin. in *Methodo expedite Communionis, cap. 1. §. 6. n. 18.* qui postea *n. 28.* negat, posse talem Religiosum ante Communionem, absolutionem obtinere à Confessario, qui petit, & non obtinuit licentiam à Superiore; sic enim asserit: [Petes, si Religiosus non obtinet à superiore per pium Confessarium licentiam, ut absolvatur à casu, vel excommunicatione reservata, potèstne (instet infamia, ni communicet) confiteri, & absolvi directè à prædicto pio Confessario, vel alio inferiori? Respondeo, posse. Inclinat Fagundez, ex præsumpta licentia Generalis, vel Papæ. Mihi id difficile videtur: quia rationes, quas affert, quasque latè discutere non est nostri instituti, non sunt tanti ponderis, ut vincant illam efficacissimam, nempe, quòd talis inferior actus caret iurisdictione in illa reservata. Et dum Generalis, vel Papa ratam semper habent talem reservationem; non videtur præsumi, eam velle tollere independentè à Superiore, cui reservatur: & propterea fortasse in sequenti editione deleta fuit illa doctrina Fagund. Ille igitur Religiosus in eo casu, vel se conterat, & communicet: vel iuxta sententias *suprà* allatas, confiteatur, itavt directè absolvatur à nõ reservatis, & indirectè à reservatis, semper cum onere subdendi Clauibus nondum directè absoluta.] Ita Tamburin.

2. Sed sententiam Fagundez, olim impressam, tenet nouissimè contra Tamburinum ex eadem Societate, amicissimus Pater Pelizzarius, qui, me citato, sic ait in *Man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 2. sect. 1. subsect. 2. num. 59.* [An, quando Prælatus Regularis Monasterij pio, ac Religioso Confessario negat facultatem absolvendi à reservatis aliquem ex Religiosis subditis; hoc ipso is possit absolui ex tacita concessione licentiæ Prælati superioris, v. g. Prouincialis, Generalis, aut Papæ? Respondetur, posse, si instet necessitas communicandi, aut celebrandi, & alioqui incurrat periculum infamiae, nisi subditus communicet, aut celebret. Ita Fagundez *Præcep. 3. Eccles. lib. 3. cap. 9. num. 17.* cum Henriquez *lib. 6. cap. 13. num. 6.* & Rodriguez *tom. 1. Summ. cap. 55. num. 11.* contra S. Thom. in *4. distinct. 17. q. 3. art. 3. questiuic. 4. ad 5.* Sotum, Marfilium, Caietanum, & alios, quorum opinionem docet Fagundez esse communioem, & probabiliorem. Ratio nostra est: quia hic timeri non potest, quòd Prælatus superior nolit postea dare talem facultatem, aut id ratum non habeat; cum nostra opinio fundetur, non in ratihibitione de futuro, (quæ non sufficit ad conferendam iurisdictionem,) sed in tacita concessione de præsentem, quomodo Sanchez *lib. 2. de matrim. disputat. 40. num. 7.* cum multis docet, posse Episcopum ex tacita voluntate Papæ dispensare in voto castitatis ad contrahendum matrimonium, si res urgeat, & adsit magna necessitas, siue ob inopiam contrahentium, siue ob periculum animarum imminens ex

Sup. hoc supra in Ref. 39. §. 1. prope finem, à vers. Lo misimo. & latè in to. 7. tr. 1. Ref. 109. & 110. & in tom. 4. tr. 8. Refol. 43. §. Vnde.

mora, siue ad vitandum scandalum: cum tamen votum simplex castitatis non sit minus reservatum, quam quodlibet peccatum reservatum in Religione.

3. Accedit, quòd Sacra Congregatio Cardinalium, innovando Constitutionem Clementis VIII. factam super Regularium reformatione, de consensu Urbani VIII. statuit (ut habetur in bullario tom. 4. *Bulla Urban. VII. in ordine 26.* in Decreto super Casum reservat.) quòd si Superior Regularis neget Confessario Monasterij facultatem absolvendi Religiosum penitentem ab aliquo casu reservato in Religione, adhuc possit eum absolvere pro illa vice. Ita Diana *part. 3. tract. 2. resol. 126.* ubi quaerens, an ly, pro illa vice: intelligatur pro una vice tantum; an vero toties, quoties dicta facultas petitur à Confessario, & denegatur à Superiore; valdè inclinat, quòd intelligatur posteriori modo, videlicet pro toties, quoties: etenim in dicto indulto nulla additur dicto taxativa, (qualis adhiberi solet in Bullis Jubilei, in quibus dicitur, *pro hac vice tantum.*) Ideoque, cum probabile sit, in dictis Bullis non restringi favores Jubilei ad unicam vicem, non obstante ea dictione taxativa, quæ in illis apponitur, (ut videre est penes Dianam *part. 3. tract. 4. resol. 151.* pro hac sententia citantem Henriquez, Reginald. Ferdinand. Nald. Zanard. & Alphonf. de Leone,) à fortiori probabile erit, concessionem factam in præfato indulto Sacre Congregationis non arctari ad unicam vicem? stante, quòd in eo non apponitur ulla dictione taxativa, ut jam diximus. Cum Diana sentiunt, Alphonfus de Leone *tract. 2. collect. 6. num. 178.* Bordonus *resol. 29. num. 5.* putans, id procedere etiam in casu, quo penitens petat facultatem, aliique docti viri à Societate à me consulti: & meritò, cum talis expositio conformior sit menti Sacre Congregationis tale indultum concedentis: in quo fortè non dissentit Lezana *tom. 3. Summa, verb. Casus reservati, num. 23.* Adde, quòd cum supradictum indultum loquatur absolute, videtur locum habere etiam in casu, quo Religiosus petens absolui à reservatis, nullum incurrat infamiae periculum; nullamque habet necessitatem communicandi, aut celebrandi, siquidem lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi; præsertim si sit favorabilis, & cedat in bonum spirituale animarum: qua de re consulantur dicta in *tractat. de prohibis. cap. 1. q. 31. §. Nec obstat.*

4. Dices, explicato tam ample supradicto Sacre Congregationis indulto, sequitur, in Religionibus valdè enervari reservationem casuum, cum sic semper facillimè obtineri possit absolutio, & quidem per ordinarios Monasterij Confessarios: quod videtur esse contra finem intentum in reservatione casuum. Respondetur, negando inde sequi tale inconveniens: siquidem, ut colligitur ex Naldo *verb. Religiosus, num. 43.* Clemens VIII. qui primò concessit dictum indultum, præcipit etiam, ut Superiores deputent in singulis domibus, duos, tres, aut plures Confessarios pro subditorum numero majori, vel minori, iique sint docti, prudentes, ac charitate præditi, quibus etiam reservatorum absolutio committatur, quando casus occurrit, in quo eam debere committi ipsi in primis Confessarius judicaverit. Unde infero, quòd cum ex una parte præfatum indultum Religioso penitenti reservatis irretico non suffragetur, nisi quando prudens Confessarius judicaverit expedire, ut Superior concedat facultatem illum absolvendi, ex alia parte vix contingere possit, ut Confessarius prudenter judicet, illud expedire in casu inconvenientis *superius* allegati; consequenter patet, inde non posse sequi illud inconveniens, quòd contra nos afferebatur.] Et hæc omnia docet Pelizzar. *ubi supra*, quæ ex dignis rationibus hic per extensum

extensum apponere volui. Sed certum est, ut diximus, elicto actu contritionis, posse talem Religiosum ad vitandam infamiam, & scandalum sine pravia Confessione, vel celebrare, si est Sacerdos, vel Eucharistiam sumere, si est Clericus, aut laicus.

RESOL. CLXI.

An Sacerdos, si post introitum recordetur alicujus peccati mortalis, teneatur confiteri, si sine scandalo possit?

Et notatur, quod in Missa solemnī, vulgò dicitur Cantata, si inter concionem, & cantionem Sacerdos possit confiteri, omnino obligatus est ad faciendam confessionem, si ei aliquod peccatum in mentem venerit. Ex part. 3. tract. 4. Ref. 48.

§. 1. **A**ffirmativè respondet Sylvester verb. Eucharist. q. 7. Navarrus c. 25. n. 76. Suarez in 3. p. tom. 3. disp. 66. sect. 4. Coninch de Sacram. q. 80. art. 4. dub. 1. & alij asserentes, quòd si Sacerdos post consecrationem recordetur peccati mortalis, debet elicere contritionem, & Missam prosequi; sin autem ante consecrationem, seclusa infamia, confiteatur.

2. Non reticebo tamen contrarium docere Sotum in 4. dist. 13. q. 2. art. 6. Victoriā in sum. Sacram. num. 78. & Henriquez lib. 8. cap. 46. ubi asserit Sacerdotem Missam celebrantem, etiam si memor sit alicujus peccati ante consecrationem non esse adstrictum confiteri, quamvis hoc commodè, & sine scandalo efficere possit. Igitur in tali casu Sacerdos eliciat actum contritionis, & ob reverentiam sacrificij pergat, & ceptam Missam perficiat; sed mihi affirmativa sententia probabilior videtur.

3. Notandum est tamen cum Sylvestro loco citato, & aliis, quòd in Missa solemnī, vulgò dicitur cantata, si inter concionem, vel cantionem, Sacerdos possit confiteri, omnino obligatus erit ad hoc faciendum, si ei aliquod peccatum in mentem venerit.

RESOL. CLXII.

An si quis in Missa recordetur alicujus peccati mortalis, teneatur illud confiteri, si absque scandalo possit Confessarium habere?

Et quid est dicendum, si nondum Missa est capta, sed tamen jam Sacerdos ad Altare accessit, & tunc recordatur se non esse jejunum, vel esse excommunicatum, vel manere in lethali?

Idem est sentiendum de laico jam parato ad communicandum.

Et quid est faciendum, si consecratio cepta est, quando hec in mentem veniunt?

Et an Sacerdos teneatur premittre confessionem, si antequam inchoet Missam, existens in Altari recordetur de aliqua culpa mortali, si absque nota, & scandalo id facere possit?

Et an quando celebratur Missa solemnī cum Diacono, & Subdiacono, & occurrit Sacerdoti memoria peccati mortalis, à quo possit absolui per illum, qui Diaconi, vel Subdiaconi officio fungitur, an tunc teneatur confiteri uni ex illis?

Et quid est sentiendum, si in Capella sint tantum tales celebrans, & Minister, qui eum possit absolvere?

Et an Sacerdos peccans in actu celebrandi, teneatur confiteri tale peccatum se commississe in ipsa Missa

celebratione, si in actu peccandi habeat animum confitendi Sacerdoti sibi ut Diacono assistenti, antequam prosequatur Sacrificium? Ex part. 9. tr. 3. Refol. 7.

§. 1. **R**espondeo, quòd si nondum cepta sit consecratio & cessat periculum scandali, & mali nominis, teneris vocare Confessarium, si post inchoationem Sacrificij recordaris alicujus lethalis. Ratio est, quia illa pars Missæ ante consecrationem est valde extrinseca Sacrificio quoad substantiam, & idèd sicut interruptitur per Concionem, ita etiam congruum est interrupti per sacramentalem Confessionem, ut corpus Dominicum digne petra tractetur, & sumatur. Si verò sit periculum mali nominis, vel scandali, vel murmurationis, sufficit, si contritus Missam prosequaris; quinimò etiam Missa nondum cepta, sed tamen ubi Sacerdos ad Altare jam accessit, & tunc recordatur, se non esse jejunum, vel se esse excommunicatum, vel manere in lethali, non tenetur ab Altari discedere, ut confiteatur, vel vocare ad Altare Confessarium, vel se exuere sacris vestibus; sed contritus ob eandem rationem celebret. Quòd si consecratio cepta sit, tunc, cessante omni scandalo, vel mali nominis suspitione, non debes interrompere Sacrificij immolationem jam ceptam, ut confitearis: quòd præceptum fortius est præcepto præmittendæ post mortale Confessionis ante sumptionem; solaque hujus Sacrificij integritas censenda est justa causa differendæ post Sacrum Confessionis; licet contrarium, quoad hoc ultimum, sentiat Bonacina de Sacram. disp. 4. quest. 6. punct. 1. sub n. 15. & quoad primum plures alij. Sed nostram sententiam docet Coninch de Sacram. quest. 80. art. 4. dub. 2. num. 26. & me citato, Aversa de Sacram. Eucharist. qu. 8. sect. 6. Cardinalis de Lugo disp. 14. n. 113. Lessius in 3. part. D. Thoma, quest. 80. art. 4. dub. 2. n. 8. Et idèd non desinam hic apponere verba Joannis Vviggers, etiam in 3. part. quest. 80. art. 5. dub. 2. num. 12. ubi sic ait: [Si post consecrationem factam recordaretur Sacerdos alicujus peccati mortalis, poterit cum actu contritionis prosequi Sacrificium sine Confessione præmittendæ, etiam si absque scandalo, vel nota infamia posset confiteri, advocando Confessarium, quem habet ibi solum præsentem. Sumitur ex D. Thoma infra, quest. 83. art. 6. ad 2. & sic passim omnes tenent Doctores. Rationem reddunt: quia non decet Sacrificium substantialiter inchoatum interrompere: quia hoc ad imperfectionem ejus tendere videtur, quæ omnimodò cavenda est. Quod Tannerus disp. 5. q. 8. dub. 2. n. 38. cum Victoria §. 83. & Navarro cap. 25. num. 27. dicit quoque habere locum, quando facta est oblatio: imò etiam post inchoatum introitum, sic ut non teneatur Sacerdos advocare Confessarium ad Altare, ut ibi confiteatur, idque non tantum, quia incurreret aliquam infamiam notam saltem coram ministro; sed etiam quia indecorè interrupteret Sacrificium divinum, etiam si alias nullum sequeretur scandalum: quod etiam tradit Henricus lib. 8. cap. 46. num. 3. licet Suarez disp. 66. sect. 4. cum Bonaventura in 4. dist. 13. sentiat, Confessarium advocandum fore, si ante consecrationem memoria peccati mortalis occurrat, & Confessarius facile, & sine incommodo vocari possit: quod tamen parum mihi videtur probabile, saltem post oblationem factam: quia non apparet tunc fieri posse absque aliqua notabili indecentia ipsius Sacrificij. Hoc interim existimo omnino dicendum, quando celebratur Missa solemnī cum Diacono, & Subdiacono, & occurrit Sacerdoti memoria peccati mortalis, à quo possit absolui per illum, qui Diaconi, aut Subdiaconi officio fungitur,

Sup. hoc in Ref. præterita, & in Ref. seq. & supra in Ref. 147. §. 1. cursum in fine, & infra in §. 2. hujus Ref. paulo post initium, à vers. Et in terminis.

Sup. hoc prope fine, & in fine hujus §. à vers. Siquis ante, & pro parte excommunicationis in tom. 9. tr. 7. Ref. 124. ante finem §. 1.

Sup. hoc primo & secundo, in sequentibus §§ hujus Ref. & in Ref. præterita, & in Ref. seq. & supra in Ref. 147. cursum in fine.

Sup. hoc infra in §. Vn. de hujus Ref. in principio, quævis ibi pro ante consecrationem, & supra in Ref. 146. §. Sed ego paulo post initium, à vers. si tamen solus esset.

Sup. hoc in §. ult. Ref. præterita.



quodd tunc teneatur confiteri uni ex illis, five sub *Gloria in excelsis*, aut Graduali, aut *Credo*, quando ista decantantur: quia potest id fieri absque indecentia, & penè sine observatione aliorum: ac etiam ante consecrationem, dum canitur *Sanctus*; quia habet Confessarium sibi adstantem.

2. Caterum hoc satis communi consensu docetur, quodd non tenebitur Sacerdos ab Altari discedere, & Missam relinquere, casu, quo non possit alium ad Altare advocare. Vide D. Bonaventuram *sup.* & Soto *eadem dist. quest. 1. art. 6. Navar. cap. 21.*

Sup. his supra ad lib. 11. in principio hujus Ref. à vers. quinimo etiam & in rom. 2. tr. 1. Ref. 125. §. ult. & in alio vers. ejus annot. &c.

Sup. hoc cursum infra ad medium §. seq. vers. & Leandrus.

Sup. hoc cursum ad medium §. prateritii hujus Ref. vers. quem habet, ibi solum, & lege aliu vers. ejus not.

Sup. hoc in Refol. & §. not. primæ hujus Ref.

Si quis ante consecrationem recordetur, se aliquid prius sumpsisse, vel excommunicatum esse, aut peccatum aliquod commississe, tutius, inquit, reputarem maxime in casu manducationis, & excommunicationis, quodd Missam inceptam desereret; nisi grave scandalum timeretur. Quibus indicat satis, etiam extra periculum scandali non esse absolute necessarium, ut deserat, præsertim in tertio casu, quem ponit: quia solum dicit, quodd reputaret esse tutius, idque maxime in duobus primis casibus.

Quodd si verò memoria peccati occurrat in Altari, antequam Sacerdos Missam inchoet, præmittenda erit Confessio; etiam si, ut Confessorem adeat, oporteret exuere vestes sacras. Ita Suarez *sup. sect. 4. cum Scoto in 4. dist. 9. q. 1.* quodd intellige, nisi obvenerit inde scandalum aliorum, aut infamia Sacerdotis.] Hucusque Wiggers.

3. Unde ego ex his olim consului Sacerdotem, cui deserviebat pro Ministro alius Sacerdos Confessarius in quadam villa, cum dicendo Epistolam, recordatus fuit cujusdam peccati oblitus in Confessione; rectè, inquam fecisse advocando illum pro absolutione illius peccati, cum hoc sine scandalo effectissent: nam in dicta Capella erant tantum celebrans, & Minister. Et in terminis tunc adluxi Fagundez de *Præcept. Ecclesie, Præcept. 3. lib. 3. cap. 9. n. 11. in si-*

me, qui tamen cum multis aliis tenet absolute, Sacerdotem, qui cepit dicere Missam, non teneri etiam ante consecrationem vocare Sacerdotem ad confitendum, si sine scandalo possit, ut confiteatur peccatum oblitum, vel in Altari commissum: quia jam actio sacra cepta est, quam non decet interrumpere: nam ob aliam causam rationabilem interrumpi potest, & hæc satis rationabilis est: sed ad vitandum scandalum, aut infamiam, quam inde sibi ipse Sacerdos generare potest: quamvis enim hic non sequatur, nisi quædam admiratio circumstantium; tamen ex ea admiratione sumitur occasio sinistrè loquendi, suspicandi, & infamandi ipsum Sacerdotem: quodd periculum moraliter semper datur, & est causa sufficiens, & iusta excusationis. Vide etiam Tannerum *rom. 4. dist. 5. quest. 8. dub. 2. num. 38.* Unde utramque sententiam probabilem putat Stephanus à Sancto Gregorio de *Sacram. lib. 3. cap. 26. num. 11.* Sed non est deferenda nostra sententia propter reverentiam debitam communi Magistro D. Thoma, qui sic ait in *3. part. quest. 83. art. 6. ad 2.* [Si ante consecrationem alicujus prædictorum sit memor, tutius reputarem, maxime in casu manducationis, & excommunicationis, quodd Missam inceptam desereret; nisi grave scandalum timeretur.] Hæc sanctus Doctor. Licet Martinus Ledesma in *4. sent. tom. 1. quest. 20. art. 3. post dub. 3.* absolute asserit, quodd Sacerdos, etiam in principio Missæ, si recordetur alicujus peccati, non teneatur confiteri, etiam si posset sine scandalo: quodd etiam tenet de laico jam parato ad Communionem: & Leandrus de *Sacrament. rom. 2. tract. 7. dist. 7. quest. 17.* asserit, Sacerdotem non teneri præmittere Confessionem, si antequam inchoet Missam existens in Altari, recordaretur de

Sup. hoc in Ref. seq. §. 2. à medio. & in aliis ejus annot.

aliqua culpa mortali, etiam si absque nota, & scandalo id posset facere. Sed hæc mihi non placet. Verum hic obiter opponam dubium oppositum à Pellizzario in *Man. Regul. tom. 1. tract. 5. cap. 9. sect. 2. num. 42.* [An Sacerdos peccans mortaliter in actu celebrandi, v. g. dum à Cantoribus canitur *Credo*, aut *Gloria*, teneatur confiteri tale peccatum se commississe in ipsa Missæ celebratione, si in actu peccandi habeat animum confitendi Sacerdoti sibi, ut Diacono, assistenti, antequam prosequatur Sacrificium, videlicet, prius quam Cantores absolvant *Credo*, aut *Gloria*. Respondetur, non teneri id exprimere in Confessione: patetque ex eo, quodd in præsentī casu ultra peccatum, in quodd Sacerdos confensit, v. g. odij, neutiquam committit sacrilegium; sicut aliqui prima facie putant, ducti ex eo, quodd peccat in ipsa actione Sacra celebrandi, & hoc excusante levitate materiæ, quæ in hac materia omnino admittenda est; & in proposito casu spectari potest tum respectu partis Missæ, intra quam peccatur, quæ est accidentalī, ut suppono, non autem substantialis, (qualis esset consecratio,) tum respectu temporis, quo dictus Sacerdos peccat, & persistit in peccato: quodd tempus est breve, & minus proprium Missæ, ne dicam ipsi extraneum; utpote quodd infumebatur in canendo *Gloria*, aut *Credo*, quæ jam supponimus Sacerdotem secrete recitasse, quando consentit in peccatum, ita ut cantatio illa Symboli, v. g. quodd vocamus *Credo*, simpliciter non spectaret ad Missam, neque quoad integritatem; adeoque confiteri posset ipsi quasi extranea; ita ut Sacerdos supradictus aliquo modo dici possit non peccasse intra Missam, sed extra illam.] Hucusque Pellizzarius.

RESOL. CLXIII.

An Sacerdos ante consecrationem teneatur confiteri, si sine nota possit?

Et quid maxime de laico, qui antea confessionem præmiserat, & ad linteum Altaris recordetur alicujus peccati oblitus?

Et an, si Sacerdos statim post introitum recordetur peccati mortalis, non teneatur accedere Confessarium, quamvis id fieri sine nota possit? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 77.

§. 1. **A**ffirmativè respondent Coninch de *Sacram. q. 80. art. 4. dub. 2. n. 16.* ubi sic ait: Si Sacerdos recordetur se esse in peccato mortali ante consecrationem, tenetur confiteri, si sine nota possit. Ita ille cum Suarez, Navarro, & aliis.

2. Contrarium tamen docent novissimè Petr. Matthæus in *annot. ad rubricas Missalis, p. 1. cap. 8. n. 5.* & Layman in *Theol. mor. lib. 5. tr. 4. c. 6. n. 5.* cum Soto & Victoria etiam si Sacerdos statim post introitum recordetur peccati mortalis, non enim est opus accedere Confessarium, quamvis id fieri sine nota possit; sed satis est, imò etiam consultius, elicitæ contritione, & postea confitendi proposito ob honorem sacrificij pergere, & ceptum perficere. Et hanc etiam sententiam docent Henricus *lib. 8. c. 46. num. 3.* qui etiam ibidem in *gloss. litt. A.* tenet, quodd laicus, qui ad linteum Altaris aditatus paratus communicare, & confessionem præmisit, excusatur præter reverentiam Sacramenti, ne statim redeat ad Confessarium, ut directè absolvatur à peccatis, quorum fuerat oblitus, & hoc etiam seculi nota, & scandalo. Ita ille, licet contrarium asserant Medina, Ledesma, Cano, Sylvestre, & alij ubi infra in hoc tract. citati. Sed Reginald. in *praxi tom. 2. lib. 29.*

RESOL. CLXVI.

An quando quis celebrat, & recordatur alicujus peccati in confessione facta obliui, teneatur ante consecrationem, & sumpcionem Eucharistia de illo conteri?

Et aduertitur, quod in tali casu prefata confessionis, in qua peccatum fuit obliuui, si dolor non fuit universalis, absque dubio tenetur de illo conteri. Ex part. 9. tr. 3. Ref. 12.

Sup. hoc in duabus precedentibus Ref. & infra in Ref. 189, §. ult. & tunc paulo post initium, à vers. Pero.

§. 1. **C**asus potest esse frequentissimus. Et affirmatiuè respondet Reverendiss. Magister Candidus tom. 3. *disquis. 2. art. 22. dub. 49.* [Quia, ait ille, si quis ante Communionem Confessionem præmisit formaliter per se, & inculpabiliter integram eorum peccatorum, quæ memoria occurrunt; postea uero recordatur alicujus peccati non confessi; per se loquendo tenetur illud confiteri, priusquam communicet, vi præcepti constituti in sacro Concilio Tridentino *sess. 13. cap. 7.* ergo Sacerdos post inchoatam Missam, ante tamen consecrationem, qui ante confessus est, & obliuui alicujus peccati mortalis; si illud confiteri non potest ob infamiam, uel quia non habet copiam Confessoris, tenetur saltem de illo elicere actum contritionis. Probatur consequentia: quia ex præcepto Christi Domini tenetur ante Communionem omnia, & singula peccata mortalia subijcere clauibus Ecclesie: & si non potest; quia confitendo in Altari, & uocando ibi Confessarium, timetur infamia, uel quia non adest copia Confessoris; de illis penitentiam internam tenetur habere: sed Sacerdos, de quo est sermo in præfenti, licet ante Missam Sacramentum Confessionis susceperit, tamen absolute, & directè non subiecit omnia peccata sua mortalia clauibus Ecclesie, & propter infamiam, uel inopiam Confessarii, ut supponitur, illud obliuui subijcere clauibus Ecclesie non potest: Ergo tenetur de illo peccato non confessio, & naturaliter obliuui, saltem directè actum contritionis elicere, si illius recorderetur.] Ita ille, qui citat pro hac sententia Nugnum, Suarez, & alios, quibus adde Medinam, Grassium, & alios penes Bordonum *ubi supra*, & nouissimè Trullench *de Sacram. lib. 3. cap. 6. dub. 4. n. 11.*

2. Sed ipsemet Trullench, me citato, putat negatiuam sententiam, quam ego docui, esse probabilem; & idè in tali casu Sacerdotem non teneri elicere actum contritionis de tali peccato in Confessione obliuui. Quam sententiam, me etiam citato tenet Aversa *de Sacram. Euchar. quest. 8. sect. 7.* & me citato, Bordonus, in *conf. regul. tom. 2. resol. 56. n. 127.* & me citato, Hieronymus Garcias in *summa Theol. mor. tract. 3. disp. 5. dub. 1. punct. 7. num. 74.* ubi sic ait: [Però la mayor dificultad està, quando uno se ha confessado, y tenido dolor de todos sus pecados, assi de los que se ha acusado, como de los olvidados, y se va luego a dezir Missa, & comulgar; y estando en aquella accion, se acuerda que se olvidado de dezir un peccado mortal: Preguntasse, si tendra obligacion este tal à hazer acto de contricion. Valerio Reginaldo, non donde le cita Diana

* Quæ hic est Ref. 1. post præsentiam.

*part. 1. tr. 14. * ref. 48.* lo qual ocasionò à Lugo *disp. 14. sect. 6. num. 121.* à que dixesse no hallava el tal lugar en Reginaldo; però lo cierto es, que fue falta del Impresor de Diana en trocar los numeros, porque à la verdad Reginaldo dize lo, que refiere del Diana. Afirma pues dicho Reginaldo, que siempre que se acordare uno del peccado mortal olvidado, ha da tener contricion del para comulgar devi-

damente, y el Missal en la Rubrica de defectibus, §. 8. num. 4. dize estas palabras: *Si in ipsa celebratione Missæ Sacerdos recorderetur, se esse in peccato mortali, conteratur cum proposito confitendi.* Però aunque la opinion puesta es la mas segura, y la que se hade aconsejar, no obstante lo dicho por ella es muy provable, & satis tutum in praxi, que no es necesario en el caso puesto tener acto de contricion, para comulgar deuidamente. Esta opinion se colige de sancto Thoma 3. *part. quest. 87. art. 2. in fine corporis*; porque auendo dicho, que para el peccado mortal no basta la detestacion virtual, como basta para el venial, concluye: *Nisi quantum ad peccata obliuui post diligentem inquisitionem.* En cuyas palabras se uee, que excepta el caso de que hablamos, figuen esta opinion Valquez 3. *part. quest. 86. art. 2. dub. 3. num. 15.* Diana *resol. 48. citata.* Lugo *sect. 6. n. 112.* Pruebase lo primero, porque ya esta tal por la Confession antecedente quèdò provado, abuelto, y justificado, supuesto que *saltem indirectè, & virtualiter* se le perdonò el peccado olvidado, & luego goza ya el estado de gracia, y conseqüenter llega sufficientemente dispuesto, sin que sea necesario hazer de nuevo acto de contricion. Ni vale dezir que se le remitio con obligacion, de que quando se acordasse del lo confessase, como dize el Concilio Trident. luego deve tener contricion del, pues no le confesò; que a esto respondo, ser verdad, que tiene obligacion de confessarlo a su tiempo, y entonces deve tener dolor suficiente para justificarse; però en el caso puesto que està escusado de confessarse, tambien lo està de hazer acto de contricion, porque no ay ley natural, diuina, ni positiva, que por entonces le obligue, supuesto que està justificado, y reconciliado con Dios por la Confession proxime passada.] Huculque Garcias, cui etiam adde Leandrum *de Sacram. tom. 2. tract. 7. disp. 7. quest. 19.* qui me defendet ab impugnatione Cardinalis de Lugo in citatione Reginaldi.

3. Idem etiam docet Præpositus in 3. *part. qu. 80. artic. 5. numer. 25.* Bellizzarius in *Manual. Regul. tom. 1. tract. 5. cap. 3. sect. 2. num. 104.* Calpenis in *Cur. Theol. tom. 2. tract. 22. disp. 9. sect. 3. num. 24.* Granado in 3. *part. contr. 9. tract. 10. disp. 7. num. 14.* Itaque, an qui prius confessus fuerat, & postea recordatur peccati, quod in Confessione est obliuui omiserat, nec potest jam confiteri, teneatur elicere contricionem novam illius peccati ante Communionem? Respondeo non teneri, si dolor præcedens in Confessione fuit universalis de omnibus peccatis, uel ex motivo universalis. Et ratio est; quia in hoc casu jam homo supponitur esse in statu gratia per Confessionem præcedentem, & absolutiorem, qua indirectè ablata fuerunt omnia peccata mortalia; nec potest assignari sufficiens fundamentum, ex quo obligetur eo casu ad eliciendam contricionem. Secus dicendum est, si dolor non fuit universalis: quia peccatum quod nondum tractatum est per penitentiam, non potest directè, nec indirectè remitti.

RESOL. CLXVII.

Quid facere debeat Sacerdos, qui in Altari recordatur alicujus peccati mortalis, & non possit excitari ad contricionem eliciendam, uel laicus jam jam recepturus Eucharistiam? Ex part. 4. tractat. 4. & Misc. Ref. 98.

§. 1. **I**N casu quo hujusmodi Sacerdos ita coarctatur temporis angustia, aliisque rebus necessariis

in hac fati ad sacrificium ita distrahatur, ut nullo modo ad perfectam contritionem moraliter possit excitari, putat Valq. in 3. p. tom. 3. disp. 207. c. 1. eum non peccatum mortaliter, etiam cum conscientia peccati mortalis Sacramentum recipiat, quia præceptum dignè suscipiendi hoc Sacramentum non videtur ita strictè obligare, ut cogat in eo casu ad dimittendum sacrificium inchoatum cum populi scandalo, & sui honoris dedecore, quod intelligit iste cum multi adessent illi sacrificio Missæ, & non solus Minister, quem facile possit in alium locum de seculari, qui positus ad pedem Altaris coram populo, & immediate receptorus Eucharistiam, recordatur alicujus peccati mortalis, & neque præmisit Confessionem, neque contritionem; & hanc opinionem tenet etiam novissimè Gaspar Hurtado de Sacram. disp. 8. de Euchar. diff. 1. ubi sic ait: Si contingat ut quis in Altari existens recordetur alicujus mortalis non confessi, & cujus non habuit, neque habet contritionem, & quando recordatur, est adeo propinquus communioni, ut pro temporis angustiis nequeat moraliter, seu absque nimia difficultate ad contritionem excitari, nisi pro tempore aliquo aliquantulum notabiliter cum gravi nota sui honoris ad eam eliciendum detineatur, tunc iste talis ab eo peccato excusabitur communicando in eo malo statu, quia non est contra irreverentiam Sacramenti debitam in eo statu accedendo, ne notam gravem honoris incurrat. Ita Hurtado.

2. Sed ad prædictum dubium Petrus de Ochagavia de Sacram. rr. 2. de Eucharist. effectibus. q. 8. num. 4. sic respondet. Existimo sacerdotem celebrantem in tali casu debere elicere actum contritionis, tum quia ad eum eliciendum semper est paratum Dei auxilium, tum quia facile potest sine ullo populi scandalo per aliquod breve spatium temporis occupari in acquirenda contritione peccatorum, tum quia facile potest distractam mentem componere. Concedo tamen posse strictius contingere casum in seculari, quam in sacerdote, ut cum recordatur ejusmodi peccati, quando jam jam recipit sacramentum de manu sacerdotis, in quo quidem casu, si commode potest ratione alicujus salivæ projiciende, vel ratione alterius legitimæ causæ aliquantulum differre receptionem Eucharistiae, debet eam differre, & pro brevitate temporis in quocumque eventu procurare contritionem: quod si eam angustiis temporis constrictus non elicit, potius debet Eucharistiam recipere, quam ab Altari discedere cum populi scandalo, & proprio dedecore, quia non est credendum pium ac benignum Jesum hoc sacramentum instituisse in nostrarum animarum remedium cum tanto dispendio nostro, & alieno: hæc omnia docet Ochagavia loc. cit. Sed aliqui putant, & ita revera est, quod in quacumque angustia temporis possit quis elicere actum contritionis, & Deus semper paratus est præbere auxilium suum.

§. 1. Notandum, quosdam existimare hoc præceptum esse juris divini, & oriri ex obligatione illa præmittendi Confessionem ante Communionem: hæc enim obligationem debere statim post impleri, si ante Communionem impleta non fuerit. Sed hæc sententia vera non est: nam præcepta affirmativa non obligant nisi certis occasionibus, quæ statim ac præterierint, cessat obligatio eorum, sive impleta fuerint, sive non: e.g. teneris dare eleemosynam in gravi, vel extrema necessitate proximi, cessante illa necessitate non amplius teneris, sive impleveris præceptum, sive non impleveris. Eodem modo teneris confiteri peccatum mortiferum, quando est communicandum, vel celebrandum: cum autem illud tempus præterierit, cessat obligatio confitendi: quia tota ratio obligans cessat. Dicendum ergo est, hoc præceptum esse merè humanum introductum à Concilio Tridentino. Unde dicendum est intra limites juris naturæ, vel divini, neminem, qui conscientius peccati mortalis communicavit absque prævia Confessione celebrando, vel non celebrando, teneri postmodum prima data opportunitate confiteri, sive peccaverit, sive non: quia dispositio ad aliquid requisita non est jure naturæ postmodum ponenda, si prius non fuerit posita: neque ullo solido fundamento dici potest, quod divino præcepto, quo tenemur Confessionem Communioni præmittere, ne indignè communicemus, teneamur confiteri, si forte non præmiserimus. Restat ergo, ut obligatio sit præcepti Ecclesiastici. Et hæc docet Lessius in 3. part. quest. 80. artic. 4. dub. 3. num. 20. Mercurus de Sacrament. quest. 80. artic. 4. dub. 3. & Præpositus etiam in 3. part. quest. 80. artic. 5. dub. 4. numer. 20. Nugnus de Sacrament. quest. 80. artic. 4. difficult. 4. conclus. 1. & alij.

2. Notandum hîc obiter, quod qui non confitentur in articulo mortis sua peccata mortalia, transacto tali periculo, non tenentur statim confiteri; & similiter, qui ministrat Sacramenta in peccato mortali sine contritione, transacto ministerio, non tenentur statim conteri, vel confiteri. Quia Præceptum Confessionis in articulo mortis obligat tempore illius periculi; & similiter præceptum de contritione pro administratione Sacramentorum ligat, & obligat Ministerium, ut dignè & sanctè exerceat tale ministerium: ergo ista occasione transacta, non obligat statim ad conterendum. Ita Candidus tom. 3. disquis. 2. art. 22. dub. 54. ex Nugno ubi supra.

3. Itaque, ne Sacerdotes sibi fingerent necessitatem celebrandi, Confessione non præmissa, statuit Concilium dicta sess. 13. cap. 7. in fine, Sacerdotem conscientium peccati mortalis, qui ob necessitatem urgentem non præmissa Confessione celebravit, obligatum esse, quamprimum possit, confiteri.

RESOL. CLXIX.

An præceptum confitendi quamprimum, obliget sub mortali? Ex part. 9. tract. 3. Resolut. 22.

§. 1. Pro negativa sententia olim adduxi Villalobos, & Ledesma, quos post me citat, & sequitur novissimè Tamburinus in Methodo expeditæ Communionis, c. 1. §. 6. num. 49. & seqq. qui variis rationibus conatur hanc sententiam firmare, & nominatim contra Cardinalem de Lugo respondet ad ejus argumenta. Poterat etiam in sui favorem adducere Machadum de Præc. Confess. tom. 1. lib. 2. in 1. 3. tr. 1. part. 4. tract. 8. docum. 3. numer. 7. in fine, qui ta-

Sup hæc doctrina supra in Ref. 140. §. His suppositis. & in aliis ejus not.

Sup. hoc factum in Ref. 55. §. ult.

Ref. 18. t. 6. tr. 1. in §. Verum. ad medium, verum. Et ideo. & infra in Ref. seq. à lin. 4. & §. seq. & in 1. 3. tr. 1. Ref. 6. lege men

ESOL. CLXVIII.

An præceptum confitendi quamprimum, si quis sumptit Eucharistiam sine prævia confessione, in casibus superius explicatis, ut habetur in Concil. Trid. sess. 13. c. 7. sit divinum Ecclesiasticum? Et notatur, quod qui non confitentur in articulo mortis sua peccata mortalia, transacto periculo non tenentur statim confiteri; & similiter qui ministrat Sacramentum in peccato mortali sine contritione, transacto ministerio, non tenentur statim conteri, vel confiteri. Ex p. 9. tr. 3. Ref. 21.

Sup. hæc doctrina est

docet Averſa de Sacram. Euchar. q. 8. ſect. 7. quia, ſi hæc eſſet admittenda, ad nihil obligaret ſupradictum præceptum Concilij : nam talis Sacerdos ante aliam celebrationem neceſſariò jure divino tenetur confiteri, propter ſcientiam peccati mortalis; ergo, ſi hæc explicatio eſſet vera, ad nihil obligaret ſupradictum præceptum : ergo falſa eſt explicatio. Tum, quia, ſi talis Sacerdos, v. g. celebraret, & confiteretur poſt ſex menſes, vel annum, ſecundùm hunc Doctorem adimpleret præceptum Concilij; ſed hoc videtur abſurdum : ergo neceſſariò dicendum eſt, quòd ſub præcepto talis Sacerdos tenetur confiteri, non immediatè, nec eodem die, ſed non differendo per longum tempus Confessionem. Unde rejciendus venit Garcias, qui in Summa Theol. mor. tract. 3. diſſicult. 5. dubi. 1. punct. 7. num. 8. aſſerit, me hæc ſententiam docere : nam in locis, quos ipſe adducit, illam non doceo : & ref. 54. tr. 14. p. 5. ubi adduco Granadum, non loquitur iſte de hoc caſu, ut legitibus patebit. Idem dicendum eſt de Pellizzario ubi ſupra.

2. Itaque alij aſſerunt, hoc remittendum eſſe arbitrio boni viri. Ita docet Cardinalis de Lugo de Sacrament. Euchar. diſp. 14. ſect. 7. qui num. 161. me nominatim impugnat, qui docuit, illud verbum, quamprimùm, intelligendum eſſe, intra triduum. Sed ego non recedo à ſententia, quam docui, & quam noviffimè docet doctiſſimus Theologia Profefſor in inclyta Lovaniënſi Academia, Joannes Uviger, de Sacram. in 3. p. D. Thomæ, q. 80. art. 5. dub. 2. ubi ſic ait : [Petet aliquis, intra quod tempus confiteri oporteat, ut quamprimùm dicatur confiteri : Reſpondetur, ſatis probabiliter à nonnullis ſic id exponi, ut dicatur quamprimùm confiteri, ſi ſaltem intra triduum confitetur ; ita enim leges, & Iuriſperiti ſentiunt, id fieri quamprimùm, aut ex incontinenti, quòd intra triduum fit.] Ita ille. Et abſolute noſtram ſententiam tenet Reverendiſſimus Sacri Palatii Apoſtolicæ Magiſter, Vincentius Candidus, tom. 3. diſquiſ. 2. art. 22. dub. 56. ſic aſſerens. [Mihi placet media, & benigna expoſitio, & intelligentia Coninch de Sacram. diſp. 23. dub. 2. n. 5.] Quamprimùm, id eſt, intra triduum. Quia, quòd intra triduum fit, dicitur fieri quamprimùm, & incontinenter. Ita in lege ſmali, Cod. de errore Advocatorum, ibi, incontinenti, id eſt, triduo, & ſ. ſmali. Cod. de judiciis, ibi, illico, id eſt, intra triduum. Et confert doctrina Baldi ibi, & Felin. cap. Veniens. el. 2. de reſcribis, num. 15. ſine. Mandofij de monitorijs q. 31. num. 8. ubi docent di ei incontinenti probari, quòd intra triduum probatur; ergo ſatis bene explicantur verba S. Concilij Tridentini : quamprimùm poſtea confeſſatur Sacerdos, qui urgente neceſſitate, habens copiam Confefſarij, cum ſcientia peccati mortalis celebravit. Quamprimùm poſtea, confeſſatur, id eſt, intra triduum.] Ita Candidus. Et, me citato, noſtram ſententiam tenet etiam Trullench de Sacrament. lib. 2. cap. 6. dub. 4. num. 26. & Averſa, ubi ſupra, quibus adde amiceſſimum Patrem Pellizzarium in Man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 2. ſect. 1. num. 116. & Eligium Balſæum in Floribus Theolog. mor. verb. Communio Sacram. num. 39.

3. Et hæc ſententiam (ſeculſus aliquibus circumſtantijs, de quibus ego, Candidus, & alij non ſumus loquuti, ut ſi forte Sacerdos prima die haberet commoditatem confitendi, non habiturus ſequentibus diebus : quia tunc ſanè tenebitur non differere, ne longiori mora retardetur) approbat etiam Garcias in Summa Theol. mor. tract. 3. diſſic. 5. dub. 2. num. 89. ubi hæc aſſerit. [Pœnitentia, que aya obligatione de confeſſante, dentro de un hora, y puede ſuſceder que inſtara la obligatione dentro de

Tom. 1.

un dia, ni dos : porque ſi acabando de dezir Miſſa ſe ofrecieſſe algun Confefſor, juzgando que no lo tendra el dia ſiguiente, quando aya de celebrar, ni algunos dias, deſpues, claro eſta que eſtara obligado à confeſſarſe luego, porque aunque aquella dilacion es pagueña, quanto al tiempo. es emperò grande quanto à la calidad, pues ſeria cauſa de que celebrarle otra vez ſin confeſſarſe, però ſi ſabe, que el dia ſiguiente, y de alli à dos dias le tendra à la mano, quando aya de celebrar otra vez, muy prouable es, & ſecurum in praxi, que lo puede deferir vn dia, y dos, porque aquella dilacion no es tan grande, que no puede verficarſe aun con ella, la palabra quamprimùm, porque el Concilio habla de la manera que ſe uſa en el derecho, y en el derecho el quamprimùm, ſe eſtiende à eſto, como ſe vee cap. Eos, qui de ſent. excommun. donde ſe manaa, que el, que ſcapò de la muerte, y tiene caſo reſervado, del qual le abſolvio el Confefſor ordinario, ſe preſente al Superior, quamprimùm poſſit, y aunque paſſen tres, ni quatro dias, nadie juzgara que reincide : lo miſmo aſirma Thom. Sanch. lib. 2. in Decal. c. 10. n. 55. del que tiene mandato de los ſeñores Inquiſidores, para que preſente los libros prohibidos al Tribunal, que aunque paſſaſſen dos dias, no por eſto traſpaſſa el precepto, ni incurte en las cenſuras.] Hucusque Garcias.

4. Nota verò, quòd Sanchus in Selectis, diſp. 32. n. 14. putat, illa verba Concilij, Quamprimùm poſtea confeſſatur, eſſe intelligenda, quamprimùm id eſt, illico, finita Miſſa, Sacerdotem alitricum eſſe confiteri. Sed hæc intelligentia videtur nimis ſtricta, & rigoroſa. Nota etiam, quòd Granadus in 3. p. contr. 6. tr. 10. n. 16. ex Sanch. & alijs viris doctis, docet, non peccare mortaliter eum, qui ad craſtinam diem differret Confessionem, eo quòd craſtina die fit celebraturus, & tunc certò habiturus copiam Confefſaris. Quare, licet hodie confiteri poſſit, non peccat lethaliter omittendo; quòd ego certiffimum puto. Videt etiam circa præſentem quaſtionem Leandrum de Sacrament. tom. 2. tr. 6. diſp. 7. q. 53. ubi me defendit ab impugnatione Cardinalis de Lugo, & contra ipſum probat, me rectè citafſe aliquos Doctores, quòd immeritò ipſe negabat.

Sup. conten- tis in hoc §. lege Refol- nos: prima hujus Ref

RESOL. CLXXII.

An Sacerdos exiſtens in peccato mortali, ſi voluntariè non confeſſus celebret, teneatur quamprimùm confiteri ?

Ex quo inferitur, quòd Sacerdos, qui ſui peccati vincibiliter oblitus celebrat, non præmiſſa confeſſione, non tenetur præcepto Concilij de confeſſione quamprimùm. Et notatur aliquos eximere ab hoc præcepto Sacerdotem, qui ante Miſſam legitime confeſſus, tamen per oblivionem præmiſit aliquòd peccatum, cuius ſubinde recordatur ante Miſſam, non habens amplius copiam Confefſarij.

Item, ſi ex juſta cauſa prætermiſit in confeſſione ſcienter aliquòd peccatum, & ſi habens etiam peccata reſervata non potuit de illis directè abſolvi. Ex part. 9. tract. 3. Ref. 26.

Sup. hoc in Refol. ſeq. & in Refol. 1.

§. 1. Affirmativè reſpondet Michael Zanardus, Dominicanus, in Director. Theol. part. 1. de Sacrament. Euchar. cap. 6. ubi ſic ait : [Quarto, debet proponere confiteri : ſi tamen non proponeret confiteri ſubito nata ocaſione, non peccaret : ſufficit enim, quòd proponat confiteri ante omnem aliam Communionem. Sed, quoniam Concilium Tridentinum jubet ſeſſ. 13. c. 7. quòd qui ſic communicavit ſine Confeſſione, debet quamprimùm

ſ. ult. ante mediu, à verſ. & ideo Sacerdos, & infra in Ref. 178. in ſiac, & in Refol. 182. Breviter in ſine

confiteri, §. 2.

confiteri, idem si non confiteretur quamprimum, faceret contra præceptum Concilij, & idem mortaliter peccaret. Unde sub præcepto tenetur quamprimum confiteri, id est, non immediate, nec eo die, sed non differendo per longum tempus Confessionem: quod sentio obligare Sacerdotes sic communicatos ex oblivione, vel malitia. Ita ille, cui adde Joannem Vviggers in 3. part. de Sacrament. qu. 80. art. 5. dub. 2. mm. 14. sic asserentem: Nobis non probatur sententia multorum, qui docent, si contingat, sacerdotem, qui habet conscientiam peccati mortalis, communicare sine prævia Confessione, non quia deest copia Confessoris, sed, quia sine nota infamia non potest confiteri, puta, quia occurrit illis peccatum in Missa inchoata, aut simili de causa non teneri verbis illis Concilij ad quamprimum confitendum, & multo minus istorum, qui idem dicunt de sacerdote, qui sciens, & volens non confitetur, & cum conscientia peccati mortalis celebravit, etiam si commodè confiteri poterit, quamvis enim Concilium antea dixerit, perpetuè esse servandum, (quòd, scilicet, præmittatur Confessio, etiam à Sacerdotibus, quibus ex officio incumbit celebrare, modò non deest illi copia Confessoris; tamen quòd subjungit præceptum de faciendi deinde Confessione quamprimum, non restringit illud ad illos Sacerdotes solos, qui ob inopiam Confessoris celebraverint sine sacramentali Confessione prævia; sed simpliciter dicit: *Qui, necessitate urgente, absque prævia Confessione celebraverint, quamprimum confiteantur*, quæ proinde verba censentur merito comprehendere omnes, qui ita, sine Confessione prævia, celebraverint, neque ex eo, quod præcessit, videtur si efficiens sumi argumentum sic restringendi, prout alij restringunt. Hucusque Vviggers. Quod potest probari ex argumento à minori ad majus: quia, si Sacerdos, celebrans ex necessitate sine malitia, absque præmissa Confessione, tenetur quamprimum confiteri: ergo à fortiori tenetur sacerdos, qui sacrificavit ex malitia: quia par non est, ut commodum reportet ex suo delicto.

2. Sed ego puto, his non obstantibus, negativam sententiam tenendam esse: & ita tenet, me citato, Leandrus de Sacram. tom. 2. tract. 7. disp. 7. quest. 51. Stephanus à Sancto Gregorio de Sacram. lib. 3. cap. 26. n. 12. Suar. in 3. part. tom. 3. disp. 66. sect. 7. Mercurius de Sacram. quest. 80. art. 4. dub. 30. Granado in 3. part. contr. 6. tr. 10. disp. 7. n. 15. Arayo in 3. part. 9. 80. art. 4. n. 29. Filiucius tom. 1. tract. 4. cap. 8. n. 222. & 223. Nugnus de Sacram. tom. 2. 9. 80. art. 4. diff. 4. concl. 3. & alij communiter. Probatur: quoniam nullum est tale præceptum, nisi impositum à Tridentino: sed in illo tantum fit mentio de sacerdote celebrante sine Confessione urgente necessitate: ergo in aliis casibus non est talis obligatio, sive pro laico, sive pro sacerdote. Patet consequentia: quoniam præcepta penalitativa non sunt extendenda magis, quam sonant: ergo.

3. Ad argumentum contrariæ sententiæ respondeo, quòd in lege positiva non valet argumentum à minori ad majus: tum, quia non obligat, nisi quatenus in ea exprimitur: sed in Concilio Tridentino non exprimitur, sacerdotem ex malitia celebrantem sine Confessione teneri quamprimum confiteri. Tum, quia Concilium facile sibi potuit persuadere, sacerdotem, ex malitia celebrantem, non statim expiaturum sua peccata per Confessionem, cum temerè ausus sit grave sacrilegium ex malitia perpetrare in Eucharistia Sacramento suscipiendo: ergo, cum non exprimat sacerdotem ex malitia celebrantem, talis vi præcepti Concilij Tridentini non obstringitur post celebrationem quamprimum confiteri.

4. Ex his inferitur à fortiori cum Castro Palao tom.

4. tr. 21. disp. unica. punct. 6. 1. 2. n. 9. quòd sacerdos, qui sui peccati invincibiliter oblitus celebrat non præmissa Confessione, non tenetur præcepto Concilij de confitendo quamprimum.

5. Nota, aliquos eximere ab hoc præcepto sacerdotem, qui ante Missam legitime confessus, tamen per oblivionem prætermisit aliquod peccatum, cuius etiam post tubinde recordatur ante Missam, non habes amplius & pro copia Confessorij. Item, si ex justa causa in Confessione prætermisit scienter aliquod peccatum: & si habens etiam peccata reservata, non potuit de illis directe absolvi, quamvis illa quoque Confessario exposuerit. In his enim casibus sacerdos non celebrat absque prævia Confessione: siquidem verè illam præmittit. Sed, secundum aliquos dici debet, sacerdotem, qui sic celebravit, adstringi hoc præcepto quamprimum postea confitendi; quia jure ordinario prærequiritur Confessio omnium mortalium peccatorum: si ergo quis ex oblivione, aut justa causa prætermisit aliqua in Confessione, vel ob reservationem non potuit directe de aliquibus absolvi, & ex necessitate celebravit eorum conficius, debet adhuc quamprimum postea ea confiteri, & abolitionem querere: quia Decretum & intentum Concilij est de omnibus, & singulis peccatis, quorum sacerdos conficius erat. Vide Lugum disp. 14. sect. 7. & de hoc ego alibi.

RESOL. CLXXXIII.

An Sacerdos, qui ex malitia, & culpabiliter celebrat absque confessione, teneatur præcepto Concilij Tridentini sect. 13. cap. 7. quamprimum confiteri? Et an idem dicendum sit de illo, qui non præmissa confessione celebrat, & inter celebrandum meminit ante Communionem se esse in statu peccati mortalis? Ex part. 10. tr. 16. & Milc. 6. Ref. 78.

§. 1. **N**egativè respondet Cardinalis Lugo de Sacra. Euchar. disp. 14. sect. 7. n. 150. quia Concilium aperte loquitur de illo, qui necessitate urgente, celebrat; & quidem in his præceptis positivis non debemus arguere ab uno ad alium calum: præsertim cum sit major ratio in presenti; tum quia hoc præceptum ordinatur ad iniiciendum metum iis, qui prætextu necessitatis celebrandi differre possunt diu Confessionem; posito autem hoc novo præcepto, diligentius quarent Confessarium: illis autem, qui ex malitia id faciunt, non erat necesse iniicere talem metum, cum jam sciant, se obligari sub peccato ad præmittendam Confessionem; tum etiam, quia præceptum hoc in ordine ad illos, non esset utile, sed occasio certa novi peccati absque ulla spe fructus. Quomodo enim sperabitur confessurus statim post Missam propter hoc novum præceptum Ecclesiæ, quo, contempto præcepto Divino, celebrat nunc absque confessione: Ita Lugo. Sed adversus illum novissimè insurgit Martinon in Theolog. Schol. tom. 5. disputat. 49. sect. 8. mon. 87. putat enim, Sacerdotem sic celebrantem à fortiori contineri sub præcepto Concilij, eo quod Concilium Tridentinum ait: Si necessitate urgente, &c. putat non esse dictum, ut excluderet calum extra necessitatem: sed ut disertè exprimeret illum, de quo magis dubitari poterat, & in quo necessitas videri poterat excusare. Nec obest, quod præceptum hoc non aded prodest malitiosis. Neque enim propterea non debent urgeri præceptis, & oneribus, ut respiscant. Hæc Martinon, qui poterat in favorem suæ sententiæ adducere etiam Sylvium in 3. part. quest. 80. art. 4. dub. 2. Verum

Verum his non obstantibus ego puto non esse recedendum à sententia Cardin. de Lugo, quam novissimè cum aliis tenet ejus Frater P. Franciscus de Lugo, de Sacram. lib. 4. c. 6. q. 8. n. 70. nam in præceptis positivis non valet argumentum à minori ad majus; nec arguere valeamus ab uno casu ad alium: Præsertim cum in celebrante sacrilegè deficiat finis humani præcepti; quod certè non cogeret ad confessionem postmodum quamprimum faciendam illum, qui scienter violat præceptum Divinum præmittendi confessionem ante Communionem: unde potius esset occasio novi peccati: & idèò, ut dixi, opinio Martinon, mihi non placet.

2. Notat verò dictum Martinon ubi supra, contra eundem Cardinalem Lugo docere idem dicendum esse de eo, qui non præmissa confessione celebrat, & inter celebrandum meminit ante communionem, se esse in statu peccati mortalis. Talis enim, si tunc non potest confiteri, tenetur conteri, & data prima commode confiteri, quia celebravit absque confessione prævia, ut ait Tridentinum, prævia, inquam, ad Communionem, de qua loquitur idem Concilium verbis proximè antecedentibus illud præceptum consequenter ad illud Apost. 1. Cor. 11. *Probet autem seipsum homo* (per confessionem) & sic de pane illo edat. & de calice bibat. Debet autem hoc novum præceptum intelligi latum esse Sacerdotibus, juxta subjectam materiam, & consequenter ad verba præcedentia.

3. Sed his non obstantibus, licet probabiliter dicta sint, ego puto, sententiam Card. de Lugo, esse probabiliorè; & illam, tenet P. de Lugo ubi supra n. 69. Unde Rubrica Missalis Sacerdoti, qui conscientiam habuit peccati mortalis ante Missam inchoatam præscribit, ut habeat contritionem, & postquam primum confiteatur; illi verò qui talem conscientiam in ipsa solum celebratione recognoscit, dumtaxat præscribit, ut habeat contritionem cum proposito confitendi, & satisfaciendi, videlicet suo tempore.

RESOL. CLXXIV.

An si quis non habens copiam Confessarii, vel urgente necessitate celebrat cum intenta voluntate, quod si adfuerit Sacerdos ad illum non accedat, teneatur, hoc non obstante, quamprimum confiteri?

Et an Sacerdos obligetur hoc præcepto statim confitendi, quando non habens copiam Confessarii, necessitate urgente, celebravit non præmissa confessione, nec contritus, sed indignè?

Et quid, si sine necessitate celebrat in peccato mortali Ex p. 9. tract. 3. Ref. 31.

§. 1. Hoc dubium nimis curiosum invenio apud Amicus in cur. Theol. tom. 7. disp. 26. sect. 2. n. 32. ubi sic ait: [Una hic superest difficultas, an hoc præceptum se extendat ad eos, qui, quamvis & inopiam Confessoris habeant, & necessitas urgeat celebrandi; adhuc tamen ad celebrandum accedunt cum intenta voluntate non accedendi ad Confessarium, etiamsi adfuerit? Ratio dubitandi est; quia hoc præceptum solum iis videtur à Concilio impositum, qui bona fide licitè ob defectum Confessoris, necessitate urgente, ad celebrandum accedunt. Sed hic illicite, & mala fide accedit cum voluntate non præmittendi sacramentalem confessionem peccati mortalis, etiamsi Confessarius adfuerit: igitur non videtur hoc novo Concilii præcepto de Confessione statim faciendâ obligari. Nihilominus probabilium puto, hanc teneri. Fundamentum est: quia Concilium in Tom. I.

hoc præcepto instituendo non tam attendit ad internam voluntatem Sacerdotis ad celebrandum accedentis, quàm ad externam confessoris inopiam, & urgentem necessitatem: ergo, si reverà hic habet inopiam Confessoris, & urget celebrandi necessitas, quidquid sit de interna ipsius voluntate, comprehenditur sub hoc præcepto. Confirmatur: nam, si quis habens Confessoris inopiam, & urgeat celebrandi necessitas accedat cum sola attritione putata, comprehenditur sub hoc præcepto: ergo etiam qui accedit cum voluntate non confitendi, si adfuerit Confessarius. Antecedens, me judice, constat: cum Concilium in suo Decreto non expresserit, ut quando Sacerdos non habet copiam Confessarii, & urget necessitas, debeat accedere contritus: sed solum dixerit, quando deficiente copia Confessoris, & necessitate urgente, absque prævia Confessione celebraverit quamprimum confiteatur. Consequentia verò probatur: nam eodem modo accedit mala fide, qui cum conscientia peccati mortalis in tali casu ad celebrandum accedit cum sola attritione putata, quàm qui accedit cum voluntate Confessionem non præmittendi, etiamsi Confessarius adfuerit.] Hæc omnia Amicus.

2. Hic etiam querendum venit, an Sacerdos obligetur hoc præcepto statim confitendi, quando non habens copiam Confessoris, necessitate urgente, celebravit non præmissa confessione, nec contritus, sed indignè? Respondeo affirmative. Ratio est: quia Concilium, ut ferret hoc præceptum, non attendit ad internam dispositionem, cum qua quis accederet: sed ad externam occasionem, quam habere posset, non præmittendi confessionem celebrationi. Quare, si Sacerdos dignè, sive indignè ad celebrandum accedat, dummodò necessitate urgente, ob inopiam Confessoris, non præmittat confessionem celebrationi; semper hoc præcepto obligabitur; & idèò Sacerdos habens copiam Confessoris, non ex necessitate, sed ex malitia celebrans non præmissa confessione, quamvis indignè celebret, non tamen obligatur hoc præcepto, quamprimum confiteri: quia Concilium solum loquitur de Sacerdote, qui necessitate urgente, non præmittit confessionem celebrationi. Quod si objicias: qui necessitate urgente, ob inopiam Confessoris, non præmissa confessione, cum sola contritione celebrat, dignè accedit ad Euchariam, & tamen obligatur hoc præcepto statim confiteri: ergo multò magis obligabitur, qui absque necessitate, habens copiam Confessoris, sine confessione ex malitia celebrat, quia accedit indignè, imò peccat mortaliter accedendo. Resp. negando consequentiam: quia est diversa ratio utriusque: nam hoc præceptum, inter alias causas, latum est ad tollendam occasionem fingendi necessitatem celebrandi sine prævia confessione, vel nimium differendi illam: nam, cum Sacerdoti imposita sit obligatio confitendi statim post celebrationem, si antea non potuit, multò magis erit sollicitus timoratus Sacerdos de præmittenda confessione. Hæc autem ratio non procedit in illo, qui sine necessitate in peccato mortali celebrat: & idèò non oportuit novam obligationem ei imponere, quia satis ei erat præceptum divinum de præmittenda confessione. Et hæc omnia docent Vasquez tom. 3. disp. 208. c. 3. n. 19. Suar. tom. 3. disp. 66. sect. 7. & alij.

RESOL. CLXXV.

An Sacerdos, qui in die Parasceves officium facit, si urgente necessitate, vel non habens copiam Confessarii hoc faciat absque prævia confessione, teneatur
S 2 quam

MARTINON
Opera
Tom. I & II
E III

Sup. hoc la-
re in duabus
præcedenti-
bus Ref. &
cursum in fi-
ne Ref. 178.
& in Relol.
182. brevi-
ter in fine,
§. 2.

quam primum confiteri: Ex part. 9. tract. 3. Ref. 29.

Sup. hoc in
Ref. seq. &
supra cur-
sim in fine
Ref. 170.

§. 1. **V**idetur prima facie negativè respon-
dendum: quia Concilium ad hoc præceptum
solum obligat illos, qui celebrant, hic autem non
videtur celebrare: nam celebrare propriè importat
sacrificare, hic autem non sacrificat, sed solum
communicat. Vnde, si in hanc diem incidat Festum
obligans ad Sacrum audiendum, non tenebitur po-
pulus huic sanctæ actioni interesse; quia cum non
sit propriè Sacrificium, non tenebitur illi interesse,
cum ex vi Præcepti non teneatur nisi interesse Sa-
crificio, ut ex pluribus *alibi* notavimus ex declara-
tione Sacræ Congregationis Indicii.

Alibi in to.
2. tr. 3. Ref.
19. & in
aliis §§. &
verf. eius
primæ not.
& etiam se-
cundæ.

2. Sed proflus, existimo, affirmativæ sententiæ
adhærendum esse. Ratio est: quia etiam hæc actio
ab Ecclesiasticis Authoribus dicitur celebratio, &
Sacerdos, qui illam exercet, absolutè dicitur cele-
brare. Vnde in Rubricis feria sexta Parasceve dici-
tur: *Celebrans facta reverentia usque ad terram*, &c.
Nec refert, quòd iste propriè non sacrificet: nam
sufficit, ut exerceat actionem, quæ dicatur cele-
bratio sub cuius nomine Concilium suum Decretum
exprimit. Neque etiam obstat, quòd tali actio-
ni non tenetur interesse, qui Ecclesiastico Præcepto
obligatur ad Sacrum audiendum: quia plus requiritur
ad Sacrificium, ad quod tantum obligat Eccle-
siasticum præceptum, quam ad celebrationem, sub
cujus tantum nomine Concilium suum Decretum
expressit. Et ita hanc sententiam tenet, me citato,
*Caspensis in Cursu Theolog. tom. 2. tract. 23. disp. 9. fect. 3. num. 27. Mercerus de Sacram. q. 80. art. 4. dub. 2. & 3. me citato, Averfa de Sacrament. Euchar. q. 8. fect. 7. Perlicus de offic. Sacerd. lib. 1. c. 1. dub. 15. n. 173. Præpositus in 3. part. quæst. 80. art. 5. dub. 4. num. 20. Stephanus à Sancto Gregorio de Sacram. lib. 3. cap. 26. num. 12. & me citato, Pellizzarius in Mun. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 2. fect. 1. num. 116. & me citato; Leandrus de Sacrament. tom. 2. tractat. 7. disp. 7. q. 49. Trullench de Sacram. lib. 3. cap. 6. dub. 4. num. 27. Filiucius tom. 1. tract. 4. c. 8. num. 223. Suar. tom. 3. in 3. part. disputat. 66. fect. 7. & alij com-
munitur.*

RESOL. CLXXVI.

An qui in peccato mortali existens celebravit in die Parasceves sine prævia confessione, teneatur quam primum, confiteri ex præcepto Concilij Tridentini fect. 13. cap. 7?

Et an in dicto præcepto comprehendatur ille Sacerdos, qui sine prævia confessione Sacrificium alterius Sacerdotis deficientis post consecrationem consummat, & complet?

Et docetur præceptum Concilij quam primum confitendi non obligare sub mortali, nisi ultra triduum.

Et qui intra triduum non confitetur pro adimplendo præcepto dicti Concilij, an saltem peccet venialiter pro illa mora?

Et an aliquando aliquis excommunicatus, urgente necessitate sacrificandi, vel communicandi, possit celebrare, vel Eucharistiam sumere absque prævia confessione, vel contritione?

Attente lege, obsecro hunc ultimum curiosum casum in §. ultimo hujus Resolutionis, quia titulus hic non potest illum breviter comprehendere, & significare.
Ex part. 10. tr. 12. & Misc. 2. Ref. 16.

Sup. hoc in
Ref. præce-
rica, & cur-
sim supra in
fine Ref.
170.

§. 1. **A**ffirmativam sententiam sæpius docui:
sed novissime Dicastillus, de Sacrament.
tom. 1. tractat. 5. disput. 9. dub. 9. numer. 157. huic

sententiæ, me citato assentitur, non tanquam om-
nino certæ doctrinæ, sed tanquam probabili. Ne-
que (ait ipse) video satis firmum fundamentum;
Nam, quod dicunt, illam non esse Communio-
nem laicam, cui fundamento nititur Diana; ve-
rum est, idèò probabilem video sententiam. Sed
adhuc posse responderi, non esse omnino Sacer-
dotalem: Nam Sacerdotalis illa est, quæ Sacerdos
ex consecratis tunc à se reficitur, ita ut Commu-
nio Sacerdotalis sit consummatio Sacrificij, ab ipso
facti: quod Sacrificium illa die non fit, sed ex
præconsecratis (etiam ab alio) præcedenti die fit
tota illa solemnitas. Vnde, sicut ipse Lugo, nu-
mer. 150. dixit, casum celebrantis non præmissa
confessione ex mera malitia, non comprehendit in
hoc præcepto; quia non debemus in præcep-
tis positivis argumentari ab uno casu ad alium,
præsertim quando est major ratio in uno, quam
in alio; sic etiam hic non debemus argumentari
à celebratione Missæ ad illam, quæ non est Mis-
sæ celebratio, sed Communio sine Sacrificio, in
qua non est tanta ratio sic præcipiendi, sicut in il-
la, quæ est verè confectio Sacrificij. Vnde, sicut
ipse Lugo, & ceteri communiter, reitimus Vaz-
quium dicentem, esse obligationem, si festum
incidat in Parascevem, audiendi illam celebra-
tionem, quia succedit loco Missæ: quod video vel
maximè reitimus, quia non sufficit hoc, ut ab
una materia in aliam transferamus præceptum:
ita in præsentis casu posset quis respondere, non
sufficeret, quòd illa sit actio Sacerdotalis, & Com-
municatio non mere Laica, ut præceptum etiam
ad illum casum se extendat. Quòd verò ait Lugo,
etiam illa die dici Sacerdotem celebrare, ut passim
habetur in Rubricis Missalis; parum urget, Vox
etiam celebrare, & celebravit, etiam Vesperis solet ac-
commodari. Sic Gregorius magnus, & alij notant, in
Ecclesia non solum veteris legis, sed etiam novæ Fe-
sta celebrari à Vespera in Vesperam, imò nomen ce-
lebrationis actioni publicæ, & cum solemnitate solet
accommodari. Vnde non video, eam sententiam ita
firmo niti fundamento, ut certò ausim affirmare, ten-
neri sub mortali, quam primum confiteri eum, qui
sic in illa die celebravit; licet existimem probabilius
esse, teneri. Hucusque Dicastillus. Sed ego puto,
non esse recedendum à communi sententiæ affirma-
tiva.

2. Nota etiam hic obiter Primò, me olim etiam
docuisse, quòd in dicto præcepto Concilij Triden-
tini comprehenditur ille Sacerdos, qui Sacrificium
alterius sacerdotis deficientis post consecrationem
consummat, & complet, quia tunc verè dicitur
celebrare, saltem partialiter, & non accipere Com-
munionem more Laicorum, & moraliter gere-
re unam quasi personam, & unum Ministrum Christi
cum altero sacerdote deficiente, in cuius locum
sufficitur, ut si Minister Sacrificantis præcipui, qui
est Christus. Verùm Dicastillus ubi supra me citato,
num. 159. putat hæc non ita convincere, ut non
possint ex probabilibus principijs eludi; maxime,
cum agamus de obligatione præcepti positivi affir-
mativi, in cuius objecto, & materia, si aliquid de-
ficiat ab eo, quòd ordinario, & communi modo
solet contingere, facile est invenire evasionem.

3. Nota secundò, me olim etiam docuisse præ-
ceptum Concilij quam primum confitendi, non
obligare sub mortali, nisi ultra triduum; sed
Cardinalis de Lugo, de Euchar. disput. 14. num.
161. invehitur contra me hoc asserentem. Verùm
præter alios quos adduxi in part. 9. tractat. 3. ref. 23.
in mei favorem novissime dictus Pater Dicastil-
lus, ubi supra num. 165. & seqq. me citato, nostram
sententiam

Sup. hoc in
Ref. seq. 1
supra in fine
Ref. 170.

Que hic est
supra in fine
Ref. 170. & in
Ref. 170. & in
Ref. 170. & in
Ref. 170.

sententiam sequitur, ac confirmat & docet, ut semper solet me defendit acriter ab omnibus impugnationibus, quas contra sententiam nostram adduxerat dictus Eminentissimus Cardinalis de Lugo Vide illum, & non pigebit. Vide etiam in mei defensionem Bossium in *Moral. tom. 2. tit. 3. §. 21. num. 208.*

4. Sed si aliquis quærat, an stando in mea sententia qui intra triduum non confitetur pro adimplendo dicto præcepto Concilij, an saltem peccet venialiter pro illa mora? Affirmativè videtur respondere Cardinalis Lugo, ut observat Dicaillus n. 166. Sed ipse existimat nec leviter peccare præcisè ex vi præcepti; quia tota vis sita est in hoc, quòd quando non agitur de alio incommodo, quàm de mora, & dilatione per illas dictiones, *quam, primum, statim, &c.* jura, & leges tantum significant triduum, ita ut quantum ad sensum, & moralem interpretationem idem dicere *quam primum, statim, illico, &c.* atque dicere, intra triduum, ita ut una vox sit interpretatio alterius. Sic enim leges una per alteram interpretantur, *leg. fin. Cod. de errore Advocatorum ibi: in continent, id est, triduo, & leg. fin. Cod. de Indicis, ibi: illico autem, id est, intra triduum.* Sicut ergo, si præceptum, aut lex mandaret expressis verbis aliquid fieri intra triduum: nemo posset dicere, leviter contra legem agere eum, qui differet actionem mandatam usque in tertiam diem, & in fine illius integrè præstaret officium: ita nec peccabit leviter, quando dicit *statim*, quamprimum, &c. quia ut supponimus idem in hæc materia significant. Tota data doctrina videtur fundari in eo, quòd cum leges, & Superiores nihil aliud explicant, vel res ipsa manifestè non postulet majorem celeritatem; non videntur quasi instantaneam, & mathematicam celeritatem postulare, sed benignè sunt interpretanda mandata juxta mores hominum, & aliarum legum in quibus per eas voces non major celeritas postulatur.

5. Et tandem nota hic casum curiosum, posse videlicet aliquando aliquem excommunicatum urgente necessitate sacrificandi; vel communicandi, celebrare, vel Eucharistiam sumere absque prævia confessione, vel contritione; verbi gratia; Petrus mandat Joanni percutere, aut occidere procul absentem Franciscum Sacerdotem: ivit Joannes executurus mandatum: interim dum is pergit, Petrus penitentia ductus omnem adhibet diligentiam revocandi Joannem; sed irritò conatu, quia jam ille perrexit nimis procul: sed ante quàm eo veniat, ubi possit Franciscum percutere, Petrus attritus confitetur, certus quòd, cum nondum pervenerit Joannes ad locum, non executus fuerit mandatum; atque adeò, quòd nondum ipse Petrus incurrit excommunicationem (quæ, ut suppono, non incurritur ante consummatum opus.) Ecce jam Petrus ab omni culpa mandat in puncto, quo Joannes exequitur, incurrit excommunicationem existens in gratia. In hoc casu dico, quòd, si urgeat necessitas communicandi; & non sit qui possit Petrum absolvere à censura, potest non obstante censura, communicare, nulla præmissa confessione, & etiam adit Confessarius, qui possit à peccatis absolvere, sed non à censura) atque etiam absque ulla contritione, quam teneatur habere post incursum censuram. Quod facile est probare. Nam ad confessionem non tenetur, quia jam fuit legitime confessus ante incursum censuram: ad contritionem verò non, quia est gratia per eam confessionem, & non amplius peccavit, ut supponimus, quem statim gratia non fustulit incursum censuram; ergo ex nullo capite tenetur confiteri aut con-

teri. Adde, quòd nec possit confiteri, donec absolvatur à censura, quia nulla est necessitas confessionis, nec ratione Communionis, nec ex alio capite: imò, si adesset qui posset absolvere à censura; sola ea absolutio absque alia sacramentali factis esset, ut videtur notum positus prædictis circumstantiis. Et hæc omnia docet Dicaillus, *ubi supra n. 8. dub. 130.* quæ secundum ejus mentem dicta esse volo, & in gratiam curiosorum; est enim vir doctissimus, & acuti ingenij.

RESOL. CLXXVII.

An Sacerdos, qui urgente necessitate complet Sacrificium ab alio inchoatum, etiam post consecrationem, teneatur quamprimum, confiteri? Ex p. 9. tr. 3. Refol. 30.

§. 1. **A**ffirmativè respondeo cum Amico in *cur. Theol. tom. 7. disp. 26. sect. 2. num. 34.* & me citato, Caspensi in *Cur. Theol. tom. 2. tr. 2. 2. disput. 9. sect. 2. num. 27.* & Reverendissim. Candedo *tom. 3. disput. 2. art. 22. dub. 62.* qui docet hoc, etiam facta consecratione. Et ratio est: quia hæc actio est propriè Sacerdotis, & sub nomine celebrationis meriti comprehenditur, juxta communem usum, & sensum hujus vocis: ergo tenetur etiam hic Sacerdos, qui assumitur in tali casu, ad consummandum Sacrificium, urgente necessitate, cum conscientia peccati mortalis; tenetur, inquam, vi Præcepti in Concilio conditi, quamprimum postea, finito sacrificio, confiteri. Et hanc sententiam me etiam citato, tenet Pellizzarius in *Man. Reg. tom. 2. tr. 8. c. 2. sect. 1. n. 116.*

Sup. hoc in Refol. præterita. §. Nota etiam hic & cursum supra in fine Refol. 170.

RESOL. CLXXVIII.

An Sacerdos, qui in ipsa actione celebrandi recordatur alienius peccati mortalis, licet tunc eliciat actum contritionis, teneatur postea quamprimum confiteri, stante supradicto præcepto? Et quid est dicendum de Sacerdote, qui ex malitia celebrat non confessus; vel qui in ipso Sacrificio mortaliter peccaret ante communionem? Ex part. 2. tract. 14. Ref. 61.

§. 1. **A**ffirmativè respondet Suarez in *3. part. tom. 3. disp. 66. sect. 7.* Reginald. in *praxi, tom. 2. lib. 29. c. 7. n. 110.* Bonacina de *Sacr. disp. 4. q. 6. punct. 1. n. 39.* Squillante de *obligat. cler. p. 1. n. 132.* & ex nostris Megala in *1. p. lib. 5. c. 4. n. 2.* Ref. 173. §. Molfesius in *sum. tom. 1. tr. 3. c. 10. n. 28.* eum aliis. Notat.

Ratio verò est, nam talis Sacerdos celebrat urgente necessitate, prævia confessione.
2. Sed mihi semper visa est opinio Vasquez probabilior, quam ipse publicè docuit in Collegio Romano anno 1587. ut testatur in *3. part. tom. 3. disp. 208. cap. 3. num. 19.* Dico igitur, si ante sumptum Sacramentum quis recordetur alicujus mortalis, illud tamen non confiteatur, non quia desit copia Confessarij; neque prætextu illius, sed propter scandalum aliorum, & ne incurrat infamiam notam, non teneatur postea, ex præcepto Concilij quamprimum confiteri; quod probatur ex verbis, & mente Concilij. Nam postquam Concilium explicuit nobis vim præcepti de præmittenda confessione, addidit, *modo non desit copia Confessarij, quòd si necessitate urgente, absque prævia Confessione celebraverit,*

Sup. hoc in Refol. seq. & in Refol. 1. post seq. §. 2. & supra in Ref. 173. §. Notat.

Sup. hoc in Ref. seq. & supra in Ref. 170.
Quec. lib. 1. cap. 1. §. 1. Ref. 178. §. Sed. ita. & infra in Ref. 111.

quamprimum confiteatur; hoc autem non accidit, quando Sacerdos ideo solum non confitetur, ne notam infamiae incurrat, cum tamen alias copiam habeat Confessarii. Ergo, &c. Itaque secundum Vasquez, praedictum praecipuum Concilij solum obligat, quando sacerdos non habens copiam Confessarii, & urgente necessitate compulsus, non praemisit confessionem, cum tamen antequam celebraret conficius esset peccati mortalis. Quare si aliquis sacerdos, bona fide accedit ad altare, absque conscientia peccati mortalis, ibi autem recordatur alicujus, non tenebitur praedicto praecipuo. Et hanc opinionem Vasquez docuerat antea Saytus de Sacram. lib. 2. c. 7. art. 2. & postea Sylvius in 3. p. q. 86. art. 4. dub. 2. ubi asserit contrarium esse dicendum de sacerdote, qui ex malitia celebrat, non confessus, vel qui in ipso Sacrificio mortaliter peccaret ante Communionem, licet alicui hoc negent, & probabilius, ut Nugnus in 3. p. tom. 1. q. 88. art. 4. diff. 4.

Sup. hac malitia supra in Ref. 172. & c. & sup. hoc ultimo in Refol. seq. à lin. 6. & prope finem, à vers. O que de hecho se cometo. & ibi in fine, vers. qui in ipso actu.

RESOL. CLXXIX.

An Sacerdos veniatur quamprimum confiteri, si post consecrationem, ante tamen sumptionem, recordetur alicujus peccati mortalis?

Et quid est dicendum de illo, qui in ipso actu celebrandi committit aliquod peccatum mortale, etiam post consecrationem, licet communicaverit, praemisit contritione?

Et quid, si recordetur peccati obliti post sumptionem, vel finitam Missam?

Et quid est sentiendum, si ante celebrationem fuisset confessus, & alicujus peccati obliti mortalis recordetur ante sumptionem?

Idem est de eo, qui ante Missam confessus est omnia peccata mortalia praeter unum, quod iustis de causis tacuit, vel de eo, qui habens causam reservatam, & non potest recurrere ad Superiorem, urgente necessitate celebrandi, confitetur inferiori? Ex part. 9. tract. 3. Ref. 24.

Sup. hoc in §. 1. Ref. praeterita, & in aliis eius primae not.

Sup. hoc prope finem huius Ref. vers. O que de hecho & in fine vers. qui in ipso actu. & in Ref. praeterita in fine vers. vel qui in ipso.

Sup. hoc, quod hic docetur cum eodem Candido ad litteram, in Ref. seq. §. 2. sed lege Refol. not. primae huius Ref.

Affirmative respondet Candidus tom. 3. disp. 2. art. 22. dub. 59. n. 67. ubi sic ait: Sacerdos celebrans, si post consecrationem, ante tamen sumptionem, recordetur alicujus peccati mortalis, vi praecipii in Sacro Concilio conditi tenetur post celebrationem quamprimum confiteri. Similiter tenetur confiteri quamprimum finita celebratione, si aliquod peccatum commiserit post consecrationem, licet communicaverit praemisit contritione: quia tunc dicitur celebrare, & communicare urgente necessitate, sine praemisit Confessione: sed sacerdos celebrans, vel communicans urgente necessitate sine praevia Confessione, si alias habeat copiam Confessarii, obstringitur vi praecipii Concilij Tridentini quamprimum postea confiteri. Ergo. Ita ille: qui tamen postea dub. 60. docet, quod si sacerdos, qui solum propter oblivionem celebrat, & communicat absque Confessione praemisit; vi Praecipii in Concilio conditi non tenetur postea quamprimum confiteri. Quia oblivio non proprie dicitur urgens necessitas; sed Concilium statuit, quod sacerdos celebrans urgente necessitate, absque praevia Confessione, cum conscientia peccati mortalis, teneatur quamprimum confiteri: ergo sacerdos, qui oblivionem ante Communionem non est confessus peccatum mortale, quod habet, si post celebrationem illius recordetur, vi Praecipii in Concilio conditi, *sess. 13. cap. 7.* non tenetur illud quamprimum postea confiteri. Vide etiam Hurtadum de Sacram. Euchar. disp. 9. diff. 7. docentem quod si sacerdos, dum celebrat, au-

te sumptionem Eucharistiae recordetur, & fiat conficius mortalis, antea, vel tunc commissi, & nequeat tunc confiteri absque gravi nota, neque desistere à celebrando, aut ob periculum gravis nota, aut quia jam consecravit, tenetur post celebrationem quamprimum confiteri: quia tunc sumit Eucharistiam absque Confessione ob urgentem necessitatem sumendi illam, ne, scilicet, notam incurrat, aut quia jam consecravit, & quia caret copia Confessarii: quia nulli confiteri potest absque dicta nota.

2. Sed pro negativa sententia ego olim adduxi Vasquez, & alios, quibus nunc addo, me citato, Pellizzarium in Man. Regul. tom. 1. tr. 5. c. 9. sect. 2. n. 42. & me etiam citato, Averlam de Sacram. Euchar. q. 8. sect. 7. Praepositum in 3. p. q. 80. art. 5. dub. 4. n. 21. ubi ita asserit: [Notandum, Decretum Concilij solum respicere eos, qui sibi sunt concilij peccati mortalis: quia verba citata Concilij referuntur ad praecedentia, ut facile patet ex textu. Unde si aliquis existens in mortali, cuius non erat sibi conficius, celebraverit, non tenetur postmodum primo quoque tempore confiteri: quod etiam videtur verum in eo, qui cum inadvertentia, vel ignorantia etiam vincibili peccati celebravit: nam, quamvis talis inadvertentia non excuset celebrantem à peccato; obstat tamen, quominus dici possit conficius peccati, ut patet ex dictis. Decretum etiam videtur intelligendum de eo, qui sibi est conficius, antequam celebraret: quia videtur velle restringere facultatem celebrandi, antequam praemitatur Confessio: quod non habet locum in eo, qui ignarus sui peccati incepit celebrare, & in decursu, saltem post consecrationem, illius recordatur: unde talis non videtur Decreto comprehendi, & proinde non videtur teneri postmodum primo tempore confiteri.] Ita ille.

3. Probatum insuper haec opinio. Primo, quia in hoc casu non servatur secunda conditio, quae est inopia Confessarii: nam iste non ideo communicat conficius peccati mortalis, quia sibi deest copia Confessarii, cum alias, ut supponitur, Confessarii copiam habeat, sed ne infamiam notam incurrat. Secundo, quoniam finis Concilij in hoc Praecipio statuendo fuit, ne sacerdotes negligentiores ferent in Confessario quaerendo: quod non ita Concilium timere poterat de iis, qui habentes copiam Confessoris, illum tamen adire non possent, ne infamiam incurrent, sicut de iis, qui Confessarii copiam non habentes celebrant. Ut igitur hos redderet diligentiores, & cautiore in Confessario quaerendo, peculiari Praecipio adstrinxit, ut quamprimum confiterentur, Tertio, in Rubricis de defectibus dispositionis animae, in Missali Romano duo casus assignantur. Primus, quando sacerdos non habens copiam Confessoris, urgente necessitate, celebrat: & huic injungitur Praecipuum de confitendo, quamprimum poterit. Secundus est, si in ipsa celebratione sacerdos recordetur, se esse in peccato mortali: & huic ut necessarium remedium praecipitur sola contritio, nulla mentione facta de Praecipio confitendi quamprimum poterit. Signum igitur est, Pontificem declarasse in hoc secundo casu Decretum Concilij non habere locum. Et hanc opinionem tenet, etiam, me citato, Caspensis in Curs. Theol. tom. 2. tract. 22. disp. 9. sect. 2. num. 26. ubi sic ait: Quamvis satis probabile sit, eum, qui in ipsa celebratione meminit alicujus mortalis, non teneri quamprimum confiteri, nec de illo loqui Tridentinum; inquit enim: Qui necessitate urgente absque praevia Confessione celebravit; praevia autem Confessio Confessionem significat ante Missam: nam Confessio facta in medio Missae non dicitur praevia, sed concomitans. Idem censet, si ante celebrationem fuisset confessus &

Sup. hoc ad literam in Ref. præterita §. 1. ante mediū, verū qui tamen, sed lege eā à principio, & aliam Ref. ejus primæ not...

Sup. hoc ad pedem literæ in Ref. præterita, prope finem, verū, Ocro caso.

Sup. hoc iuxta causā supra in Ref. 172. §. ult. ad lin. 5. & post mediū & in Ref. 179. §. ult. post mediū, verū Et eodem modo.

Sup. hac iuxta causā supra in Ref. 172. §. ult. ad lin. 5. & post mediū & in Ref. 179. §. ult. post mediū, verū Et eodem modo.

Sup. hoc iuxta causā supra in Ref. 172. §. ult. ad lin. 5. & post mediū & in Ref. 179. §. ult. post mediū, verū Et eodem modo.

Sup. hoc iuxta causā supra in Ref. 172. §. ult. ad lin. 5. & post mediū & in Ref. 179. §. ult. post mediū, verū Et eodem modo.

qui solum propter oblivionem celebrat, & communicat absque Confessione præmissa, vi Precepti in Sacro Concilio conditi non tenetur postea quamprimum confiteri: quia oblivio non proprie dicitur urgens necessitas. Sed Sacrum Concilium statuit, quod Sacerdos celebrans, urgente necessitate absque prævia Confessione, cum conscientia peccati mortalis, tenetur quamprimum confiteri; ergo Sacerdos, qui ob oblivionem ante communionem non est confessus peccatum mortale, quod habet; si post celebrationem illius recordetur, ut Precepti in Sacro Concilio conditi *sess. 13. cap. 7.* non tenetur illud quamprimum postea confiteri. Hæc Candidus. Unde utramque sententiam asserit Garcia in *Summa Theol. mor. tr. 3. diffic. 5. dub. 1. punct. 7. n. 85.* esse probabilem, sic asserens: [Otro caso ponen algunos, y es, quando uno se acuerda del pecado, aviendo ya sumido, ò cabado de dezir Missa: però en este por tan provable tengo la parte negativa, como la afirmativa.

3. Verum ego proflus negativæ sententiæ adhaereo: quia, si Sacerdos post sumptam Eucharistiam recordatur alicujus peccati, non potest dici, quod celebraverit sine prævia Confessione ex inopia Confessarij, vel urgente necessitate, ut de casu prioris Resolutionis dicebatur: ergo non tenetur confiteri quamprimum. Et ita tenet Perficus de offic. Sacerd. lib. 1. cap. 1. dub. 15. n. 175.

RESOL. CLXXXI.

Qui confessus est ante celebrationem, & ex oblivione omisit aliquod peccatum, quaritur, an teneatur confiteri illud quamprimum ex præcepto Concilij Tridentini *sess. 13. cap. 7.* Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Resol. 97.

§. 1. AD hoc dubium affirmativè respondet Joan. Præpositus in 3. part. qu. 80. art. 5. dub. 4. n. 21. ubi sic ait: Si Sacerdos urgente necessitate celebraverit sine prævia confessione peccati mortalis, cujus ante celebrationem erat conscius, tenetur quamprimum confiteri, quod non solum habet locum in eo, qui absolute non est confessus, sed etiam in eo qui iuxta de causa aliquid in confessione non recensuit, vel ex oblivione, quia hujusmodi peccatum, per se loquendo, debebat ante communionem subjici clavibus, & dici potest, quod conscius illius celebraverit, sine ejusdem confessione, & proinde Decretum Concilij ad illum casum se extendit. Ita ille.

RESOL. CLXXXII.

An Sacerdos, quando confessus est, & post celebrationem recordatur alicujus peccati obliti in dicta confessione, teneatur quamprimum confiteri ut impleat præceptum Concilij Tridentini *sess. 13. cap. 7.* Et notatur quod dictum præceptum Concilij tantum fuit latum pro celebrantibus, qui conscij mortalis, & non habentes copiam Confessarij, & urgente necessitate celebrarunt absque prævia confessione. Etiamque advertitur, quod si quis in scammo communicantium recordetur mortalis posse, absque prævia confessione communicare? Ex part. 5. tract. 14. & Misc. 2. Ref. 6.

§. 1. Affirmativam sententiam docet Præpositus in 3. p. D. Thom. q. 80. art. 5. dub. 4. n. 21. Sed ego contrariam probabiliter existimo

cum Petro Cornejo tom. 2. in 3. part. tract. 4. disp. unic. quest. 80. dub. 3. num. 3. ubi sic ait: Quæres an hoc præceptum quamprimum confitendi, obliget non solum quando non fuit præmissa confessio, sed etiam quando qui præmissit confessionem, oblitus fuit alicujus peccati mortalis, cujus post celebrationem recordatus est? Respondeo negativè, & ratio est, quia Concilium id præcipit quando non fuit præmissa confessio. Ita ille.

Intellecta doctrina hujus §. multi ex supra dictis casibus facile dissolventur, & pro contento à lin. 6. hujus §. in Ref. 1. post præteritam, & pro contento à lin. 9. hujus §. supra late in Ref. 172. & in aliis ejus primæ notæ & pro contento in §. ult. hujus Ref. supra in Ref. 146 & in aliis §§. ejus primæ annot.

2. Notandum est etiam hic ad tollendos scrupulos cum Hurtado disp. 9. de Euchar. diff. 7. & alios, quod dictum præceptum Concilij tantum fuit latum pro celebrantibus, qui consicij mortalis, & non habentes copiam Confessarij, & urgente necessitate celebrantur absque prævia confessione, ideo qui celebravit absque conscientia mortalis, quamvis post celebrationem recordetur mortalis ante celebrationem commissi, non tenetur eo præcepto, neque qui celebravit conscientis mortalis, si erat copia Confessarij, aut si non urgebat necessitas celebrandi.

3. Notandum est etiam hic obiter quoddam si quis in scamno communicantium recordetur mortalis, posse absque prævia confessione communicare, secundum Henriquez, ut alibi dictum est, etiam seclusa nota, & scandalo, in quo videtur excedere. Sed præpositus ubi supra num. 19. quia communiter potest lubesse periculum infamiae, putat in tali casu communicaturos posse sine scrupulo manere, nec expedire ut instituant confessionem ministraturo Eucharistiam.

RESOL. CLXXXIII.

An si quis, urgente necessitate celebrandi, casum reservatum cum omnibus aliis peccatis confessus sit cum inferiori Confessario, teneatur postea quamprimum ex præcepto Concilij Tridentini, sess. 13. cap. 7. confessionem facere cum Superiore?

Et notatur, quod verba ista quamprimum intelliguntur, ut Sacerdos postea confiteatur suo tempore nempe ante aliam celebrationem? Ex part. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref. 64.

Sup. hoc fu. §. I. Casus est curiosus, & potest faciliter in præcipua in Ref. 172. §. ult. à lin. 6. & in Ref. 279. §. ult. post mediam, cursum in vers. Et eodem modo.

§. I. Casus est curiosus, & potest faciliter in præcipua in Ref. 172. §. ult. à lin. 6. & in Ref. 279. §. ult. post mediam, cursum in vers. Et eodem modo.

Casus est curiosus, & potest faciliter in præcipua in Ref. 172. §. ult. à lin. 6. & in Ref. 279. §. ult. post mediam, cursum in vers. Et eodem modo.

Casus est curiosus, & potest faciliter in præcipua in Ref. 172. §. ult. à lin. 6. & in Ref. 279. §. ult. post mediam, cursum in vers. Et eodem modo.

Sup. hoc si gnanter in Ref. 1. 10. præterita cursum in dicto §. ult. in principio.

§. I. Casus est curiosus, & potest faciliter in præcipua in Ref. 172. §. ult. à lin. 6. & in Ref. 279. §. ult. post mediam, cursum in vers. Et eodem modo.

fessarij celebrat absque nova confessione.

2. Non desinam tamen hic obiter adnotare pro intelligentia illorum verborum Concilij quamprimum, hæc P. Lugo asserere, ubi supra num. 158. Alij dicunt verba ista intelligi ut Sacerdos postea confiteatur suo tempore, nempe ante aliam celebrationem, quam sententiam saltem, per principia extrinseca probabilem esse docet idem Diana loco citato, & pro ea assert Stephan. Fagundez de præcept. Eccles. tract. 3. lib. 3. cap. 8. num. 9. Molfesum in summ. tom. 1. tract. 3. cap. 10. num. 28. & Petr. Binsfeldium in Enchir. Theol. past. cap. 4. verum ex his auctoribus solus Fagundez id dixit absque alio auctore, vel ratione. Nam Molfesius loquitur ibi expressè de laico communicante, urgente necessitate absque prævia confessione, & de illo dicit debere habere contritionem cum proposito confitendi non statim, sed suo tempore, pro quo assert Suañum & alios auctores, qui certè id non dicunt de Sacerdote celebrante. Petrus verò Binsfeldius citatur à P. Diana, non designata parte illius operis; oportet tamen quoddam in 1. part. non cap. 5. sed cap. 6. in quo tractat de illa obligatione Sacerdotis, sed ibi nullo modo insinuat ejusmodi sententiam, non potest ergo manere probabilis propter sola principia extrinseca, quæ non habet alium auctorem, nisi unum, & est contra omnes alios. Huc usque Lugo. Sed advertat Lector, Molfesum & Binsfeldium in favorem sententiæ Fagundez non esse à me citatos falsò, unde puto eorum codices quos penes se retinet amicissimus vir, non rectè impressos esse, ut ex incuria & ex reiteratis editionibus sæpè accidere solet, & ideo Binsfeldius, quem penes me habeo, in Enchir. Theol. pastor. part. 1. cap. 5. §. 9. concl. 6. sic ait: Quando Sacerdoti existenti in Altari in mentem venit aliquod peccatum mortale, quod non est confessus, tunc sola contritio sufficit; verum tenebitur absolutò sacrificio quamprimum poterit confiteri, id est, antequam amplius celebret. Sic ille. Molfesius autem in summ. tom. 1. tract. 3. cap. 10. num. 28. sic asserit: Est igitur alia secunda & vera limitatio ex parte celebrantis, si nempe inchoasset sacrificium, nec posset illud relinquere, vel ob scandalum, vel quia cæpta esset consecratio, & recordetur se esse in peccato mortali, vel quia post cæptum sacrificium cogitatione peccasset mortaliter, & sic de aliis; si non posset vocare Confessarium, cui confiteatur, dum non potest commodè confiteri, nec sacrificium inchoatum relinquere, potest, imò debet complere; conetur tamen contritionem habere cum proposito confitendi citius, quod licet tutius sit & securius statim confiteri post completum sacrificium, data copia Confessarij; hoc tamen non est de præcepto, & satis est pro adimplendo præcepto si confiteatur suo tempore, nempe ante aliam celebrationem. Hæc Molfesius, licet citet aliquos qui hoc non asserunt; teneatur igitur sententiam Fagundez alij duo Auctores; verum, ut dixi, ex rationibus à priori mihi non placet.

RESOL. CLXXXIV.

An Sacerdos non celebrans, sed sumens Eucharistiam ab alio Sacerdote in peccato mortali, teneatur quamprimum confiteri? Ex part. 9. tract. 3. Ref. 28.

§. I. Respondeo negativè: quia cum hoc præceptum sit penale, extendi non debet, nisi ad eos, ad quos verba ipsa Legislatoris in propria significatione sumpta extendunt: atqui verba Concilij in propria significatione sumpta non se extendunt, nisi ad Sacerdotes celebrantes, ergo non debent

debet ad alios extendi. Minor constat ex ipsis verbis Concilij nam postquam citato cap. 7. declaraverat, qualis preparatio, tam laicis, quam Sacerdotibus, necessaria esset ad Eucharistia perceptionem, in fine capitis de solis sacerdotibus statuit, quod si urgente necessitate absque pravia confessione celebraverint, quamprimum confiteantur. Colligiturque ex fine ipso Præcepti, qui est, ne sacerdotes, quibus ex officio celebrare incumbit, prætextu urgentis necessitatis sæpè celebrent sacramentali Confessione prætermissa. Itaque ex his patet, quod sacerdotes, qui more laicorum communicant, non sacrificans, hac lege Concilij *sess. 13. cap. 7.* non obstringitur: quia ille non se gerit tunc, ut sacerdos, sed ut laicus: ergo tunc legibus tantum laicorum astringitur, & non sacerdotum. Tum, quia, ille tunc non celebrat: sed Concilium loco citato, loquitur solum de sacerdote celebrante, in illis verbis: *Quod si necessitate urgente Sacerdos absque pravia Confessione celebraverit, quamprimum confiteatur*: ergo sacerdos, qui more laicorum non celebrans communicat, non ligatur lege prædicta Concilij Tridentini. Et ita hanc sententiam tenent communiter Doctores; & solum ex illis adducam Magistrum Serra in 3. p. q. 80. art. 4. ubi sic ait: [Hoc Præceptum ad laicos, & non sacerdotes, qui absque pravia Confessione, urgente necessitate, communicaverint, extendendum non esse, communiter dicunt DD. ij enim non quamprimum, seu prima data occasione tenentur confiteri; sed possunt differre confessionem, quousque necessitas communicandi iterum inestet. Et idem videtur esse de sacerdotibus, qui non celebrando communicant, cum solum dicatur: *Si Sacerdos celebraverit*. Ita ille, cui ex eadem Familia adde Artajum in 3. part. quest. 80. artic. 4. num. 29. & me citato, Leandrum de Sacram. tom. 2. tract. 7. disp. 7. q. 48.

RESOL. CLXXXV.

An laicus, qui urgente necessitate, vel non habens copiam Confessarij, sumpsit Eucharistiam, teneatur quamprimum confiteri?
Et notatur, quod si homo immemor peccati mortalis non est confessus ante communionem, & ad linteum Altaris recordatur alicujus peccati mortalis, tenetur confiteri de illo, & sic Eucharistiam sumere; si vero ante Communionem confessus est, & ad linteum Altaris recordatur alicujus peccati mortalis oblitus in confessione, tunc non tenetur de illo contere, sed proponere illud confiteri suo tempore? Ex part. 9. tract. 3. Ref. 27.

§. 1. Affirmativæ sententiæ adhaeret Emanuel Sa verb. Confessio, n. 5. & verb. Eucharistia, n. 24. Azor, tom. 1. lib. 10. cap. 31. q. 9. Henric. lib. 8. c. 45. Navar. & alij, quos alibi citavi: quia Concilium generaliter declaraverat, & præceperat, nullum omnino posse, qui conscientiam peccati mortalis habet, communicare absque pravia Confessione: quando ergo infra ponit, quod si necessitate urgente sacerdos absque pravia Confessione celebraverit, quamprimum confiteatur; videtur tunc relinquere idem judicium de illis, qui sic communicant, de quibus hoc non ita expressit, forsitan quia in laicis rarior occurrit necessitas sic communicandi. Aliam rationem reddit Henriquez: Præceptum enim divinum, inquit de Confessione, sicut & Præceptum restitutionis, includit quandam negationem, ut impleto semel termino, & cessante exultatione obliget statim Deo per Confessionem satisfacere.

Hanc etiam sententiam tenet Michæl Zanardus in dict. Theolog. part. 1. de Sacrament. Eucharist. cap. 7. non propter verba Concilij, ait ipse, quoniam tantum de Sacerdote sunt, sed propter finem ejus quia Concilium videtur supponere hoc esse Domini Præceptum de communicando cum Confessione precedente: at, quia necessitas non habet legem, idè communicaturus in necessitate, intelligit se à Domino potestatem habere communicandi sine Confessione, sed non absolute, cum Præceptum sit superioris, sed pro tempore tantum necessitatis. Unde, ne videatur Domini Præceptum spernere, debet quamprimum confiteri, & est communis modus dispensandi Superiorum minorum, dum in Præceptis Superiorum majorum dispensant; non absolute, inquam, quia non possunt, sed pro tempore pro quo possunt.

2. Verum non est recedendum à sententia negativa, quam alibi docui, & nunc iterum doceo: quia in explicanda lege positiva standum est verbis, neque obligatio est extendenda amplius, quam verba legis in proprietate intellecta requirunt: cum ergo verba Concilij loquantur tantum de Sacerdotibus, non sunt extendenda ad laicos. Unde patet responsio ad fundamentum primum aliorum: neque enim in positivis legibus procedit argumentum à pari, aut majori; quamvis nec omnino par sit ratio, quia potuit Concilium hoc peculiariter injungere Sacerdotibus, ne iterum necessitate urgente cogantur absque Confessione pravia celebrare; quia copia Confessoris tunc iterum deerit, quam antea neglexerint. Nec convincit ratio Henriquez: quia in primis peccatum commune est omnino sententia, quod non ex Præcepto diviso teneatur Sacerdos postea quamprimum confiteri, sed tantum Ecclesie. Deinde, quia quando Præceptum divinum urget tantum hic, & nunc ex occasione certi eventus, & propter impedimentum aliquod tunc impleri non potest, non semper necessarium est, quod actus ille Præcepti statim exerceatur sublato impedimento, si transierit simul occasio, ratione ejus pro tunc quis obligabatur. Ut si quis in periculo sit moriendi, jure divino tenetur Viaticum sumere; si tamen facultatem pro tunc sumendi non habeat, & morbus allevietur, & sanetur agrotus; non tenebitur postea quamprimum communicare. Neque satis explicat Henriquez, quomodo in casu posito urget Præceptum aliquod negativum. Itaque contra Navarrum dicendum est, quod in Præceptis, præsertim poenalis, quale est hoc, non est attendendum, quid Legislator interrogatus statuisset, sed quid de facto sua lege statuit. Cum enim lex non obliget, ut existens in mente Legislatoris, sed ut scripto, aut verbo expressa; etiam si Concilium in mente habuisset, aut interrogatum hoc ipsum de Laicis statuisset; quia tamen hoc non statuit, laicos non obligat: quia sola voluntas interna Legislatoris subditos non obligat. Et ita nostram sententiam tenet, me citato, Leandrum de Sacram. tom. 2. tr. 7. disp. 7. q. 48. Mercurus de Sacrament. q. 80. art. 4. dub. 3. Granada in 3. part. contro. 6. tract. 10. disp. 7. n. 15. Lessius in 3. part. q. 80. art. 4. n. 11. Suarez disp. 66. sect. 7. & alij Doctores communiter, quos hic usque ad nauseam possem adducere: unde sententiam affirmativam putavit parum probabilem Joannes Præpositus in 3. p. q. 80. art. 5. dub. 4. n. 20.

3. Sed post hæc scripta inveni Henric. in Com. cas. mor. c. 34. n. 22. circa præsentem difficultatem sic asserere: [El hombre, que no teniendo conciencia de pecado mortal, llega à comulgar, sin averse confesado, y estando con el paño en la mano se acuerda de algun pecado mortal, està obligado à hazer

Alibi in Ref. not. præterita.

ITON
PENA
10 II
E III

Sup hoc pro
Sacerdote
in Altari su
pra lege la
tam doctri
nam Ref.
164. 165. &
166.

hazer un acto de contricion, y luego puede comulgar, y en acabando de comulgar esta obliido à confessarse. Però si antes de llegar à comulgar se uviese confessado de los pecados que se acordio, y despues de aver tomado el panio para comulgar, se acuerda de algun pecado mortal, que en la Confession se le olvido de confessar, puede comulgar, sin hazer acto de contricion, proponiendo de confessarse à su tiempo: y la razon es, porque el Concilio Tridentino *sess. 14. cap. 7.* determina, que los, que tienen conciencia de pecado mortal, se confessien antes de llegar à comulgar; y aviendo hecho esto, y no aviendossele olvidado al hombre los pecados por culpa suya, y estando en ocasion, que si levantasse à confessar, daria nota, y e scandalo, no està obligado à levantarse, y assi puede comulgar. Però, porque en el otro caso, que ariba, diximos, no precedio la Confession sacramental, està obligado hombre à mas que esto, que es à confessarse en acabando de comulgar, y hazer un acto de contricion antes de la Comunión. esta doctrina es de Autores graves, aunque no està impresa: y deveffe notar, porque los Doctores, que an escrito sobre este punto, no hazen distincion alguna entre el hombre, que llega à comulgar aviendosse confessado, y el que llega no aviendosse confessado.] Hæc ille, que in gratiam curiosorum adnotare volui.

RESOL. CLXXXVI.

An qui celebrat, vel sumit Eucharistiam, non præmissa confessione casu, quo eam præmittere tenebatur, committat duplex peccatum?

Idem est de illo, qui non præmittit contritionem.

Et observatur eum, qui intuitu reverentia Sacramenti Eucharistia prohibita præcepto aliquo positivo ad hoc humano sumere Eucharistiam; (ut prohibetur excommunicatus, & non jejunos, & qui ob aliquod speciale peccatum prohibetur quasi indignus.) eam sumit in statu peccati mortalis, non committere duo peccata mortalia, sed unum tantum numero? Ex part. 9. tract. 3. Ref. 32.

Sup hoc infra in c. 7.
Ref. 56. §. 1.
& in tom. 2.
ti. 1. ex Ref.
149. §. Nota
etiam.

§. 1. **R**espondeo negativè cum Caspensi in *Cur. Theolog. tom. 2. tract. 2. disp. 9. sect. 2. num. 28.* ubi asserit, illum, qui culpabiliter accedit ad hoc Sacramentum, non præmissa Confessione sacramentali, non committere duo peccata mortalia, sed unum duntaxat. Ratio est; quia Præceptum præmittendi Confessionem ante Eucharistiam, propriè non est positivum, sed negativum; non enim obligamur ad confitendum per se ratione Confessionis; sed per accidens ratione Eucharistie sumenda: quia propriè Præceptum hujusmodi est, ne quis indignè, & sine debita probatione accedat ad Sacramentum; unde fit, unum solum peccatum committi, scilicet, indigna susceptionis Eucharistie: quia ubi est unum propter aliud, est unum tantum. Idem etiam docet Trullench. *de Sacram. lib. 3. cap. 6. dub. 4. num. 25.* & Sotus in *4. dist. 18. q. 1. art. 4.* & idem est de illo, qui non præmittit contritionem, ut optimè advertit contra eundem Sotum, Vasquez hic *disp. 208. cap. 3. num. 34.* Ratio est: quia Præceptum præmittendi Confessionem, & contritionem, non tam est propter ipsa, quam propter Eucharistiam: unde non tam est affirmativum, quam negativum, de non accedendo ad Eucharistiam absque hac debita probatione: non igitur peccat, non conterendo, aut non confitendo, & iterum, accedendo ad Eucharistiam; sed semel peccat, accedens absque contritione, & Confessione prævia. Et hæc omnia docet etiam Cornejo in 3,

part. D. Thome, tract. 4. quest. 80. *disp. unica, dub. 2. quest. 4.* Vide etiam Ochagaviam *de Sacram. Euchar. tract. 2. quest. 8. num. 6.* & quest. 9. num. 11. & me citato, Leandrum *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 8. §. 8. quest. 16.*

2. Observa etiam hic obiter cum Hurtado *de Sacrament. disp. 9. difficult. 1.* & aliis, eum, qui intuitu reverentia Sacramenti Eucharistie, prohibitus præcepto aliquo positivo, adhuc humano, sumere Eucharistiam, (ut prohibetur excommunicatus, & non jejunos, & qui ob aliquod speciale peccatum prohibetur quasi indignus,) eam sumit in statu peccati mortalis, committere duo peccata mortalia; sed unum tantum numero: quia, quamvis sumptio illa ex duobus titulis sit peccatum mortale, nempe, & quia est transgressio illius præcepti positivi, & quia est transgressio præcepti naturalis divini non sumendi Eucharistiam in statu peccati mortalis; nihilominus quia uterque iste titulus eodem modo opponitur religioni, quia eodem modo est contra reverentiam Sacramenti; idè est idem specie peccatum, & etiam est idem numero: quia non est, unde malitia numero multiplicetur; quia materia est eadem numero, & non respiciens diversa extrinseca, imò nullum, quia est absoluta, nullum extrinsecum respiciens.

RESOL. CLXXXVII.

Petrus in confessione accusavit se decies adulterasse, sed postea cognovit se quinque tantum in peccatum adulterij incidisse; quaritur, an quando denuo confiteatur, debeat certum numerum declarare, & dicere se tantum quinque peccasse?

Et hæc Resolutio est generalis in aliis peccatis? Ex part. 2. tract. 17. & Misc. 3. Refol. 25.

§. 1. **M**artinus Bonacina ubi *infra* ait hanc difficultatem nullum expressis verbis declarasse, sed ego invenio ad illam affirmativè respondere Joannem Yribar in *4. sentent. dist. 17. disp. 57. sect. 8. tom. 2.* ubi querit, Quid juris, si peracta confessione occurrant memoria aliqua peccata mortalia, quorum in foro illo non meminit; & respondit, Quòd si error in assignando numero fuit notabilis, tenetur penitens denuo forum repetere, & illa explanare. Ut ex. c. si bis, vel ter mæchatus est, & confessus est se decies mæchatum fuisse, devincitur iterum confiteri. Sic ille.

2. Sed mihi proflus placet opinio contraria Bonacinae *de Sacram. disp. 5. q. 5. sect. 2. punct. 3. num. 3.* nam si bona fide majorem numerum peccatorum mortali in confessione expressit, non solum tenetur repetere confessionem, ut pote validam, & integram formaliter, verum neque tenetur errorem majoris numeri confiteri. Ratio est, tum quia peccata sua confessioni semel subjevit, eorumque abolitionem obtinuit à Confessario, judicium ferente circa minorem numerum in majori contento, tum quia secunda confessio esset potius exculatio, quam accusatio. Nec valet dicere, quod in tali casu deciperetur confessarius in materia gravi; nam Respondeo quòd sic penitens deciperet confessarium, non formaliter, sed tantum materialiter in sui præjudicium, & incommodum; nam ratione majoris numeri expressi, major penitentia fuit illi à Confessario injuncta. Hæc sunt rationes Bonacinae pro sua firmanda opinione, quam etiam ex nostris docuit P. D. Marcellus Megala in *1. parte institutionum confessor. lib. 5. cap. 18. n. 10.* ubi postquam dixisset ex communi sententia DD. quòd si quis in confessione

manifestando numerum, si error notabilis sit tenetur verum numerum manifestare. At si erravit in excessu, constituendo majorem numerum notabiliter, non putat cum teneri ad verum numerum manifestandum; quia cum bona fide, & absque dolo id fecerit confessio non fuit infidelis, peccaminosa, & vere fuit integra, & quia numero majori minor numerus continetur. Hæc opinio prorsus est sequenda.

RESOL. CLXXXVIII.

An si quia confessus est centies, plus, minusve, furatum; si postea certo sciat se esse centum, teneatur excessum confiteri?
Et in textu hujus Resolutionis datur Regula ad cognoscendum, quando obliget postea ad constituendum verum peccata confessio sub his verbis plus minusve. Ex p. 1. tr. 5. & Misc. 6. Ref. 59. alias 57.

Negativam sententiam ex Vivaldo tanquam probabilem videtur admittere Pater Verrielli in qq. mor. tr. 5. q. 6. n. 23. & tr. 1. q. 8. per totam, quia quamvis proprietas dictionis Circiter, aut plus, minus, vel similis, importet adjectionem parvæ summæ supra expressam, tamen in declaratione numeri peccatorum, præsertim cum numerus est magnus, & longi temporis, ex communi usu loquendi constitutum, significat longè majorem quantitatem, & sic addit dimidium supra quantitatem expressam, idque propter ingentem difficultatem, ac fere morealem impossibilitatem, quæ est in expressione certioris numeri, seu in restrictione ad illam propriam, ac legalem significationem dictionis pluris, ut modicam quantitatem exprimat, nempe decem supra centum. Ita ille, qui postea alias adducit rationes, sed prudenter in fine questionis appoluit hæc verba. Verum his non obstantibus puto non esse recedendum ab opinione affirmativa posita in n. 5. quia est communis inter Doctores, & communiter servatur in praxi.

Itaque Vivaldi opinio omnino est rejicienda, nec bene loquitur, qui contra omnes loquitur, maxime circa ea, quæ pertinent ad præxim Sacramentorum, & a communi usu fidelium. De hac questione ego egi in 3. p. tr. 4. resol. 94. & me citato de illa bene tractat Cardinalis Lugo de penitent. disp. 16. sect. 2. num. 96. & me citato Leander de Sacrament. tom. 1. tr. 5. disp. 5. q. 10. alij notant, aliquos illa verba plus, vel minus extendi non solum ad duo, vel tria, verum etiam ad quartam partem summæ cui adicitur; ut si penitens dicat, octies perjurati plus, minusve, tunc extendantur ad decem, quia duo sunt quarta pars ex toto. Sic aliqui, quos refert Gloss. in l. Hec adjectio 192. ff. de verb. signif. Quorum sententiam bene refutat Lugo eo quod nequeat esse universaliter vera. Quia si aliquis mihi promittat centum millia aureorum, parum plus, vel minus, non satisfaciet dando septuaginta quinque millia, quia illud quod dicitur, licet sit sola quarta pars, non est tamen parum, sed multum minus, quam centum millia, quæ promittit Caspensis in Cur. Theol. tom. 2. tr. 24. disp. 4. sect. 15. n. 137. sic ait: Cum enim quis confiteatur decies peccavi, plus minusve, duo v. g. ad quæ se extendunt illa verba sunt aliquid parvum, & non est notabilis excessus: quando verò qui confitetur, mille peccavi plus, minusve; centum vel ducenta licet sint aliquid parum respectivè; sunt tamen aliquid magnum absolute, & notabilis excessus necessariò exprimens in subsequenti confessione: hoc tamen relinquitur judicio prudentis: quia re-

gula omnino certa assignari non potest.

3. Verum in his omnibus pro regula generali mihi placet quòd sit admittenda explicatio jurisconsulti Vulpiani in d. leg. hæc adjectio. Ubi sic ait: Hæc adjectio plurisve non infinitam pecuniam continet sed modicam dumtaxat. Adjectio hæc solidorum decem, plurisve ad minusculam (vel ut alij legunt, ad minutulam) summam refertur. Quanta autem debeat esse, non potest definiri universalis regula, sed arbitrio prudentis relinquitur, ut docet Glossa ibidem, & Valquez q. 91. art. 1. dub. 6. n. 2. debet autem in eo judicio formando servari hæc regula, ut major est numerus qui nominatur; major etiam numerus possit intelligi verbis illis plus, minusve: non tamen debet hoc accipi proportionè Arithmetica, ut dicunt, sed Geometrica: hoc est non debet ita accipi, ut si numero minori addita extendantur ad quintam partem, addita etiam numero majori possint extendi ad quintam ejus partem, v. g. cum dicitur peccavi decies plus, minusve, verificatur si octo, vel si duodecim vicibus peccasti, atque adeo illa verba addunt vel demunt quintam partem numeri denarij, quæ est duo, & tamen cum dicitur peccavi centies plus minusve, non verificantur verba si octoginta solis, vel centum viginti vicibus peccasti, quia quinta pars numeri centenarij, quæ est viginti, non est parum, sed multum plus, vel minus.

4. Ratio regulæ hujus quoad utramque partem est, quòd ad verificanda illa verba, parum plus, vel minus semper debet intervenire aliqua parvitas in eo, quòd additur, vel aufertur: parvitas autem aliquando est absoluta, quando in seipso absolute est parum id, quòd additur: aliquando verò est respectiva, quando licet in se non sit parvum, est tamen parum respectivè ad aliquid multò majus. Hinc est, quando verba illa plus, minusve adduntur numero parvo, verificari, etiam si id, quòd additur, vel aufertur, sit tertia pars: v. g. si dicas peccavi ter plus, minusve, vera sunt, si solum bis aut quater peccasti, quia licet unum sit tertia pars numeri ternarij; est tamen in se fati parvum. Si autem dicas peccavi centies, plus, minusve, non erunt vera si centum triginta vicibus peccasti, quia triginta, neque in se, neque respectivè ad centum, sunt aliquid parvum; Et contra verò, si dicas peccavi millies, plus, minusve, verum erit, licet mille quinquaginta vicibus peccaveris, quia licet quinquaginta non sint parum in se, sunt tamen nimis parum respectivè ad mille. Hinc ergo oritur ratio, cur verba illa ad lapsus se extendant addita numero majori, sed non cum totali proportionè: quia scilicet, quando dicitur decies plus, minusve, duo v. g. ad quæ se extendunt illa verba sunt aliquid parvum ex utroque capite, nempe absolute, & respectivè. Quando verò dicitur millies, plus, minusve, ducentum licet sint aliquid parvum respectivè, sunt tamen aliquid magnum absolute, quæ magnitudo absoluta debet vinci per majorem multò parvitatem respectivam, ratione cujus possit intelligi illis verbis parum plus, minusve. Quò ergò major est numerus, qui nominatur, eo plus debet distare ab illo pars quæ additur vel, aufertur, ut intelligatur verbis illis: quia quò pars illa est major in se, eo minus intelligitur per parvum, nisi adeo crescat parvitas respectiva, ut propter excessum illum possit dici parvum, plus vel minus id quòd in se non est parvum, sed magnum. In praxi autem placet id, quò dicebat Menochius verba illa posse verificari de quinque pro quolibet centenatio; maxime si addantur numero millesimo, vel ultra millesimum, videtur aliquantulum stricta regula illa: qui enim dicit centies, plus, minusve, verum dicit, licet centum & decem vicibus peccasset. Hucusque Caspensis, cui assentitur Leander, ubi supra, unde

de patet, ut diximus, esse prorsus refellendam opinionem quam ex Vivaldo adducit Verticelli, nemo enim ex Doctoribus ausus est ad illum numerum pertingere; Hinc rectè novissimè noster Pasqualigus in *sua Theologia tom. 2. disp. 73. sect. 2. num. 17.* sic ait; Quares ad quantum se extendat particula plus, aut minus? Respondetur, Extendi tantum ad id, quod non est excessus notabilis supra numerum explicatum arbitrio prudentis viri juxta qualitatem, & naturam subjectæ materiæ, ut desumitur ex *l. Hac adjectio ff. de verb. signific. & notat Glossa ibidem unde aliquando importat aliquid magnum respectivè, licet in se non sit aliquid magnum, ut duo respectu sex. Aliquando importat aliquid magnum in se, quia est aliquid parum respectivè, ut quinquaginta respectu mille. Ita ille.*

5. Et idè immeritò hic numerus extenderetur ad centum, ut ponitur in exemplo adducto à Verticelli.

6. Et tandem non deferam hic apponere verba Martini de San Joseph in *non. Confessor. tom. 1. lib. 1. rr. 8. de penit. n. 5.* ubi sic ait: El que no puede ajustar el numero de los pecados, podrá añadir la particula poco mas, ó menos, v.g. confesò uno diez pecados mortales, pocas mas, ó menos; despues se à cordò que eran doze, no esta obligado à confessar los dos olivados, porque entraron en la particula poco mas, ó menos. Però si despues hallasse quatro ò cinco pecados mas, tendria obligacion de confessar el exceso, porque no se entendio de baxo de la dicha particula, sic Authores citati, de los pecados que se confessa, sera mayor el numero de los que se pueden incluir en la particula, mas, ó menos.

RESOL. CLXXXIX.

Quomodo intelligenda sunt illa verba plus minusve, quando penitens se accusat de numero peccatorum? Ex part. 3. tract. 4. Resol. 93. aliàs 94.

Sup. hoc in
Ref. præter-
ita, & in
Ref. seq.

§. 1. Quando non potest explicari certus numerus peccatorum, solent penitentes se accusare hoc modo, v.g. fornicatus sum vigesies, plus, vel minus; quaeritur dicta verba ad quem numerum peccatorum extendantur; ita ut postea non teneantur illa confiteri, si commissorum amplius aliquot vicibus recordentur? Ioannes Sancius in *select. disp. 2. numer. 13.* videtur docere ista verba plus, vel minus, usque ad duo, vel tria extendi. Et ideo ait Filiucius *tom. 1. rr. 7. c. 4. num. 82.* si non constat certus numerus peccatorum, dicatur probabilis, dicendo, v.g. decies peccavi plus, vel minus, quod si postea advertat fuisse 12. non est necesse illa duo amplius confiteri, secus si recordetur fuisse 15. vel 20. nam tunc teneatur confiteri illum excessum. Ita etiam docent Reginaldus *tom. 1. lib. 6. cap. 3. numero 206.* Vega in *summa, tom. 1. cap. 63. ca. 22.* Ledesma in *summa, tom. 1. c. 17. conclus. 7.* Sotus in *4. dist. 18. q. 2. art. 4.* Sylvest. *ver. Confess. 1. n. 12.* Sá *ver. Confessus, num. 32.* Toletus *lib. 3. c. 7. n. 2.* Villalobos in *summa, tom. 1. tract. 9. dub. 35. num. 5.* Sylvius in *3. addit. ad 3. part. q. 9. art. 2. quaeritur 1. & alij.*

2. Sed supradicta opinio esset nimis rigida, & scrupulosa, & ideo non admittenda. Unde mihi placet opinio Fagundez *præc. lib. 3. c. 5. num. 9.* ubi docet, quòd major, vel minor excessus illorum verborum, plus, minusve, sumendus sit per ordinem ad majorem, vel minorem numerum peccatorum, & ideo quando hujusmodi excessus, vel defectus sit nimis magnus, arbitrio prudentis committitur. Quòd ultimum etiam docuerat ante Vasquez in 3.

part. tom. 4. quest. 91. arr. 1. dub. 2. num. 2. Dicendum est igitur, illa verba plus minusve, esse extendenda ultra binarium, vel ternarium, secundum majorem, vel minorem numerum peccatorum, de quibus penitens se accusavit. Et ideo Navarrus in *cap. consideret, de penit. disp. 5. num. 42.* sic asserit. Non oportet confitentem nimium esse obnoxium in exactè confitendo numero, sed sufficit bona fide exprimere certum, puta centum plus minus decem. Ita ille. Neque Doctores supra citati faciunt contra me. Nam loquuntur communiter, quando penitens se accusat decies plus, minusve peccasse. Nam concedimus posito dicto numero, illa verba non esse extendenda nisi ad duo, vel tria peccata, non autem si penitens se accusaret, v.g. centies plus minusve peccasse, quod est valde notandum à Confessariis, & penitentibus scrupulosis.

3. Non gravabor tamen hic apponere singularem opinionem Martini Vivaldi in *Candelabro aureo de confess. tit. 7. §. sed dixi, num. 3. fol. mihi 100.* ubi sic ait. Si aliquis recordaretur multorum peccatorum, ut si confessus fuit peccasse decies, & postea recordatur peccasse vigesies, quia error magnus fuit in primo numero, teneatur illa peccata secundum communem confiteri; sed verè, salva pace, mihi videtur, quòd si quis dixit, Peccavi decies in hoc peccato, & de omnibus aliis, quæ Deus scit me commississe; in hoc casu, quorum non recordor, dico meam culpam, non teneri amplius confiteri, si postea aliqua venerint in memoriam; dummodo sufficiens examen, ac debitum prius fuerit. Ita Vivaldus. Sed an hæc opinio sit probabilis, judicent alij; mihi enim non placet.

RESOL. CXC.

An quando quis confitetur commississe erga Deum blasphemias, addendo paulo plus, minusve, si recordatur se aliis quatuor vicibus blasphemasse, teneatur has quatuor vices denuo confiteri?

Et hæc Resolutio est generalis in aliis peccatis? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Ref. 104.

§. 1. Communiter Doctores: quos vidi, asserunt, illa verba, plus, vel minus, extendi tantum ad duo; sed extendi etiam ad quatuor, docet novissimè Gaspar Hurtado de *Sacram. disp. 9. de penit. diff. 5.* ubi sic ait: Confitetur se fornicatum fuisse decem vicibus paulo plus, minusve, & postea recordatur se aliis tribus, vel quatuor vicibus fornicatum fuisse, non teneatur illas tres, vel quatuor vices de novo confiteri. Ita ille, cum quo videtur consentire Filiucius à me citatus in 3. *part. rr. 4. resol. 94.* quam vide.

2. Non desinam tamen hic adnotare, Hurtado suam sententiam veram existimare, quando etiam postquam talis recordatus est se illis tribus, vel quatuor vicibus amplius fornicatum fuisse, possit rectè ea verè indicare se decem vicibus fornicatum fuisse paulo plus, minusve, non verò quando id non potest sic judicare, & dicere, non quia post confessionem penitenti constante certo, aut determinato numero, nempe se duodecim vicibus determinatè fornicatum fuisse, vel quia post dictam recordationem non posset verè, & rectè judicare, & dicere se fornicatum fuisse decem vicibus paulo plus, minusve, sed duodecim paulo plus, minusve, quia sicut in principio penitenti certò constaret se duodecim vicibus determinatè fornicatum fuisse, aut judicaret, se duodecim paulo plus minusve fornicatum fuisse, teneatur sic confiteri,

teri, sic etiam tenetur post confessionem factam. Ita Hurtado.

RESOL. CXCI.

An qui dixit Confessario se apud eum confessionem generalem facere velle, teneatur postea ei aperire omnia peccata mortalia? Ex part. 3, tr. 4. Ref. 85, aliis 86.

§. 1. Affirmative respondet Victoria in Summa Sacram. 253. Ledesma in 2. p. 4. q. 8. art. 2. dub. 15. Ratio est, quia aliter faciendo, decipit Confessarium, qui Christi vicem gerit in re gravi. 2. Sed quia hic casus solet frequenter accidere, ideo negativam sententiam teneo cum Henriquez lib. 2. c. 12. n. 2. in glossa littera D. & aliis communiter, quia quamvis ita dicendo mentiatur, id parum refert quoad hanc obligationem. Absolutè enim non tenetur in ea confessione omnia dicere, nec dari præceptum potest etiam Papale, justè obligans in hoc casu ad omnia dicenda, nec fallit in re, quæ per se pertinet ad forum hujus judicis, ac proinde falsum est, dicere illum fallere Confessarium in re gravi, pertinente ad suum judicem. Si verò cum id Confessario dixit, habebat revera intentionem confitendi omnia peccata: hoc non obstante non tenetur omnia dicere, quia potest postea mutare voluntatem suam, unde non sunt audiendi Victoria, & Ledesma ubi supra.

RESOL. CXCII.

Si quis incidit in peccatum, & non vult Confessario manifestare, tunc illud commississe, sed cum illo fecit confessionem generalem, & inter alia peccata prius confessâ confitetur etiam illud ultimum peccatum post ultimam confessionem perpetratum; quaeritur, an hoc facere possit?

Ex quo deducitur, quod penitens non tenetur in confessione dicere se tale peccatum commississe post ultimam confessionem, nisi ob aliquam circumstantiam mutentem speciem necesse sit hoc explicare. Ex p. 3. tract. 4. Ref. 62.

§. 1. De hoc casu olim interrogatus fui, & magna dissentio inter multos extitit, & negativè respondendum videtur, quia in tali casu notabiliter variatur judicium Confessarij, nam putat illud peccatum jam fuisse olim clavibus subiectum, & absolutum.

2. Sed affirmativa sententia videtur tenenda ex casu simili, quem docet Bonacina de Sacram. disp. 5. q. 5, sect. 2. punct. 2. §. 3. diff. 4. n. 5. ubi ex Sanchez, & Coninch probat penitentem in confessione non teneri dicere se tale peccatum commississe post ultimam confessionem, nisi ob aliquam peculiarem circumstantiam mutantem speciem, necesse sit hoc exprimere. Sicut enim sciens, vel dubitans se tale peccatum confessum fuisse, non tenetur sub mortali dicere se aliàs confessum fuisse, vel dubitare an tale peccatum confessus sit. Ita qui commisit aliquod peccatum, non tenetur dicere, se tale peccatum post ultimam confessionem commississe, nisi adsit aliqua peculiaris circumstantia. Ita Bonacina, & ex quibus affirmativè resolvitur casus propositus. Ad argumentum contrarium respondetur, in tali casu non variari notabiliter, sed parum judicium Confessarij, & penitens faciet majorem penitentiam, quam Confessarius imposuit.

Tom I.

RESOL. CXCIII.

An in confessione generali quis debeat explicare, quod peccata commissâ post ultimam confessionem non sunt amplius confessâ?

Et obiter notatur ad hoc ut jejunium naturale frangatur in ordine ad sumptionem Eucharistia requiratur nutritivum esse id, quod editur. Ex p. 11. tract. 6. ex Misc. 6. Ref. 22.

§. 1. Affirmativa sententia deducitur ex his, quæ docet novissimè nominatim contra me Thomas Hurtadus Var. tom. 2. tr. 7. c. 5. ref. 9. n. 99. ubi sic asserit: Infertur quartò; Penitentem non posse in Sacramento Penitentia: uti æquivocatione, amphibologia, aut vocum restrictione mentali, occultatione ve veritatis, est indubitatim apud omnes, cum enim Tribunal illud purè spirituale & veridicum sit, nihil debet esse in ore quod non sit in corde, aut in corde quod non sit in ore. Hoc enim est quod desiderabat Regius Propheta in Psalm. 50. Penitentiali, dum exposcebat à Domino dicens: Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum in nova in visceribus meis. Qua autem ratione esse potest mundum cor, & spiritus rectus, dum adest displicitas cordis, & veritatis occultatio, aut vocum mentalis restrictio? Unde omnino falso dixit Diana p. 3. tr. 4. de Sacram. ref. 62. asserens quod si quis incidit in peccatum, & non vult Confessario manifestare tunc illud commississe, si faciat cum illo confessionem generalem, poterit inter alia peccata prius confessâ, etiam illud ultimum peccatum non confessum confiteri, sine eo quod dicat non confessum fuisse. Hoc inquam, ex se patet quam falsum sit, quia confessio Sacramentalis, ut est de fide, fit per modum judicij, in quo Confessor ut Judex sententiam fert contra penitentem, secundum ea quæ ipse de seipso, seipsum accusando dicit; atqui adversa omninò est sententia de delicto quod remissum est, & pro illo reus manet obligatus ad pœnam duntaxat temporalem, & pecuniariam, ac est illa quæ fertur de delicto, quod meretur pœnam æternam, & capitalem, quale est peccatum mortale non confessum, & nunquam subiectum clavibus: ergo istud non confessum inter alia confessâ tite confiteri nequit, nisi dicat non esse confessum. Hucusque Hurtadus.

2. Sed licet hic Auctor, sit vir quidem doctissimus, & cui multum debent Professores Theologiæ moralis, tamen aliquando poterat magis modeste se habere in censurandis, & refellendis aliorum Doctorum opinionibus; ut patet legentibus ejus opera; idè non obstantibus ea, quæ superius ipse dicit, non recedo ab opinione, quam probabiliter docui, & quam me citato docet, & multis argumentis tuetur Eminentissimus Cardinalis Lugo de Sacram. Pœnit. disp. 16. sect. 2. §. 1. à n. 46. usque ad n. 56 & me citato Hermannus Busenbaum in Medulla Theol. mor. lib. 6. tr. 4. c. 1. dub. 1. n. 1. & me citato Leander de Sacram. tom. 2. tract. 5. disp. 5. q. 23. & me citato Longhus in tabulis Sacramentorum, tab. 2. cap. 12. n. 45. quibus etiam adde novissimè Pasqualigum in Theol. Sacram. tom. 2. disp. 83, sect. 6. num. 40. & me citato Martinum de San Joseph in mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tr. 8. de Pœnit. num. 13. ubi sic ait: Uno cometo un pecado grave, para ocultar al Confessor, que era de la confession pre-sente, confesso se genetalmente, y entra los pecados de la vida passada, confesò el ultimo: es muy probable, que pudo hazerlo assi, porque na die esta obligado à dezir, que los pecados que confessa, son cometidos

Quæ hæc est Ref. anrecedens à principio.

Sup. hoc in Resol. not. præterita. §. 2. à lin. 4. & in aliis ejus annot.

T metidos

Quæ hic est
Ref. antec-
dens.

metidos despues de la ultima confession, sino es que intervenga alguna particular circumstantia, que no se de à entender, sino es diciendo, que el peccado es reciente. Sic Bonacina de Sacram. disp. 5. q. 5. sect. 2. punct. 2. §. 3. diff. 4. n. 5. que cita à Sanchez, y à Co- ninch, y los cita, y sigue Diana 3. p. tr. 4. resol. 62. y lo mismo me parece, aunque los peccados, que pa- rece se encubren, se confiesen en otra qualquiera confession particular, como se digan con todas sus circumstantias, porque milita la misma razon, & de similibus simile est iudicium, leg. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthum. leg. mulier. in principio, ff. ad Trebell. leg. non possunt, & leg. sequenti, ff. de legibus, §. restit. instit. mandati. Ita ille.

3. Et ratio nostræ sententiæ est, quia in confessione non est opus explicare quòd peccata sint vel non sint aliàs confessa, dummodò ex hoc non sequatur variatio speciei. Probatur: Peccatum est idem five sit, five non sit aliàs confessum. Ergo quod sit, vel non sit aliàs confessum, non est materia necessariò explicanda. Confirmatur: si ante confessionem præcedat contritio, non est explicandum, quod peccata sint remissa per contritionem, & si non præcedat, quod non sint remissa: Ergo. Obij- citur: Possit Confessarius intelligere quod peccata nova sint aliàs confessa, & imponere minorem penitentiam: Ergo debent explicari. Respondetur ne- gando consequentiam, quia in confessione non sunt omnia explicanda quæ conferunt ad augendam vel minuendam penitentiam. Obijctur secundò: Plus distat peccatum non remissum à remisso, quam veniale à mortali. Ergo cum penitens debeat explicare circumstantiam, quæ mutat de mortali in veniale, aut è contra, debet etiam explicare, quod non sit remissum. Respondetur: Plus distat distan- tia extrinseca, non autem intrinseca in ratione peccati; debet autem explicari peccatum in ratione peccati secundum statum quem habet, dum fuit commissum, quia explicatur ut capax absolutionis, atque aded secundum esse intrinsecum. Itaque di- cendum est in casu nostro, penitentem, licet non omninò explicet distinctè suum peccatum, imò vel- let quod Confessarius intelligat de alio, verè tamen habere intentionem illud confitendi, atque ided de illo loqui, nec aliquid contrarium dicere. Nec ob- stat, quod dicat se velle confessionem generalem facere; per hoc enim non dicit se velle confiteri so- la peccata antiqua, sed velle se etiam illa compre- hendere; nam confessio generalis omnia peccata complectitur usque ad hanc horam. Nec etiam re- fert, quod Confessarius intelligit illud esse peccatum antiquum; penitens enim id non dixit, atque ided intentio absolvendi non regulatur ab existimatione privata Confessarij, sed intendit absolvere à peccatis, quæ penitens detulit ad iudicium, quæcumque illa sint. Sicut, si quis affert baptizandum Infantem, & dicit esse filium suum, cum non sit, sed supponit unum pro alio; adhuc infans est baptizatus, quia minister intendit baptizare non eum, quem putat esse, sed eum quem præsentem habet, quicumque ille sit. Denique non refert quod penitens videatur implicite iudicare quod sint peccata antiqua: nam ipse verè habet animum loquendi de peccatis novis, & de illis vult loqui, licet desideret non intelligi quoad hoc à Confessario: non est ergo idem, loqui obscure ne intelligatur de illo, de quo loquitur, ac expressè negare; quia in primo casu verba verè significant id quod vult confiteri, atque ideo defert peccatum verum; in secundo autem casu verba non possent significare verum peccatum, sed falsum. Ex quibus patet responsio ad ea, quæ in contrarium adducta sunt à Patre Hurtado. Cæteras rationes pro

nostra firmanda sententia, videbis apud Cardina- lem Lugo ubi supra, qui, ut semper solet, latè, & solidè illam tueur & firmat. Et licet Hurtadi sen- tentiam teneat doctissimus Pater Martinon. de Sa- cram. tom. 3. disp. 50. sect. 1. num. 17. tamen postea sic asserit: Pater tamen contrarium non esse impro- babile, & in praxi satis tutum esse; quod quidem immeritò Hurtadus negavit. Qui etiam sciat nostram sententiam præter Lectores adductos, docere me ci- tato Sapientissimum Patrem Amicum in Curs. Theol. tom. 8. disp. 13. sect. 6. num. 125. ubi sic ait: Du- bitatur an si quis in confessione generali cum pec- catis aliàs confessis confiteretur unum peccatum post ultimam confessionem commissum, teneatur hanc circumstantiam explicare Negat Diana tract. 4. de Sacrament. Resol. 62. Quia nemo tenetur dum pec- catum confitetur, dicere se illud commississe post ultimam confessionem, nisi ob peculiarem circum- stantiam peccati speciem variantem. Ita Amicus, & iterum ego.

4. Nota hic obiter primò, me olim docuisse tan- quam probabile, ad hoc ut jejunium naturale Fran- gatur in ordine ad assumptionem Eucharistiæ requiri nutritivum esse id quod comeditur. Sed Pater Hur- tadus ubi supra. tr. 11. c. 8. & c. 5. resol. 2. num. 197. vocat nostram sententiam perniciosam, & nimis laxam. Mira res, quod opinio, quæ à viris doctis, & pijs quotidie practicatur, & quam tot Auctores sapientissimi etiam ex Thomistis tueantur & docent, mira res inquam, quod à Patre Hurtado tam indi- gna nota inuratur: Sed ego ab illa non recedo, & illam me citato tenet novissimè Leander de Sacram. tom. 2. tr. 7. disp. 5. q. 13. & 14. & me citato Cardi- nalis Lugo de Sacram. Euchar. disp. 15. sect. 2. n. 29. cum seqq. & me citato Franciscus Lugo de Sacram. tom. 1. lib. 4. c. 7. q. 6. n. 24. & me citato Martinus de San Joseph in Man. confess. tom. 1. lib. 1. tr. 8. de Euchar. n. 7. & me citato Garzias in Summa tract. 3. difficult. 5. punct. 3. n. 31. & me citato Pasqualigus decif. 312. n. 3. & me citato Hermannus Bufenbaum in Medulla Theologiae moralis. lib. 6. tr. 3. cap. 2. dub. 2. & me citato Averfa de Sacram. Euchar. q. 8. sect. 8. qui in clytæ Religionis Patris Hurtadi bis Generalis dignissimus fuit. Videant modò viri docti, si Pater Hurtadus tam acriter nostram sententiam debebat impugnare, & illam tanquam perniciosam, & ni- mis laxam damnare. Unde ex his refellendus etiam venit Basleus verb. Communis Sacram. n. 42. & pe- nes eum Henriquez. Non nego tamen sententiam Hurtadi esse satis probabilem, & illam, præter Do- ctiores, quos ipse citat, tenet Castrus Palaus tom. 4. tr. 21. punct. 13. n. 3. & Præpositus in 3. p. q. 80. art. 8. dub. 1. n. 20. & 40. Id quod constanter assero, est no- stram opinionem etiam suam habere probabilita- tem: unde præter DD. adductos, tenet me etiam ci- tato Trullench. de Sacram. lib. 3. cap. 6. dub. 1. n. 15. ubi sic ait: Ad rationes primæ sententiæ responderi potest dicendo, res non comestibiles non frangere jejunium, etiam si in stomacho trajiciantur; quia revera non sunt cibus, nec potus, ut supponitur, & Concilia, ac Canones solos cibos prohibent: ergo de illis cibus loquuntur, qui in stomacho alte- rari, & concoqui possunt. Unde colligit Diana, non frangere jejunium naturale eum, qui plures num- mos aureos deglutiret, aut sint fructuum officuli, fragmentum metalli, vitri, aut capillulus, aut li- gnum, aut quid simile; quæ omnia admodum probabiliter sustineri possunt propter rationes dictas. Ita ille; cui etiam adde Patrem Tamburinum, Opusc. 2. de Communionem, cap. 2. §. 6. n. 18. & Pa- trem Amicum in Curs. Theol. tom. 7. disp. 27. sect. 1. num. 4. qui docet papyrus, vel lapillum in stoma- chum

chum tractum non impedire Eucharistia sumptionem, quia non trahuntur per modum cibi.

vel illi, vel sibi aliquod scandalum creare, quæ verba ille desumpsit ab Ægidio Coninch. de Sacram. disp. 7. dub. 7. n. 56.

RESOL. CXCIV.

An quis peccet, qui duos Confessarios habens, eorum uni prius confitetur mortalia, alteri postea solum venialia?

Et an hoc sit peccatum per accidens, v. g. si ob hanc causam penitens maneat in aliqua occasione peccati mortalis? Ex part. 3. tract. 4. Resolut. 131. alias 132.

§. 1. **A**ffirmativè respondent Sylvester, verb. Confessio 1. q. 6. & Victoria in summ. Sacram. num. 196. quia et si hoc non sit contra integritatem Sacramenti, est tamen quædam hypocritis, & virtuale mendacium.

2. Sed contraria opinio est tenenda, quam tenet Fagundez pr. 2. lib. 2. cap. 2. n. 14. Layman in Theol. mor. lib. 5. tr. 6. c. 8. n. 14. Coninch de Sacrament. disp. 6. dub. 4. n. 13. Suarez in 3. p. tom. 4. disp. 22. sect. 1. n. 22. Henriquez lib. 5. c. 16. n. 6. & Villalob. in summa, tom. 1. tr. 9. diff. 35. n. 1. Et ratio est, quia hoc non est contra integritatem Sacramenti, nam utraque confessio est integra, neque est vera hypocritis. Nam velle conservare bonam famam apud Confessarium ordinarium, aut nullam, aut non gravem inordinationem continet. Non esse speciem mendacii, patet, quia talis nihil falsum confitetur, & licet factio ipso permittat alium decipi, id non est per se peccatum mortale.

3. Notandum est tamen per accidens, hoc esse aliquando peccatum mortale, ut si ob hanc causam penitens maneat in aliqua occasione peccati mortalis. Sed pro coronide hujus resol. ponam hæc verba Villalob. ubi supra, n. 2. [Se ha de advertir, que muchas vezes conviene mudar Confessor por muchas causas, que los Confesores cada dia experimentan, las quales aun algunas vezes las ay entre Religiosas, y harian muy bien los que confiesan algunas vezes personas de ordinario, en advertir les que si alguna vez quisiesen, se confiesasen con quien les pareciese.] Unde ait Layman loc. cit. quod imprudenter agunt Confessarii, si reprehendant penitentes suos, qui aliquando confessionale eorum declinant, cum potius id dissimulare deberent.

RESOL. CXCIV.

Quam parce, & cautè se gerere debeant Confessarii in interrogationibus aliquorum peccatorum cum mulieribus. Ex p. 3. tr. 4. Ref. 98. alias 99.

§. 1. **P**onam hæc pulchra verba Angeli verb. interrogaciones, n. 1. sic asserentis. Confitetur mulier, quod fuit cognita extra vas debitum, non querat postea Confessarius in quo loco, vel quomodo, & hujusmodi, sicut faciunt quidam, qui potius sunt contaminatores, quam Confessores. Ita ille, quem postea sequutus est Fagundez præcept. 2. lib. 4. c. 2. n. 8. ubi sic asserit. Si mulier, aut vir confitetur habuisse copulam extra vas naturale, non est inquirendum in qua parte corporis, quia sufficit habere cognitionem hujus peccati contra naturam, & non oportet scire illas circumstantias, quia major cognitio potest asserre nocuum magnum Confessori. Hinc Homobonus in exam. Eccl. p. 1. tr. 4. c. 12. q. 11. dixit, præstare aliquando Sacerdotem minus perfectè peccatum penitentis intelligere, quam

RESOL. CXCVI.

An inspirationibus divinis non correspondere sit peccatum, & bene faciant, qui de hoc se accusant in confessione?

Et notatur, quod transgressio inspirationis oblate, quando offertur occasio frangendi præceptum, non est distinctum peccatum à crimine transgressi præcepti.

Et an ut solent facere communiter penitentes, sit consultum manifestare Confessario in actu sacramentalis confessionis supra dictas resistencias circa divinas inspirationes?

Et in textu hujus Resolutionis multa docentur, de quibus penitentes communiter se accusant, quæ peccata non sunt, de quibus erroribus æquum est Confessariis penitentes monere, & signanter in §. penultimo, & ultimo hujus Resolutionis advertitur, quod plures penitentes uxorati se accusant, quod tempore habitæ copule, vel extra verba amatoria, & impudica cum uxoris sunt colloquuti, & quod in actu conjugii nimiam carnis delectationem sunt experti, quæ ex sententia Sancio nequaquam peccata sunt, de quibus Confessarii debent illos advertere. Ex p. 3. tr. 4. Ref. 52.

§. 1. **H**æc resolutio sedabit multos scrupulos, præsertim personis spiritualibus. Toletus lib. 3. c. 2. n. 6. asserit esse peccatum veniale non respondere divinis inspirationibus, nec operari aliquod bonum, cum possit quis operari, licet non obligetur ex præcepto.

2. Sed Sancio in selectis disp. 7. n. 4. inquit ab isto Doctore, si ex præcepto non obligatur ad operandum, quare omitendo operationem peccabit venialiter, cum etiam peccatum veniale contra præceptum sit, & non præter præceptum, ut ipsemet Toletus testatur.

3. Ideo tanquam certum tenendum est, ait idem Sancio, nullum esse peccatum vocationibus divinis ad consilia exhortantibus non respondere. Cum enim consilia sequi non sit sub præcepto, sed sub consilio, & non operari juxta consilium, nullum peccatum sit, ut admittunt omnes, nec etiam non respondere vocationi ducenti ad consilium, peccatum veniale erit. Et hanc sententiam docet etiam Tannerus in part. 2. disp. 4. quæst. 10. dub. 4. n. 70. ubi in repugnancia divinis inspirationibus nullam culpam invenit.

4. Hinc colligitur quod quoties obsistitur ab hominibus inspirationibus ad sequendum consilia, ut quod efficiantur Religiosi, quod abintineant à curis secularibus, quod sint contenti quibus tegantur, ne sedulo quarant alimenta superflua, ne nimium solliciti sint de salute corporis, ut orent mentaliter, quod dignitates non appetant, &c. colligitur (inquam) non esse necessarium hujusmodi defectus non responsionis confiteri, cum peccatum minime sit deserere consilia Evangelij. Advertantque Confessarii fideles monere nullum intervenire peccatum in hujusmodi non responsionibus circa inspirationes divinas, ne ex conscientia erronea peccent. Et hæc omnia Sancio ubi supra, quod etiam procedere in Religiosis observat.

5. Notandum est etiam hic obiter cum eodem Sancio n. 11. quod transgressio inspirationis oblate, quando offertur occasio frangendi præceptum,

T a non

non est distinctum peccatum à crimine transgressi præcepti. Sed an, ut solent facere communiter pœnitentes, sit consultum manifestare Confessario in actu sacramentalis confessionis supradictas resistentias circa divinas inspirationes; negativè respondet loco citato Sancius & disp. 1. num. 4. & seq. Nam licet secundum se narrare aliquas imperfectiones causa humilitatis, & capiendi consilij sit utilis, quàm ab illarum relatione abstinere, illas tamen sacramentaliter confiteri, & animo quo communiter à fidelibus in confessione recenserentur, minus utile est, quia sacramentalis Confessionis jurisdictione ad sola peccata se extendit. Narrare igitur ut absolvantur, quæ peccata non sunt, minus utile est; fideles enim illiterati eo animo recensere decreverunt, ut ab eis absolutione liberentur. Cùm verò error hic sit, æquum erit Confessariis pœnitentes monere, ne sacramentaliter, vel ut absolvantur, ea quæ peccata non sunt, narrent. Hic idem Sancius tenet, quòd pœnitentes de multis rebus se accusare solent, ut absolvantur, quæ peccata non sunt. Et idem.

6. Primò, pœnitens si examinationem sufficientem egisse bona fide arbitratur, & dolorem adducere (quamvis non egerit maxima examinatione,) quàm possit, aut non adducat magis intentum dolorem, non opus est hujus defectus se accusare, quia ad moralem diligentiam solum obligatur.

7. Secundò, pœnitentibus opus non est in fine Confessionis dicere; Me accuso & de omnibus commissis, opere, verbo, & cogitatione, quia hujusmodi generalis accusatio imbibita est in specialium confessione.

8. Tertio, pœnitentibus opus non est in fine confessionis dicere; Me accuso de omnibus, quorum obliviscor, quæ si in memoriam revocarentur pro palarem, quia hujusmodi propositum inclusum est in peccatorum accusatione.

9. Quarto, pœnitentibus opus non est se accusare non amasse Deum tota intentione actus, quæ possent; quia in minima intentione impletur præceptum.

10. Quintò, pœnitentibus opus non est dicere; Me accuso eo modo, quo scit Deus me deliquisse, quia confessio faciendâ est juxta conscientiam pœnitentis. Et hæc omnia Sancius in *selectis*, disp. 1. n. 8. 17. 19. 21. & 25.

11. Sextò, plures pœnitentes uxori se accusant, quòd tempore habitæ copulæ, vel extra verba amatoria, & impudica cum uxoris propriis fuerint colloquuti; quòd tamen peccatum non est, quia illa honestantur matrimonio, sicut honestatur copula; idem Sancius disp. 6. n. 4.

12. Septimò, plures uxori se accusant, quòd in actu conjugij nimiam carnis delectationem fuerint experti, nequaquam peccatum est, quia id est naturale copulæ carnali. Idem *ibid.* n. 5. Sed hoc ultimum aliquibus displicet, sicut etiam, & multa alia ex supradictis, quia verò amicissimus vir illa constanter affirmat, ideo de illis alij judicent.

RESOL. CXC VII.

Solent in confessione viri timorati se accusare de ordinariis imperfectionibus, v. g. non consensisse divinis inspirationibus; queritur, an hoc ab ipsis laudabiliter efficiatur? Ex part. 9. tract. 9. & Misc. 4. Resol. 19.

Sup. hoc in
Ref. præte-
rita.

§. 1. **N**egativè respondet Joannes Sancius in *selectis*, disp. 1. num. 4. ubi ait. Quod, licet secundum se narrare aliquem suas imperfectio-

nes, causa humilitatis, capiendi consilij, mortificationisve, sic utilis, quam ab illarum relatione abstinere; illas tamen sacramentaliter confiteri more, & animo, quo communiter à fidelibus in confessione recenserentur, minus utile est. Nam sacramentalis confessionis jurisdictione ad sola peccata se extendit, ut constat ex institutione ipsius, illis Christi verbis Joann. cap. 20. *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* Et constat ex Tridentino, sess. 14. can. 3. de quo Soto in *dist.* 18. *quest.* 2. art. 1. col. 2. *Agidius de Sacramento.* tom. 2. *disp.* 4. *dub.* 2. num. 16. *Valquez tom. 3. in 3. part. disp.* 135. num. 29. & *tom. de penit. quest.* 90. art. 1. *dub.* 1. *Suarez tom. 1. de penit. disp.* 35. *sect.* 1. n. 4. *Henriquez lib. 4. c. 2. n. 1. Sylvester verb. Sacramentum,* 1. 9. 13. Narrare igitur, ut absolvantur quæ peccata non sunt, minus utile est. Fideles tamen illiterati eo animo recensere decreverunt, ut ab eis absolutione liberentur, cum verò error hic sit, æquum erit Confessariis pœnitentes monere, ne sacramentaliter velut absolvendas imperfectiones, quæ peccata non sunt, narrent. Quòd si pœnitentes illas peccata esse putent, à Confessario doceantur scelera non esse, nec deinceps indigere eas amplius confessioni subicere, ut absolvas; & ne in posterum ex conscientia erronea peccent, id agentes, quòd neutiquam facinus est. Ita ille.

2. Sed novissimè contrarium docet Pater Pellizarius in *Man. Regul.* tom. 1. *tract.* 5. *cap.* 3. *sect.* 1. num. 42. ubi ita asserit: *Queres an Regulares laudabiliter possint in confessionibus se accusare de ordinariis imperfectionibus, v. g. quod non responderint divinis inspirationibus?* Respondetur posse, & probatur, tum quia non est necesse, quòd omnia, quæ pœnitens confiteatur, absolute, ac determinate sint materia absolutionis; cum aliqua dicantur in confessione ad majorem abundantiam ad plenius aperiendum statum pœnitentis, vel ut per absolutionem deleatur, si quid in iis peccatum fuit; tum quia plura ex iis, quæ videntur merè imperfectiones, non sunt sine aliqua culpa veniali; præsertim attenda communi Thomistarum sententia, quòd non detur actus moralis indifferens in individuo. Ita ille, & ante illum Eminentissimus Lugo de *Penitentia*, *disp.* 16. num. 103.

RESOL. CXC VIII.

An Medicus teneatur relinquere infirmum nolentem confiteri? Ex part. 3. tractat. 4. Resolution. 92. aliàs 93.

§. 1. **P**ius V. anno Domini 1566. in quadam Bulla incipiente, *Super gregem*, &c. præcipit, ne Medici ultra tertium diem visitent ægrotum, nisi de illius confessione sibi constet per fidem Confessoris in scriptis datam, & addit, ut ante gradum Doctoratus petatur ab illis juramentum servandi istam constitutionem. Quæ quidem constitutio renovatur *cum infirmitas, de penit. & remiss.* ubi præcipitur Medicis, ut quando vocantur ad curandos ægros, priusquam curationem corporis incipiant, eos moneant ad confessionem faciendam, quæ omnia essent valdè Medicis onerosa, si benignè viri docti illa non explicarent.

2. Dico igitur primò contra Cherabinum in *compendio Bullarum*, tom. 2. *const.* 3. *Pij V. schol.* 2. *Rodriguez in 99. Regul.* tom. 1. 9. 47. art. 3. *D. Antonium 3. p. tit. 7. c. 2. §. 4. Sylvestrum ver. Medicus,* 9. 3. *dist.* 3. & alios, dictas constitutiones Pontificias non obligare

obligare in quibuscumque morbis, sed in morbo gravi, vel qui in principio prudenter iudicatur à Medico periculofus, ut gravis efficiatur. Ita Nugnus in *addit. ad 3. part. tom. 2. q. 6. artic. 5. diff. 2.* Scortia in *Bull. Pontific. epitome 89. theorem. 215.* Suarez *tom. 4. disp. 35. sect. 3. n. 4.* Tabiena *ver. Medicina. q. 12. n. 13.* Rolella *ver. Medicus. n. 3.* Angelus *cod. verb. n. 9.* Armilla *n. 1.* Graffius *p. 1. decis. lib. 3. c. 14. n. 7.* Vega in *sum. tom. 2. c. 35. cas. 3.* Homobonus *ubi infra*, & alij.

3. Dico secundò supradictam monitionem satis esse, ut Medicus faciat per alios, nam sic constitutiones illas interpretata est consuetudo. Ita Vega, Graffius, Suarez *locis cit.* & Homobonus *de statibus, p. 2. c. 5.* & alij penes ipsum.

4. Dico tertio, quòd si æger in probabili mortis periculo constituatur, non est deserendus à Medico, etiamsi pertinax sit in renuenda confessione. Immo idem dicendum est, quoties Medici absentia esset graviter ægro nocitura. Plus etiam addo, quòd quando creditur certò monitionem nihil profuturam ob ægri obstinationem, nec Medicus tenetur eum admonere, nec eum deserere; nam Pontificis mens fuit spirituali ægri salutem consulere, & nihil frustraneum præcipit. Sed in hoc casu frustranea esset admonitio, nec ad eum finem conducens. Ergo, &c. Et Et ita docent Sanch. in *sum. tom. 1. lib. 3. c. 16. n. 10. 11. c. 16.* Villalob. in *sum. tom. 1. tr. 9. diff. 27. n. 5.* Barbosa in *collect. tom. 2. lib. 5. tit. 38. c. 13. n. 4.* & Sylvius in *addit. ad 3. p. D. Thom. q. 6. art. 5. quer. tur. 1. conclus. 1.*

5. Dico quartò, non esse necessarium, quòd Medicus exigat fidem Sacerdotis in scriptis, sed sufficit testimonium illorum, qui ejus curam gerunt, si sint fide digni. Immo talis potest esse infirmus, ut ejus testimonium sufficiat; nam ita constitutionem Pij V. usu receptam fuisse, testantur Didacus Nugnus in *3. p. tom. 2. q. 6. art. 5. diff. 2.* Filiuc. *tom. 1. tr. 7. cap. 3. n. 33.* Scortia, Barbosa, & alij, *ubi supra.*

6. Dico quinto, cum supradictis DD. juramentum à Medicis præstitum exequendi decreti, solum intelligi in quantum præsens constitutio Pij V. usu recepta est: ita Scortia, Sanchez, & alij *locis citatis.* Immo Villalob. in *summa. tom. 1. tr. 9. diff. 27. n. 5. in fine*, sic ait. [En esta Universidad de Salamanca no esta en uso, que ni toman juramento à los Doctores, ni ellos lo guardan, sino que mandan confessar al enfermo, quando esta en peligro, y creo deve serlo mismo en otras partes.] Sed an ita sit, nescio, in nostra tamen Synodo Panormitana *p. 2. n. 11.* sic habetur. Quòd Summus Pontifex Pius V. propositis penis iussit, ne Medici post triduum à ægrotis invitant, nisi peccata confessi sint: curent Parochi ut exequationi debite mandetur, quæ verba intelligenda sunt juxta limitationes, & interpretationes Doctorum, de quibus *supra* dictum est.

RESOL. CXCIX.

An nolentes confiteri possint à Medico curari? Et docetur Medicum teneri per se, vel per alios nunciare mortem infirmo, quem præcognovit cito, & certo venturam, quando præcognitio præderit valde animæ infirmi. Ex p. 1. tr. 1. & Misc. 1. Res. 22.

§. 1. Negativè respondet nominatim contra me Caramuel in *Theologia fundament ali fundam. 55. §. 2. n. 1139.* ubi sic ait: Pius V. anno Domini 1566. evulgavit Bullam, quæ incipit *super gregem*, &c. Et in illa præcepit ne Medici ultra tertium diem vident ægrum, nisi de illius confessione sibi constet per fidem Confessarij in scriptis exhibitam,

&c. Quo illa modo obligat? Diana *p. 3. m. 4. res. 93.* Que hic est perdoctè expendit, sed quia supposita obligatione adhuc laxè pronunciat, non erit animus examinare an obliget? Ubi, & quando? Sed quid facere possit Medicus ex suppositione quòd obliget; Dianam audiamus; Dicit quòd si æger in probabili mortis periculo constituatur, non est deserendus à Medico, etiamsi pertinax sit in renuenda confessione. Immo addit, idem dicendum fore, quoties Medici absentia esset graviter ægro nocitura. Subjungit, quòd quando creditur certò, monitionem nihil profuturam ob ægri obstinationem, nec teneri Medicum deserere, nec admonere, & allegat pro se Sanchez, Villalobos, Barbofam, Sylviumque.

2. At ego rationem afferendi hæc non video, immò puto hæc omnia satis clarè insinuare, hanc opinionem Dianæ Bullam, etiam ubi accepta est, Medicos non posse obligare in conscientia, quod ipsum falsissimum est, datur enim in Republica, quæ Ecclesiastica, & quæ seculari, auctoritas præcipiendi aliqua sub poena capitis, & ultima condemnatur sententia, Hæretici ab Inquisitoribus, & à Principibus alij scelerati: Cur igitur non poterit præcipi confessio ultima sub poena capitis? & si poterit cur non etiam sub poena carenti Medicis, & Medicinis: non solum in eo casu, quo illi, & istæ requirantur ad melius, sed in casu etiam (possibili, aut impossibili) quo præficeretur certò ægrum sine Medico moriturum? Ergo in tali casu Medicus non teneretur juvare ægrum quæ proximus ex charitate, non quia Medicus ex officio, qui enim à Principe ultima condemnatur sententia, non debet privata pietate juvari. Ita Caramuel.

3. Sed ego non recedo à sententia quam docui, nec urgent ea, quæ contra me asserit Caramuel; quia ego non ad hæc opinionem affirmativam, quatenus Respublica Ecclesiastica non possit præcipere confessionem ultimam sub poena capitis, & sub poena carenti Medicis, & Medicinis; sed dictam sententiam tenui, quia putavi non fuisse latam præceptum in casu, quo æger ex desertione Medici poneretur in probabili periculo mortis, & sic intelligendam esse Bullam Pij Quinti ex praxi; & observantia subsequenti, & ex Doctorum opinione existimo.

4. Nam Summus Pontifex in tali casu aliquid noluit intendere, aut præcipere; Unde præter Doctores à me citatos, nostram sententiam docet Castus Palas *tom. 3. tract. 14. disp. 2. punct. 7. §. 4. n. 5.* & Fagundes in *Decal. tom. 1. lib. 2. c. 25. n. 14.* ubi sic ait; Si autem admonitus æger confiteri nolit, jubet expressè Pius Quintus in suo motu proprio edito anno 1566. incipit (ut jam diximus) *super gregem Dominicum*, ut Medicus infirmum deserat, qui post tertium diem à monito transactum fidem non fecerit suæ confessionis per schedulam Confessarij, quasi eam poenam justissime imponat ægro nolenti sua peccata sacra confessione expiare, ut doctè ait Suarez *dicto tom. 4. in 3. p. disp. 35. sect. 3. num. 5.* nisi ex desertione Medici constituatur æger in probabili mortis periculo, tunc enim, etsi pertinax sit in recusanda confessione, deserendus non est, quia contra charitatis ordinem videtur non opem ferre ægro in ea necessitate posito corporis & animæ, quia fortè desperans obibit, & fortasse Medico non deserente sanitatem comparabit, aut morbo ingravescente, confessionem suscipiet. Ita docet Sanchez post motum Pij Quinti, & ante illos, & prædictum motum Pij Quinti id jam docuerunt D. Anton. *3. p. tit. 7. c. 2. §. 4.* Angelus *verbo Medicus n. 8.* & ibi Sylvest. *q. 8. dicto 2.* Armill. *n. 1.* Tabiena *verbo Medicina q. 11. n. 12.* & quamvis ante motum proprium Pij Quinti id do-

cuerint, attento solo decreto capituli: *Cum infirmitas, de penit. & remis.* illorum tamen ratio locum etiam habet post motum proprium Pij Quinti, nam si ea desertio est contra charitatem, nihil contra charitatem intendere debuit Pius Quintus in suo motu proprio. Ita Fagund. cui adde Fragosum de Republica tom. 1. l. 5. disp. 13. §. 9. n. 222. Escobar de Mendoza in Theol. mor. tr. 1. exam. 7. c. 3. n. 86. in fine.

5. Non deseram hic obiter adnotare, aliquos docere teneri Medicum per se, vel per alium nunciare mortem infirmo, quam præcognovit cito, & certo venturam, quando talis prænunciatio proderit valde animæ infirmi, nec adhuc disposuit de bonis suis, & confitebitur si forte habuerit conscientiam de mortali, in quo eventu tenetur, secus si probabiliter credit, quod prænunciatio mortis parum, aut nihil pro-

futura sit infirmo; eo quod de bonis animæ, ac fortunæ jam disposuerit; tunc enim damnosa erit corpori, semper tamen bono corporis, bona animæ sunt præferenda. Ita Joan. de Neap. quodl. 1. 1. quem sequitur Tabien. verb. Medicus n. 15. & Sylvest. eod. verb. n. 4. vers. quartum, ubi subdit ad id teneri Medicum, etiam quando dubitat an hæc prænunciatio profutura sit, necne, quia in dubio debet, si potest commodè homo avertere à proximo suo damnum notabile. Quare non est standum dicto Galeni, dicentis Medicos erga infirmos deploratos debere semper sanitate spondere, quia hoc non procedit, nisi quando nunciatio esset valde nociva; vel potius dicendum est Galenum fuisse loquutum tanquam conscientium vitæ temporalis, & omnino vitæ spiritalis ignorantem. Sic Sylvest. supra. Vide Fragos. ubi supra. n. 224.

In indice primo hujus Tom. I. Lege Apendicem ad hunc Tract. III. Ubi invenies alias plures difficultates mistas, & dispersas per alios Tom. Tract. & Ref. quæ simul pertinent ad hunc Tract. III. de Sacram. Penitentia.



TRACTATUS QUARTUS DE ABSOLVTIONE SACRAMENTALI.

Et etiam moribundis sensibus destitutis largienda.

RESOL. I.

An Confessarius absolvens aliquem, sine jurisdictione, teneatur monere penitentem de defectu?

Idem est, si sine sufficienti dispositione penitentis eum absolvit, aut non obligavit ad restitutionem faciendam ad quam debebat illum obligare. Ex p. 11. tr. 4. & Misc. 4. Ref. 9.

Sup. hoc primo casu ut in annotatione posita infra in §. Sed hanc, & signanter in §. Hæc omnia hujus Ref.

Pro secundo casu in §. Sed. hujus Ref. ad lin. 11. & §. ult. Pro tertio casu infra prope finem §. Sed hanc.

hujus Ref. & magis late infra in tr. 6. Ref. 22. & in aliis veris ejus not.

Sup. hoc infra in fine §. Hæc omnia. hujus Ref. & in alio §. ejus annot.

Sup. hac bona fide lege latam doctrinam infra Refol. 9. per totam, & aliarum ejus notationum.

QUæritur A s u s curiosus, & practicabilis, & ad illum negativè respondet novissimè Joannes Pont. in Cur. Theol. disp. 46. q. 111. concl. 6. n. 149. ubi sic ait; Quæres quomodo se gerere debet Confessarius quando sine jurisdictione absolvi, aut sine sufficienti dispositione penitentis; aut non obligabat ad restitutionem faciendam, ad quam debebat obligare, & quam propterea penitens non faciet, quia putat se non esse obligatum ad illam faciendam. Quantum ad defectum ob carentiam jurisdictionis, quando absolutio ex illo capite est invalida.

2. Respondeo, mihi probari sententiam Antonini, Sylvestri, Navatri, ac Joannis Valeri, non teneri confessarium ad aliquid significandum penitenti; sed sufficere, quod satisfaciatur Deo pro proprio peccato, nisi penitens esset in statu, in quo verisimiliter non crederetur postea ullo modo confessurus ulla peccata.

3. Ratio est, quia quamvis non sit verè absolutus, nisi habuerit contritionem, tamen cum præcedat bona fide prima sequenti confessione erit in statu gratiæ, non obstante priori defectu; quia peccata tum malè confessà, condonabuntur indirectè postea virtute alterius Confessionis sequentis.

4. Unde non videtur fieri ipsi tantum malum, ob quod Confessarius deberet infamare se dicendo, quod absolvit malè.

5. Dixit autem, nisi penitens esset in statu, &c. quia tum periculum damnationis æternæ peniten-

tis sufficienter obligaret Confessarium ad significandum defectum proprium.

6. Dices cum Joanne, Medina, Soto, Corduba, Valquez, Suarez, quos sequitur Cardinalis de Lugo, eum qui est causa alicui non observandi præcepti divini propter ignorantiam quam causavit in ipso, debere tollere illam ignorantiam, præsertim si potest sine gravi damno. Sed Confessarius sic absolvens, est causa cur penitens non confiteatur validè sua peccata, ut tenetur ex præcepto divino; quia putans se validè absolutum, ignorat se teneri ad confitenda iterum ea peccata: ergo.

7. Probatur major, quia si quis diceret alicui, obligato ad audiendam Missam, quod non esset obligatus, aut quod fornicatio simplex non esset prohibita, deberet postea significare contrarium.

8. Respondeo, distinguendo majorem, quando non observavit illud præceptum sufficienter, quantum est ex parte sua concedo, quando observavit, nego majorem, & consequentiam, quia penitens in nostro casu jam satisfecit, quantum est ex parte sua, præcepto de confitendis illis peccatis. In casu autem Missæ, & fornicationis non solum non observabit præceptum, sed committet actum oppositum.

9. Possit etiam distingui major alio modo, quando periculum esset, quod si non tolleretur ignorantiam, alia similia peccata læpius committerentur, aut venirent in cognitionem erroris illius, qui causavit ignorantiam, aut aliquid aliud detrimentum grave succederet, concedo; quando non, nego.

10. In casu autem ignorantia de obligatione audiendi Missam, & fornicationis, & de prohibitione fornicationis, illud periculum esset, non verò in casu confessionis invalidæ ex defectu jurisdictionis in Sacerdote. Hanc responsonem præfero priori, & videtur mihi valde notanda. Hucusque Pontius, cui adde Joannem de Soria in epilogo summarum p. 2. tr. 1. sect. 1. disp. 6. §. circa casus reservatos, cujus verba alibi adduxi.

11. Sed